Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
104
NAPOLI

Digitized by Google

605224 Racc. VII. H. 104

DECISIONES

CAVSARVM,

Quas in Almo Ferrarienſis Rotæ Prætorio Iudicauit.

ANTONIVS LEONCILLVS

NOBILIS SPOLETANVS V.I.D.

PROTONOTARIVS APOSTOLICVS, ET CONSVLTOR SANCTI OFFICII.

Primum in Publico Parmenſi Studio Iuris Ciuilis Interpres, & Auditor Generalis Gubernatoris illius Status.

INDE IN ROMANA CVRIA IVDEX

Demum Rotę Ferrarienſis Auditor,& Prętor.



FERRARIÆ,

Apud Ioſephum Gironum Impreſ. Epiſcop.

SVPERIORVM PERMISV. M.DC.XLII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMÆ CIVITATI FERRARIENSI·

Antonius Leoncillus.

EXigebat a me Grati Animi vinculum, vt Deciſiones haſce meas quas (vti Iudex tuis fauentibus ſuffragijs conſtitutus) ſub hoc Benefico Cæli Ferrarienſis influxu lucubraueram, ſuo quaſi Solo cedentes, & ad eamdem, ex qua prodiere, cauſam, ſua quaſi ſemita redeuntes, & ego ipſe comitarer, & Ciuitati, cui me plurimum debere fateor atque profiteor, poſt me, mea quoq; dicarem. Ego inquam qui non modo naturali ac peculiari meæ, ſed communi omnium Patriæ, quę ſępe etiam aliquos vehementius quam propria trahit, Ferrariam prętuli. Tu igitur, quemadmodum viuentem foues, ita deficientem excipies: Interea, imbecilliorem quidem hunc ſed Primogenitum Ingenij mei partum excipe (precor) & ſi non ex te, ſaltem in te, per te, & pro te genitum tuearis vt tuum, alium

Digitized by Google

exceptura fortaſſe minus imperfectum, ſi mihi perfecta corporis animique valetudo non deſit; & ſi forte nunc fęmineum quodammodo fætum emitto, DEO tamen aliquando dante, quem iam concepi, ſi non robore, ſaltem nomine maſculum, ſi non in Orbis, ſaltem in Vrbis huiuſce lucem edam. Vtinam ſicut ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur, ſic iterum atque iterum fluant.

Bene-

BENEVOLO LECTORI
Antonius Leoncillus.

S*Æpe contingit (Amice Lector) vt qui non tam Gloriæ cupidi, quam famæ famelici, ſua, non tam Impreſſoribus, quam Detractoribus opera, vel Opuſcula tradunt, non ſolum quam venantur Auram non capiant, ſed ſi quam habent, velut e manibus auolantem deplorent, ſimul habito carentes, & ambito*, 1. *nam quæ antea cum laudatione, immo, & cum admiratione, ab aliquibus, ſcripta, circumferebantur, incipiunt impreſſa cum contemptu à pluribus legi, & paulatim apud omnes omnino vel numeroſitate*, 2. *vel alia neſcio qua ratione viloſcunt vna cum Authoribus ipſis, quibus obici potuiſſet quod recte ſuis onerosis conſolatoribus obiecit vir ille Rectus*, 3. Vtinam taceretis vt putaremini ſapientes, *& quod ſapientiſſimus*, 4. *ipſe pronunciauit* Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur, *cui conſonat quod ex italicis legum profeſſoribus eruditiſſimus*, 5. *cecinit* Cum tacet haud quicquam differt Sapientibus Amens. *Sane ſi Lectores vniuerſi cum egregio illo Doctore Poetarum ac Poeſeos*, 6. *benigne ſentirent, & cum eo pie canerent* Vbi plura nitent in carmine non ego paucis offendar maculis, *vel ſi Auguſtiſſimum Catholicæ veritatis Propugnatorem*, 7. *ſectantes*. non propter mala, Bona desererent, ſed propter Bona, mala tolerarent, *longe tolorabilior, & periculoſa minus, fores Impreſſio: At formidabilem eam reddit iniqua, & miseranda temporum noſtrorum Conditio, quando non pauci per aliena ſcripta, ſola aucupantur quæ carpant, & vt* Zizania colligant, Triticum eredicare non dubitant, 8. *& omnino repudiato Frumento, Loliis nutriuntur*, & malunt de turbulento Riuo, quam de puriſſimo fonte potare, 9. *immo* velut Cucurbitulæ ſolo Sanguine ac humore peſſimo ſaturantur 10. *Sed quod deplorandum eſt magis, non nobis prodeſt canere quod Poetarum acutiſſimo*, 11 *fortaſſe nec profuit* Carpere vel noli noſtra, vel ede tua; *nam cum Liber, libero ſæpe nimis Populo legendus exhibeatur, incidimus inuiti, immo volentes aſſentimur in Iudices, ſæpe magis verſutos, quam verſatos, & quandoque non ignaros ſolum ſed (quod deterius eſt) etiam ignauos, qui (vt melle*

1 ad tex in cap. quāto 3 de Trāsl. ep. & in cap. cum qui 18. de preb.
2. ad tex. in cap. 1. de priuileg.
3. Iob. cap 3.
4 Salom. prou. cap. 17.
5. Alciat. embl. 11.
6. Horat. de Art. Poet.
7. Aug. in can. Aduerſit. 5 7. q. 1. & in can. nimiū in fine 23. q. 4.
8. cō. tex. Euangeli. cum Mat. cap. 13.
9. Hieron. in præfat. in Pſaltēr.
10. Plutarch. in opusc. de curioſitate.
11. Martial. lib 1. epig. 92.

cum

12. Ber. de conſid. ad eugen. l. 2. cap. 1. *cum felle non commixto) protulit Diuus ille mellifluus,* 12. quod comprehendere non valent, reprehendere tamen audent; *Sed vel ſurda prætereundi ſunt aure, vel æquo animo audiendi inuidentium ac imperitorum latratus, vt verbo ſimul, & exemplo docuit Eminentiſsimus, immo diuinarum litterarum Diuinus Interpres,* 13. & ſpernendus eſt Rumor inanis, 14. & ad honeſta vadenti omnis omnino contemptus contemnendus eſt *vt loquitur argutus non minus quam moralis ille Phyloſophus,* 15.: *& ſane præfata, & ſi quæ ſunt alia forte formidabiliora, mihi quidem aduerſus ſermones immoto, nihil omnino timoris intulerunt; ego enim huiuſcemodi Criticos, Sophyſtas, ac Zoilos, non ſolum non effugio, ſed requiro, laudatiſsimũ græcorũ celeberrimi Pictoris morem imitatus, qui oculari ac Populari Iudicio quicquid effingebat, exponebat, vt ſi quid iuſte reprehenſum intelligeret, corrigeret: Præterea qui pro quadã animi mei Trãquillitate, conſueui prius quam formare ſententias, Deciſiones firmare, pro eiuſdem Animi exoneratione maiori ac omnimoda ſerenitudine, conſenſi vt ederentur, vt ſi quid in indicando publice peccatum eſset, publica quoque Confeſsione aboleretur, & pro Pænitentia foret erubeſcentia; Eoque facilius quo clarius innoteſcerit, ſi quis error innaſerit, eum Intellectui potius quam Voluntati fore tribuendum ac ex inopia ſcientię potius quam Conſcientiæ profluxiſse, & me nunquam vel raro ſolum, ſed mecum alios quoque coertaſse, ſcriptores, etiam Claſsicos, quorum veſtigia ſi non aſsequtus, certe ſequtus ſum: Credidi etiam, ſi non omnia, multa tamen, vel ſaltem aliqua ex his quæ ſcripſi, poſse forſan aliquando. aliquibus litigantium controuerſijs facilius dirimendis inſeruire; quod ſi vel in cauſa vnica contigerit, vnice gaudebo, meum hunc qualemqunque laborem non omnino inutilem proximis extitiſse, & me ſi non omnium publicæ, ſaltem priuatæ alicuius vtilitati, vtiliter inſudaſse, ſi tamen quiquis is fuerit, non mihi ſed DEO Gloriam dederit, qui velle dedit, & poſse; quod ſi non omnibus prodeſse potui, certe volui, & quantum ad id potui, laboraui, cum* Voluntas, Bona non ſit quæ non operatur quod poteſt; 16. *Vnde ſi non Opus, ſaltem operam vel commendabis vel non damnabis, & ſicut ego te, ſic tu me diliges. Vale.*

13. Hierō. in Pręfat. tranſlat. pentate. Ioſ. I 2. & aliorũ prophet.
14. Tacit. l. 3. Ann. cap. 2.
15. Senec. ad Lucill. ep. 76.
16. Bern. de Interiori Domo cap. 8.

Ego

EGo Franciſcus Pellizzarius è Soc. Ieſu pro Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo D. D. Patriarcha Conſtantinopolitano, & Epiſcopo Ferrarienſi vidi librum, hunc qui inſcribitur *Deciſiones Cauſarum, &c.* nihilq; in eo reperi alienũ ſiue à recta fide, ſiue à bonis moribus; imò in eo ita prudenter, doctè, ac iuſtè deciduntur cauſæ propoſitæ, vt & Auctor inde non vulgarem promereatur laudem prudentiæ, eruditionis, ac integritatis; & quicumq; vacant Studijs Iuris Ciuilis, & Canonici, aut munus cauſidici, vel iudicis profitentur, magnam percepturi ſint vtilitatem: quare puto illum omninò eſſe dignum, qui ad commune bonum typis euulgetur. è noſtro Collegio Ferrarienſi kal. Septembris. 1641.

Imprimatur.

P. Io: Bonafides Vic. Gen. &c.

PRo Reuendiſs. P. Inquiſitore Ferrarienſi videbatur attente liber inſcriptus *Deciſiones Cauſarum &c.* à P. Fr. Bartholomeo de Marchis S. Theologiæ Doctore, ac Priori Conuentus Sancti Dominici de Ferraria, in quo ne dum contra fidem, aut morum probitatem nihil, ſed ita humanum, cum naturali, atq; Diuino, colligatum ius fuit inuentum, vt illud Eccleſ. 4. dicere liceat. Funiculus triplex difficile rumpitur; quoniam oppugnare deciſum ab Auctore laborioſum erit. Ideo in omnium Iudicum cõmodum, & vtilitatem dignus exiſtimabatur, vt typis mandaretur. In Conuentu Ordinis Prædicatorum Ferrarienſi die 15. Septembris. 1641.

Ita eſt Fr. Bartholomeus qui ſupra manu propria, &c

Imprimatur.

Fr. Ambroſius Roggerius Inq. &c.

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS
NOTABILIVM
Contentorum in Deciſionibus Ferrarienſibus Antonij Leoncilli.

A.

ABlatiuus abſolutus importat conditionē, dec. 12. nu. 4.

Abſentium perſonas, Iudices ſuſcipere debent, deciſ. 40. num. 8.

Abſolutio eſt fauorabilis, & extendenda, Cōdemnatio autem odioſa, & reſtringenda, dec. 24. nu. 3.

Alia in verbo ſententia.

Abſurdum toleratur, vt euitetur abſurdius, dec. 59. nu. 16.

Abſurdum ex lege ſi viua matre, ceſſat quando filia fuit dotata, & nō nepti s, dec. 80. nu. 8.

Abſurdum eſt, vt perſonæ magis dilectæ, ſint deterioris cōditionis quam minus dilectæ, & ne ſequatur hoc abſurdum, facienda eſt omnis interpretatio etiā verba improprian do, ac etiam ſi ſequatur nullitas actus, dec. 74. nu. 4.

Acceptare creditū abſque debito contrapoſito non licet, dec. 43. nu 1.

Acceſſorium ſequitur naturam principalis, dec. 9. nu. 6.

Agens ex contractu cenſetur ratificare contractum, dec. 184. nu. 1.

Alia in verbo ratificatio.

Agere qui cæpit ordinarie, non poteſt etiam vigore obligationis Cameralis agere exequtiue, dec. 8. nu. 8.

Acta coram ſæculari, an probēt coram eccleſiaſtico, deciſ. 84. num. 14. & quid in confeſſione, ibidem.

Acta criminalia inter eaſdem perſonas probant in ciuili, dec. 195. nu. 1. & magis confeſſio ibi nu. 2.

Acta pendente tempore ad appellandū reuocantur per viam nullitatis, dec. 21. nu. 4.

Acta poſt & contra appellationem reuocantur tanquam attentata, dec. 75. num. 1. Etiam ſi ante inhibitionem quando ſumus in diffinitiua, ibidem nu. 5.

Acta tranſportare, an teneatur appellans vel appellatus, dec. 35. nu. 5. & 7.

Actis magis creditur quam Notario, & Iudici, dec. 80. nu. 3.

Actio quid ſit, dec. 35. nu. 12.

Actio cui competit, magis competit exceptio, dec. 37. num. 2. & dec. 101. num. 2.

Actionis expreſſio non requiritur in libello dec. 50. nu. 6. dec. 35. nu. 12.

INDEX.

Actionis defectus an vitiet parte non opponente, dec. 10. nu. 10. dec. 33. num. 15.

Actio realis ſequitur rē, dec. 99. nu. 1.

Actio perſonalis non inducit vitium litigioſi, nec etiam quo ad ipſam actionem, dec. 99. nu. 10.

Actio ciuilis, & criminalis non poſſunt ſimul intētari dec. 169. nu. 1. Fallit vt ibi nu. 3.

Actor Clericus ſequitur forum rei laici, dec. 86. num. 7. & in hoc etiam Senator ſequitur ſeruum, ibidem.

Actore non probante, reus licet nihil probet abſoluitur, dec. 1. nu. 3.

Actoris actus præcedere debent in iudicio, & eius aduocatus debet eſſe prior in informando, deciſ. 79. num. 2.

Actor in iudicio legis diffamari an ſit diffamans vel diffamatus, dec. 57. num 19.

Actus factus contra legem prohibentē, & non annullantē valet, dec. 103. num. 5.

Actum nihil videtur quando ſupereſt aliquid agendum, deciſ. 66. num. 4.

Actus non operantur præter intentionem agentium, dec. 20. nu. 11. & dec. 36. nu. 1. & 2.

Aditio hæreditatis probanda eſt ab eo qui ſe fundat in illa licet hæreditas ſit opulenta, nec probatur præſumptionibus, dec. 2. nu. 8. Nec inducitur ex actu æquiuoco, vel dubio, ibid. num. 12. Inducitur autem ex retētione rei hæreditariæ, ibi nu. 9. niſi alio licito titulo retineri poſſit quam hereditario, ibidem nu. 11. Alia in verbo hereditas.

Adminiſtrandis rebus proprijs qui nō eſt idoneus, minus idoneus creditur in alienis, dec. 194. nu. 4.

Adminiſtrator quilibet tenetur reddere rationem, dec. 198. num. 1. & quid ſtante liberatione teſtatoris, ibidem nu. 2.

Adminiſtrator publicus vel priuatus ſortitur forum in loco adminiſtrationis, dec. 162. nu. 1. & non gaudet priuilegio fori extra d. locum, ibid. nu. 2. fallit vt nu. 1. in fine, & nu. 3.

Adulterium confeſſus non auditur appellans, dec. 84. nu. 2.

Adulteriū licet plene probari non poſſit, præſumptio tamen adulterij eſt plene probanda d. dec. 84. nu. 7. & facilius probatur quando de eo ciuiliter agitur, ibidem.

Adulterium mulieris quam viri deteſtabilius, & quare, deciſ. 84. nu. 84.

Adulterium duplex admittitur quando vterque delinquens eſt coniugatus, & duplicem habet deformitatem neceſſario confitendam in foro penitentiali, dec. 84. nu. 32.

Adulteria plura ab vno commiſſa cū vna puniuntur, vt vnum in foro exteriori, dec. 84. d. nu. 32.

Adulterij pœna quæ ſit de iure Moſaico, Ciuili, Canonico, & conſuetudine, dec. 84. nu. 33. & 34.

Adulterāte vno ex coniugibus, altero inſtan-

inſtante ſit diuortium, dec.84.nu. 17.quę concluſio eſt de fide ibidem, & locum habet tam in vxore quã in viro, ibid.19. per ſuperueniens tamen adulterium alterius ceſſat, ibidem nu 21.

Adulterãs amittit dotem, licet ſolum ciuiliter actum ſit, dec.84. nu. 22. licet ſimus in dote ſolum promiſſa, & quid in paraphernalibus, ibid. Dos autem applicatur filijs quando adſunt, ibidem nu.24.

Adultera in monaſterium detruditur pro toto vitæ tempore, deciſ.84. num 30.

Adultera an debeantur alimenta.dec. 84.nu.25.26.27.& quid in ſumptibus litis, ibidem nu.28.

Adultera an poſſit euitare diuortium propter continentiam viri dec.84. num.39.& an ob expulſionem, & denegationem alimentorum, ibid. num.41.

Adulteram vxorem vir ſcienter cognoſcẽs cenſetur remittere ius querelandi, dec.84. num.38. Item ſi oſculetur, ibidem.

Adulterium plene probatur ex confeſſione mulieris quo ad ipſius præiudicium, & quid quo ad præiudiciũ adulteri, dec.84. nu.11.

Aduocatus in cauſa, redditur in illa Iudex ſuſpectus ei contra quem aduocauit dec.22.nu.3. Aduocare tamen poteſt in cauſa in qua iudicauit ibidem.

Aedificare licet in ſuo etiã cum damno vicini, dummodo non incendatur deciſ.46.num.1.& 5.

Aequalitas ſeruanda eſt in iudicijs dec.4. nu.4. & dec.9. nu.20. & dec.12. num.5.

Affectionis æqualis cauſa ſuſpicionem remouet dec.55.nu.6.

Agnationis quando teſtator non habuit rationem, aliæ coniecturę non excludunt fœminas ab appellatione liberorum dec.80.nu.9.

Agnationis præſumpta contemplatio excluditur ex vocatione fœminarum in aliqua parte teſtamẽti dec. 80.nu.10.

Alienatio quid ſit dec.157.nu.3.

Alienationis prohibitio non impedit translationem poſſeſſionis dec.157 num.3.

Alienationis expreſſa prohibitio non aufert mulieri beneficium, Auth. res quæ dec.139.nu.1. & quid in prohibitione in uidua etiã ex cauſa dotis ibidem nu.2.

Alia in verbo dos.

Alienationes hęredis grauati præſumuntur adequare detractiones illi competentes dec.82.nu.6.

Alienationes primæ pro detractionibus ſuſtinentur dec.149 nu.6.

Alienationis nullitas in forenſem allegari non poteſt niſi pro parte Communitatis in terminis Statuti Ferrariæ dec.136.nu.7.

Alienatio rei emphyteoticæ reſeruato, & nõ obtento conſenſu domini directi inducit caducitatẽ quando res fuit tradita dec.190.nu.1. Ad id tamen nõ ſufficit translatio poſſeſ-

ſionis per conſtitutum ibidē nu. 2.
Alienans partem rei emphyteoticæ irrequiſito cōſenſu domini directi an cadat à tota dec. 11. nu. 7. 8. & 9.
Alienatio rei emphyteoticæ in perſonā probibitam regulariter non eſt nulla niſi volente domino directo dec. 161. num. 2.
Alienatio quādo facta dicatur in perſonam potētiorem, & prohibitam dec. 5. nu. 11.
Alienatio rei emphyteoticæ in manus mortuas non valet etiā quo ad æſtimationem in bonis Ferrarienſibus dec. 99. nu. 8.
Alienationis rei emphyteoticæ nullitas inducta eſt in fauorem domini directi, cuius præiudicium reſpicit alienatio dec. 99. nu. 13.
Alienatio rei litigioſæ etiam in ignorātem facta eſt nulla dec. 99. nu. 4.
Vbi ampliationes, & limitationes remiſſiuæ, nec valet etiam in Eccleſiam facta ibidem nu. 5.
Alienatio vt dicatur facta in fraudē paratæ exequtionis, requiritur indubitata ſcientia contrahentium ſuper litis pendentia dec. 99. nu. 9. & contra ſcienter acquirentē poſt litem motam fieri poteſt exequtio abſque nouo iudicio ibidem nu. 6.
Alienatio ſine traditione non inducit caducitatē dec. 11. nu. 10. nec ſufficit traditio per conſtitutum deciſ. 190. num. 2.
Alimenta præſtare tenetur filius patri quamuis crimino ſo, & quare dec. 84. nu 26.
Alimenta, & ſumptus litis debentur collitiganti conſtito de paupertate, & de præſumptione boni iuris dec. 101. nu. 1. nec computantur in ſortem debitam, nec in caſu ſuccumbentiæ reſtituuntur ibidem nu. 3. & huiuſmodi cauſa eſt valde priuilegiata dec. 72. num. 3. & præſumptio boni iuris reſultat ex ſententia fauorabili non obſtante appellatione ibidem.
Anima maſculi quare prius infundatur quam anima fæminæ dec. 194. num. 10.
Animalia reperta in damno an retineri poſſint dec. 94. nu. 7.
Antiquū tempus quod dicatur in materia Inſtrumentorum, & teſtium dec. 14. nu. 4.
Antiquum in ſententijs dicitur poſt annos triginta dec. 56. nu. 30.
In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia dec. 151. nu 3. fallit tamen vt ibi.
Quod antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt dec. 151. nu. 8
Appellatio in dubio eſt admittenda dec. 94. nu. 5.
Appellatio eſt commune auxilium, & refugium, & antidotum deciſ 94. nu. 6. Sed aliquando vertitur in ſuffugium, & in venenum dec. 28 num. 10.
Appellare non vt graues, ſed ſi graueris licet ex D. Bern. dec. 28. nu. 10
Ad appellationem admittendam, vel reijciendam attenduntur verba ſententiæ dec. 68. nu. 13. Ideo appella-

pellabilis eſt ſententia declarans teneri, & obligatū eſſe, licet adeſſet obligatio Cameralis ibidem.
Appellatio ſuſpenſiua non datur in ijs quę celeritatem deſiderant dec.48. num.6.
Appellationi poteſt pacto renunciari dec.44.nu.1. & ante & poſt ſententiam, vt ibi, ac etiam tacite per comparitionem coram Iudice à quo licet is nihil decreuerit deciſ. 161. num.3.
Appellatio eſt à minori ad maiorem Iudicem prouocatio deciſ.22.nu.8. & vt appelletur ad parem conſuetudine induci non poteſt ibi nu 9.
Appellatio inuenta eſt, vt ſententias reformet, ſed aliquando eas deformat dec.22.num.10.& deciſ 28. num.9.
Appellatio eſt regulariter communis etiam appellato, etiam ſi appellatus alias appellare nō potuiſſet dec.83. nu.9. Fallit quando appellans appellauit in parte, & partibus, & capita ſentētiæ ſunt ſeparata ibid. num.10.
Appellatus quando poſſit prætendere reformationem ſentētiæ ad ſui fauorem deciſ.160.nu.1. 2. 3.& 4.
Appellatione ſublata per legem vel ſtatutum, admittitur tamen quando adeſt notorium grauamen deciſ. 134.nu.6.
Appellationi poſt quam cæpit eam proſequi renunciare non poteſt appellans inuita parte dec.98.nu.6. nec commiſſioni impetrata poſt quam ea cæpit vti etiā tacite ibid. nu.7.
Appellare poteſt à delatione iuramenti qui iurare non tenetur dec.1.nu.1.
Appellatio requiritur in iudicialibus etiam à reiectione tacita, nec ſufficit contradictio dec.15.nu.3.
Appellatio non datur de iure à ſententia de exequen.& ex for.Stat.Fer. non datur ex quouis capite dec.17. nu.8.& 9.
Appellatio non datur contra Inſtrumentū habens clauſulam iuramenti, & pactum de non appellando etiam ex capite notoriæ nullitatis vel iniuſtitiæ ſtanti Stat. Ferrar. dec.17.nu.10.
Appellatio nulla etiam cum inhibitione non cauſat attentata deciſ. 17. num.17.
Appellatio non datur à laudo, & præſertim ex compromiſſo voluntario dec.44. nu.2.& 3.
Appellatio actoris ab abſolutoria rei habet in effectu ſolum effectum deuolutiuum dec.31.nu.13.
Appellationem prohibere poteſt Statutum cum confirmatione ſuperioris dec.44. nu. 26.
Appellationi ab interloqutoria Iudex non deferens procedere poteſt antequam ſit inhibitus dec.48. nu.2.
Appellatio conſortis, conſorti quando proſit dec.20.nu.1. & ſeq.
Appellatio permiſſa vel prohibita reo, cenſetur etiā permiſſa vel prohibita actori, & è contra dec. 31.nu.2. fallit quando eſt diuerſa ratio ibid. nu.11 & ibi exēpla nu 4. & ſeq.

Appellatio ligat manus Iudicis, & partis dec.71.num.8. & admiſſa ex poſt facto retrotrahitur etiã quo ad effectum attentatorum, etiam ſi non eſſet admittẽda dec.75.nu.3.
Appellatio reducit cauſam ad terminos in quibus erat poſt litem contextatam dec.66.nu.19.
In cauſa appellationis poſſunt non deducta deduci, & non probata probari dec.64.nu.42.
Appellatio habet vim confirmandi, ſupplendi, diuidendi, corrigendi dec.64.nu 44.
Appellatio an & quando detur à Decreto reſeruationis ad merita dec. 21.nu.1.
Appellatio non datur ab arbitrarijs Iudicum dec.21.nu.3.
Appellationi ad Papã interpoſitæ Iudex non deferens punitur dec. 60. nu.9. Etiam in dubijs, vt ibi.
Appellationi friuolæ non eſt deferendum dec.60.nu.1. & Iudex ei deferens peccat nu.2. & friuola dicitur interpoſita ante diffinitiuam ſine cauſæ rationabilis expreſſione nu 4. & quando dicatur friuola relinquitur arbitrio Iudicis nu.5. & non eſt admittenda niſi negatiue, dicendo non admiſit niſi ſi & in quantum num.4. & friuole appellans ante diffinitiuam amittit ius appellandi poſt eam nu.5.
Aqua mea ſitientibus, agris meis non debet ad aliorum vſum conuerti dec.102.nu.7.
Arbiter delegare nõ poteſt dec.7.n.19.
Ab arbitri perſona ſemel electa partes recedere non poſſunt dec 7. nu. 18.
Arbitro ſuper compromiſſo non creditur dec.56.nu.23.
Arbitrium intelligitur prout de iure dec 17.nu.5. Tribuit tamen ius præferẽdi æquitatem rigori ex cauſa rationabili, ibi nu.6.
Arbitriũ extendi poteſt ad retardandam non ad retractandam exequtionem dec.17.nu.7.
Arbiter in cauſa ſua vel ſuorum eſſe nemo poteſt dec.22.nu.5.
Arbitri duo ex tribus poſſunt tertio contradicente, ſed non eo non vocato arbitrari, & quare deciſ.22. nu.14 & dec.57.nu.9.
Arbitrij nomẽ in dubijs intelligitur de regulato, nõ de libero dec.69.nu.5.
Argumentum à ſentẽtia ad probationem valet dec.13.nu.6.
Argumentum à Dote ad Eccleſiã vel piam cauſam valet deciſ.14.nu.6. Alia vide in ſuis verbis.
Aromatarij pro medicinalibus ſaltem vltimæ infirmitatis præferuntur anterioribus creditoribus habentibus etiam expreſſam hypothecam dec.26.nu.7.
Aromatariorum libris Ferrariæ creditur vſque ad ſummam librarum decẽ pro qualibet partita ex eorum priuilegijs dec.26.nu.7.
Attentans delinquit, & ius, & Iudicem, & partem lædit dec.75.nu 5. & æquiparatur violento ſpoliatori ibid. condemnatur in expenſis nu.4 & agenti ad reuocationem atten-

attentatorum nō obſtat excommunicationis exceptio ibi num. 6. & Iudex poteſt ex officio, & parte non inſtante ea reuocare ibi num 7. & reuocatio ſpectat regulariter ad Iudicem ad quem ibid.

A ſententia ſuper reuocatione attentatorum datur appellatio deciſ. 94. num. 1. Item & à ſententia ſuper nō reuocatione ex communi ibi num. 2.

Attentata purganda ſunt vſque ad obolum, & debet fieri integra reſtitutio in priſtinū dec. 112. nu. 1. nec ſufficit depoſitum partis cū oblatione reſidui nu. 2. & quid in expenſis damnis, & intereſſe num 3. & quid in expenſis iudicialibus num. 4.

Ad effectum attentatorum requiritur ſcientia appellationis in appellato certa, & concludēs dec. 20 nu. 16. vnde requiritur intimatio appellationis Iudici, & parti ad effectū reuocationis in primis, & ante omnia alias reuocantur in fine per viam iuſtitiæ dec. 20 nu. 19.

Ab attentatis excuſat ignorantia litis pendentiæ d. dec. 20. nu. 16. vel appellationis nu. 17.

Non attentat qui continuat dec. 114. num. 4.

Non attentat ignorans dilationem à Iudice datam dec. 20. num. 20.

Attentata non liquida, reijciuntur ad merita, & quare dec. 20 nu. 21.

Attentata nō reuocantur ante omnia, ſi ante omnia conſtet in meritis de notorio nō iure petentis reuocationem dec. 20. nu. 27. vbi an procedat etiam in prophanis. Debet tamen conſtare ex confeſſione vel re iudicata ibi nu. 28.

Attentatorum reuocatione ſuſpenſa, ad effugiendos circuitus Rota aliquando procedit ad merita d. dec. 20. nu 33.

Ad augmentum inducta nō debent diminutionem operari dec. 86. nu 8.

Author laudatus tenetur defendere iudicium in foro conuenti dec. 186 nu. 2. Secus eſt in eo qui nominatur in Dominum ibid. & iuriſdictio etiam delegata contra laudantem extenditur contra authorem laudatum ibid. nu. 3.

Ex authorum multitudine quid melius, & æquius ſit, iudicari non debet dec. 94. num. 3. & non ſolum ponderandi ſed numerādi ſunt dec. 87. nu. 14 dec. 142. nu. 2.

Authoritas nulla maior quam authoritas rationis dec. 87. num. 14. & dec. 142. num. 2. & authoritas ex ratione non ratio ex authoritate ſumenda eſt ibidem.

B.

Beneplacitum Apoſtolicum etiam non enunciatum in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum præſumitur poſt triginta annos dec. 11. num. 3.

Bona intelliguntur quæ ſuperſunt ære alieno deducto dec. 2. num. 24. dec. 90. nu. 2.

Bonus quilibet naturaliter præſumitur

tur dec.62 nu.1. non tamen optimus dec.144.nu.5.
Boni viri appellatione intelligitur Iudex dec.69.nu.4.
Bona aſſerens non ſufficere transfert in aduerſariũ, onus probandi contrarium dec.93.nu.4.
Bona quæ tranſeunt in hæredem extraneum, regulariter etiam in fiſcũ tranſeunt dec.161 nu.1.
In bonis paraphernalibus vxoris maritus non habet niſi adminiſtrationem volente vxore quæ etiam tacite prohibere eam poteſt, vt conſtituendo procuratorem maritum in vna cauſa, prohibere cenſetur in reliquis dec.90.nu.15. & an teneatur fructus reſtituere, in verbo fructus.
In bonis extra dotalibus maritus nec adminiſtrationem habet deciſ.90.num.15.
In bonis dotalibus quando poſſit exequutio fieri pro debito vxoris deciſ.90.nu.1.
Bulla Bonifaciana ædita eſt in fauorem Ferrarienſium deciſ.161.num.8.

C.

CAducitas an incurratur ex defectu vnius nummi pro canone debiti dec.18.nu.11.
A caducitate cauſa leuis, & quælibet cauſa credendi etiam iniuſta excuſat dec.78.nu.5.
Ad caducitatem incurrendam requiruntur copulatiue tria de quibus dec.78.nu.1. & ſeq. Alia in verbo Pœna caducitatis, & in verbo emphyteota.
Cæcus poteſt iudicandi officium retinere, ſed non nouum conſequi deciſ.159.nu.5.
Cælum quod ſupra ſolum publicũ eſt, publicum eſſe debet dec 46.nu.6.
Ad cambia promittens tenere, vel dare pecunias, tenetur ad fructus ſiue cambiauerit ſiue non cambiauerit dec.65.nu.17.
Ex capitulis habitis pro confeſſis reſultat ficta confeſſio quæ vere probat dec.43.nu.2.
Ad capitula pronuncianda pro confeſſis quid requiratur ex form. Stat. Ferrar.dec.15.nu.4.
Captatoria volũtas quæ nam proprie dicatur dec 56 nu.9.
Captatoria vltima voluntas non valet ſiue vniuerſalis ſiue particularis dec.56.nu.8. Et an pacto conſiſ mari poſſit ibid.nu.34. Alia in in verbo arbitrio.
Captura nulla vel iniuſta an validetur docto de credito, & bono iure poſt capturam dec.184.nu.3.
Captus nulliter vel iniuſte tanquam libertate ſpoliatus, eſt ante omnia reſtituendus dec.184.nu.2.
Captus nulliter vti de fuga ſuſpectus, retinetur pro ſumma vere debita ex form. Stat. Ferrar. deciſ.184.num.4.
Carceratus excuſatur ab appellando, & proſequendo dec.182.nu.1. & quando eſt in ſecretis, non tenetur mittere procuratorem ibi nu.2. & ſal-

ſaltem competit ei reſtitutio in integrum quādo Iudici de carceratione non conſtabat, ſed quando conſtabat, ea non indiget, & acta contra eum ſunt nulla ibi nu. 3. etiam ſi culpa ſua eſſet carceratus ibidem.

Captura etiam vigore rei iudicatæ facta poſt appellationem nulla eſt, & attentata dec. 48. nu. 1. Facta tamen ex ſuperuenienti fugæ ſuſpitione non inducit attentata, ibi num. 10.

Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis dec 47. nu. 10.

Caſus omiſſus in fideicommiſſis habetur pro omiſſo nō obſtante præſumptione contraria dec. 59. nu. 33.

Cauſa actus magis quam actus attenditur dec. 34. nu. 10.

Cauſa finalis ſi redit ad non cauſam ceſſat effectus dec. 34. nu. 10.

Cauſa limitata, limitatum producit effectum dec. 36. nu. 2.

Ob cauſam data, cauſa non ſequta repleuntur dec. 34. nu. 9. & ſeq. vbi exempla.

Cauſæ plures lucratiuæ quando cōcurrere poſſint dec. 87. nu. 17.

Cautio à lege requiſita, intelligitur parte petente dec. 171. nu. 4.

Ex cenſu impoſito ſuper re aliena emptor ignorans licite fructus percipit dec. 55. nu. 21.

Cenſus extinguitur ob perpetuam infructuoſitatē fundi dec. 105. nu. 1.

Citatio circumducitur per productionem, & admiſſionem iurium dec. 197. nu. 3.

Citatio præſumitur interueniſſe ex diuturnitate temporis deciſ. 15. num. 12.

Citatio exequta contra minorem ei nō nocet dec. 17. nu. 24.

Citandus nemo eſt ad actum quem impedire non poteſt dec. 17. nu. 42.

Citandus non eſt cui certum eſt nullam competere defenſionem dec. 45 num 7.

An citanda ſit pars ad delationem iuramenti deciſ. 17. num. 28. 42. & 43.

Citationis ſolemnitas poteſt impleri per æquipollens dec. 15. nu. 8. dec. 17. nu 40.

Citationis defectum ſupplet intimatio Decreti in interloqutorijs dec. 15. num. 10.

Citationis defectus purgatur per comparitionem partis vel procuratoris dec. 15. nu. 11.

Citationis defectus quando non eſt totalis Rota reſpondet pro arbitrio ad ſanandam nullitatem dec. 15. num. 9.

Ciuis ex priuilegio an ligetur, & iuuetur ſtatutis dec. 27. num. 12. & ſeq. & in verbo Statutum.

Ciuis ex priuilegio dicitur vere, & proprie ciuis dec. 27. num. 13. & æquiparatur originario deciſ. 32. num. 5.

Ciuis creatus etiam cum onere onera ſuſtinendi gaudet ciuilitate donec doceatur de non implemento: Immo nec deſinit eſſe ciuis, licet non adimpleat dec. 27. nu. 18.

c Ciui-

INDEX.

Ciuitatis appellatio in materia fauorabili extenditur etiam ad ſuburbia, & aliquando ad territorium dec. 163. nu. 2. Declara vt num. 5.

Ciuitate interdicta, intelliguntur interdicta etiam ſuburbia, & quare dec. 163 nu. 3.

Legato frumento quod eſt in Ciuitate vel legatis domibus quæ ſunt in Ciuitate, an veniant quæ ſunt in ſuburbijs dec 163. nu. 5.

Clauſula appellatione remota in commiſſione, pariter afficit actorem, & reum dec 31. nu. 12.

Clauſula appellatione remota, intelligitur remouere appellationem etiã ad effectum deuolutiuum dec. 134. nu. 2. ſaltem quando additur verbum vniuerſale vt ibi.

Clauſula cum voto, & de voto quomodo differant deciſ. 57. nu. 5. 10. 14. & 15. & quomodo debeat de voto conſtare, ibi nu. 21.

Clauſula deductis prius deducendis, ſuſpendit exequtionem ſententiæ, & ſi fieret ante liquidationem eſſet ſpoliatiua dec. 82. nu 13.

Clauſula inſolidum non ſubintelligitur niſi exprimatur dec. 82. num. 11. nec venit etiam ſub Camerali obligatione, ibidem.

Clauſula ius, & iuſtitiam ſaluat libellum ab ineptudine concluſionis dec. 50 nu. 7.

Clauſula omni meliori modo operatur vt libellus recipiat interpretationem quæ fauorabilior eſt libellanti, deciſ. 50. num. 8.

Clauſula ſi quis, reſoluit præceptum in citationem parte comparente deciſ. 46. nu. 1.

Clauſula ſi quid exequendum ſuſpendit exequtionẽ donec fuerit cognitum de iuſtitia ſententiæ deciſ. 44. nu. 7. & petens exequtionem vigore dictæ clauſulæ tenetur iuſtificare ſententiã ex eiſdem actis niſi reus nouas probationes deducat, ibi nu. 8.

Clauſula ſine præiudicio exequtionis vel legitimæ exequtionis præſeruat Iudici à quo ius exequendi non obſtante inbibitione Iudicis ad quẽ dec. 6. nu 3. Idem in clauſula parito iudicato ibid. Idem in clauſula dummodo ſententia non ſit tertia dec. 16. nu. 2.

Clauſula ſine præiudicio exequtionis non includit expenſas dec. 6. nu. 2. Sicut nec clauſula parito breui ibidem, & dec. 46. nu. 24.

Ex Clauſula ſine præiudicio legitimæ exequtionis poteſt Iudex admittere exceptiones iniuſtitiæ, deciſ. 4. num. 15.

Clauſula parito iudicato importat, vt reus poſſeſſionem dimittat, fructus reſtituat, & expenſas reficiat antequam audiatur dec. 6. nu. 1.

Clauſula parito iudicato tribuit iuriſdictionem conditionalem dec. 6. num 4.

Clauſula ſine præiudicio iurium partium intelligitur tam quo ad petitorium quam quo ad poſſeſſorium ſal-

INDEX.

ſaltem quando à Iudice eſt appoſita dec.143.nu.2. & magis quando à Principe ibi nu.5.

Clauſula ſola facti veritate inſpecta reducit cauſam ad terminos iuriſgentium dec.20.num.30. Alia in verbo facultas.

Clericus actor ſequitur forum rei laici dec.57.nu.18.

Clericus vnus inter plures laicos conuentus trahit cauſam totam coram Eccleſiaſtico dec.57.nu.17.

Clerici vnde dicti ſint dec.179.nu.8. & an veniant appellatione populi vniuerſitatis, & Ciuium ibid.

Clericus litigans coram ſæculari ligatur ſtatuto laicali quo ad ordinatoria d. dec.15.nu.7.

Clerici non ligantur nec iuuantur ſtatutis Ferrariæ niſi fuerint acceptata, vt idem Statutũ diſponit, quod facere potuit dec.15.nu.6.

Clerici non ligantur conſuetudine laicorum niſi probetur inducta ex com muni eorum conſenſu dec.179.nu.7. nec priuilegio ſæculari vt credatur libris mercatorum, in verbo Liber.

Clericale priuilegium fori an ſit iuris diuini dec.86.nu.15.

Commoda ſequuntur incõmoda dec. 19. num.7.

Commodanti aduerſus commodatariũ defertur iuramentum affectionis, dec.130. nu.1.

Communio vniuerſalis non præſumitur niſi probetur: Inducitur autem ex cohabitatione, communicatione lucrorum, & non reddita ratione dec.167.nu.1. etiam ſi vnus plus altero conferat, ſaltem ſi magna nõ ſit inæqualitas ibi nu. 2. Excluditur ex acquiſitionibus factis nomine proprio niſi fructus communicentur ibi nu. 3. Non præſumitur inter Mercatorem, & Clericũ, ibi nu. 5.

Commune non eſt proprium, & nõ eſt proprie meum dec.22 num.16. & non dicitur ad aliquem ſpectare, quod ad ipſum communiter cũ alio ſpectat ibi nu. 17.

Quod communiter poſſidetur, communiter negligitur dec.22.nu.18.

Compromiſſi Statutarij petitio ſuſpendit iuriſdictionem dec.71.num.5. & à reiectione datur appellatio, ibid.nu 3.

Compẽſatio habet vim ſolutionis dec. 37.nu. 3. Admittitur etiam poſt rem iudicatam, & in exequtione ibi nu.4. non præſcribitur præſcriptione Stat.Ferrar.nu.8. non fit de liquido ad illiquidum ibi num. 11. & dec.38.nu.3. non fit de credito alieno dec.42.nu.6.

Compenſare alius pro alio non poteſt, licet ſoluere poſſit dec.42. nu 1.

Compenſationem opponens videtur debitum fateri dec. 30. nu.11.

Conceſſio noua differt à relaxatione, & facilius hæc quam illa conceditur dec.54.nu.17.

Conceſſo conſequenti, cenſetur conceſſum omne neceſſarium antecedens, dec.32.nu.2.

Con-

Digitized by Google

Condemnati ſimpliciter plures, cenſentur condemnati non in ſolidum ſed in viriles, licēt eſſent in ſolidū obligati dec.82. nu 12.

Conditio nihil ponit in eſſe, & quæ ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione dec.12.nu.4.

Conditio ſuſpenſiua differt à reſolutiua dec.38.nu.8.

Conditionalis diſpoſitio non ſortitur effectum niſi impleta conditione dec.66. nu.4.

Conditio debet impleri in forma ſpecifica quando eſt voluntaria deciſ. 66. num. 4.

Cōditio poteſtatiua debet impleri quā primum d. dec.66.nu.4.

Conditio adiecta exequtioni contractus non reddit contractum conditionalem dec.38 nu.9. At in vltimis voluntatibus etiam exequtioni adiecta ſuſpēdit ibidem, & dec 66.nu.4.

Cōditionale legatum vel fideicommiſſum nō tranſmittitur etiam ad filios niſi ex coniecturis dec 2.nu.4. & quæ ſint illę, ibid. Remiſſiue.

Conditionis defectus habet oculos retro dec.188.nu.2.

Sub conditione vidualis, & caſtæ vitæ relictum, ſi non ſeruetur conditio, reſtituendum eſt vna cū fructibus vſque ab initio perceptis, & percipiendis, dec.88.nu.1. Secus ſi ſit relictum ſub modo vel verbis temporalitatem importātibus, tunc enim reſtituitur ſolum cū fructibus perceptis poſt fractam cōditionem ibid. In hæreditatibus autem indiſtincte reſtituuntur fructus omnes ibid.nu.3.

Conditione deficiente, deficit conditionalis diſpoſitio dec.54.nu.23.

Conductor petens remiſſionem penſionis ſeu reſtaurum, debet probare quantitatem damni paſſi deciſ. 7. nu 8. Et quantum damnum ad id requiratur ibi nu.9.

Conductor tenetur denunciare locatori caſum contingentem in re locata d. dec.7 nu.10.& dec.77.nu.14.

Conductori competit reſtaurum quando ex iuſto metu impediuntur commercia d. dec.7.nu.7

Conductor agere non poteſt pro caſu ſuperuenienti ſi vigebat probabilis eius timor tempore factæ locationis. d. dec.7.nu.16.

Vt conductor teneatur ad penſionem etiam ſi re locata non poſſit vti, pactum non videtur valere, d. dec. 7 nu.15.

Conductor condemnatus ad relaxandam rem locatam, & ſoluendā penſionem non appellat dec.112.nu.2. minus ex Stat.Ferr.nu 4.

Conductor qui penſionem non ſoluit, poteſt expelli non obſtante ſimplici pacto de non expellendo niſi finita locatione dec.77. nu.21.

Conductor culpa cadēs amittit melioramenta d.dec.77.nu.31.

Conductor qui male verſatur in re ſibi locata cadit à commodo locationie dec.77.num.22. Et incidens arbores fructiferas vel virides,

dici-

dicitur male verſari ibi num. 23. ſaltem quando damnum eſt notabile num. 24. & quid ſi modicum 26. & ſeq. Et inciſio in dubio præſumitur facta a conductore vel eius culpa ibi num. 18. præſertim quando eſt in quantitate notabili, ibi nu. 13.

Conductor tenetur rem conductam in eadem ſtatu reſtituere, deciſ. 78. num. 3.

Conductor non poteſt inferre locatori quæſtionem dominij dec. 64. nu. 5. Fallit ſi conductio fuit nulla, ibi num. 13.

Conductio rei propriæ nō conſiſtit dec. 64. nu. 14.

Conductor an amittat dominium vel poſſeſſionem dec 64. nu. 15.

Conducere poteſt emptor rem emptam in aliquibus caſibus d. deciſ. 64. num. 16.

Confeſſio facta in precibus plene probat contra confitentem dec. 36 nu. 9. ac etiam contra hæredes, & licet reſcriptum eſſet ſurreptitium, & nullum ibi nu. 10.

Confeſſus ſua quodammodo ſententia condemnatur dec. 64. nu. 46.

Confeſſioni partium non creditur in prohibitis dec. 65. nu 12.

Confeſſio ficta an admittat cōtrariam probationem dec. 66. nu. 8.

Confeſſio habet vim ſententiæ, ac rei iudicatæ dec. 66. nu 11.

Confeſſiones contumaciales ex capitulis habitis pro confeſſis, Rota non attendit niſi cum adminiculis, deciſ. 66. num. 12.

Confeſſio non poteſt diuidi deciſ. 77. nu. 17. Fallit quando eſt qualificata nā poteſt reijci qualitas quæ habet contra ſe præſumptionem deciſ. 113. nu. 3.

Confeſſio probationi præcedit dec. 175 nu. 4. ſed veritati cedit ibi nu. 5.

Confeſſio erronea vel ſimulata conſtito de errore, vel ſimulatione non afficit d. dec. 175. nu. 5.

Confeſſio eſt ſuperlatiua probatio dec. 84. nu. 8. ſuperat omne genus probationis, & præualet mille teſtibus, & inſtrumentis dec. 65. nu. 1 & magis releuat ab onere probādi ibidem nu 3.

Confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ dec. 84. num. 9. In criminali tamen confeſſus non habetur pro condēnato ſed pro condemnando, ibidem nu 10. Et confeſſio etiam in proceſſu inualido facta nocet, ibidem.

Confeſſio facta in iudicio ſummario, an & quando probet in plenario, d. dec. 84. nu. 11.

Confeſsio ſola non probat delictum, neque aduerſus confitentē niſi alia probatio concurrat dec. 84. nu. 15.

Confeſsio ſponte, minoranda eſt pœna dec. 84. nu 31.

Confeſso etiā ſponte, dandus eſt terminus ad ſe defendendum etiam non petenti, & quando, & quare dec. 84. nu. 16.

Confeſsio tutoris per viam contentioſæ iuriſdictionis probat etiam contra

tra pupillum donec de errore doceatur dec.47.nu.9.
Confeſſio eſt quidam quaſi cõtractus, & confitens licet nihil promittat obligatur dec.49.nu.4.
Confeſſio etiam extraiudicialis præſente parte plene probat etiam non acceptata dec.49.nu.8.
Confeſſio extraiudicialis abſente parte, plene probata, ſemiplene probat dec.49.nu.3. & an per teſtes ſingulares probetur ibid. Plene probat quando eſt geminata ibi num. 11. Item ad fauorem piæ cauſæ nu. 12. Item de æquitate Canonica ſeruanda ſaltem in terris Eccleſiæ nu.10.
Confeſſio correi vel litis conſortis, correo vel conſorti non nocet deciſ. 63.nu.3.
Confeſſio liberatoria extraiudicialis, & abſente parte facta an plene probet dec.63.nu 11.
Confeſſio de recepto probat ſolutionẽ contra confitentem, ac etiam cõtra tertium præcedente promiſſione dec.63.nu.8.
Confeſſio etiam iurata tutoris de recepto non nocet pupillo niſi conſtet de actuali numeratione dec 63.nu. 9. limitatur in confeſſione liberatoria ibidem nu. 11. & 13. Item quando eſt adminiculata ibidem num.12.
Confirmatio in forma communi nõ alterat diſpoſitionem dec.199.nu.3. & 4. In dubio intelligitur in forma communi, ibi nu. 5.
Confirmatio Papæ quando faciat Statuta Papalia d.deciſ.179. num.2. & 4.
Conformitas ſententiarum requirit identitatem rerum cauſarum, & perſonarum dec.88.nu.8. Sufficit tamen eas in ſubſtantia concordare licet diſcordent in verbis num. 12. Et ſecunda ſententia non dicitur difformis à prima, quãdo declarat magis in ſpecie, vel quod venit in conſequentiam contentorum ſub prima ibid. In dubio autem iudicatur ſententias non eſſe conformes ibi nu. 8. Alia in verbo ſententia.
Coniectura eſt veſtigium veritatis latentis dec. 59. nu. 40. Vnde in claris non eſt locus coniecturæ ibid.
Connexorum idem eſt iudicium dec.9. num.8.
Conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei dec.65.num.22. Quando poſſit eſſe teſtis, & Iudex in cauſa conſanguinei, vide in verbo Iudex, & in verbo teſtis.
Conſenſus eſt de ſui natura neceſſario ſequendus dec. 17.nu 11.
Conſilium eſt voluntarium, & non neceſſario ſequendum d. deciſ. 17. num. 6.
Conſtitutũ eſt modus fictus, ſed transfert veram poſſeſſionem naturalẽ, & ciuilem dec.66.nu.9. Pallit ad euitandam caducitatem dec. 190. num.2.
Conſuetudo non inducitur ex actibus difformibus dec.13.nu.m3. & incompatibilibus dec.79. nu. 11.
Con-

Conſuetudo attẽditur in ſocietatibus dec.13.num.2. & in teſtibus examinandis dec.79.nu.7.

Conſuetudo an valeat vt quis iudicet in cauſa propria, vel quod ap-letur ad parem dec.22 nu 9.

Conſuetudo vltima debet attendi inter plures cõtrarias dec.79 nu.12

Conſuetudo Ciuitatis dominantis ſeruanda eſt in loco ſubiecto quãdo ibi alia diuerſa, vel aduerſa nõ viget dec.47.nu.5.

Continentia mariti an adultera vxori præbeat exceptionem aduerſus diuortium dec 84.nu.39.

Cõtinuans non attentat dec. 114 num.4.

Contractus à licita partium conuentione legem accipiunt dec.7.nu.13 & dec.109.nu.5. Sunt ab initio voluntatis ex poſt facto neceſſitatis d.dec.7.nu.13. & in eis quod ſemel placuit amplius diſplicere nõ poteſt dec.66.nu.9.

Contractus conſumatus præfertur nõ conſumato dec.54.nu.2. Fallit in matrimonio ibid.

Contrahens cum aliquo vel ſcit, vel ſcire debet conditionẽ illius dec.17 num.25.

Contrahentibus licet ſe ſine dolo decipere infra dimidium iuſti pretij etiam de iure canonico deciſ.43. num.12.

Contractus in dubio non eſt iudicandus vſurarius in foro exteriori, dec.4.nu.25.

Contrahẽs cum alio tanquam cum Ciue non poteſt negare illum eſſe talem dec.27.nu 11.

Contractus minoris, vel mulieris ſine ſolemnitatibus Statutarijs, nec etiam naturaliter obligat dec.110 num.1.

Contractus ſimpliciter celebratus, cenſetur celebratus nomine proprio, & ex pecunia propria deciſ.167. num.4.

A contractibus ad iudicia valet argumentum dec 20. num 7. & à contractibus ad quaſi contractus ibid. num.9.

Contractus etiam die Dominico celebrari non prohibetur deciſ.103. num.12. & an nutu perfici poſſit, & quid in matrimonio dec.146. num.3.

Contraria allegans non auditur deciſ. 64.nu.45. Fallit in Reo qui poteſt etiam contrarijs exceptionibus vti ibi nu.55.

Conuentiones extendere non eſt noſtrum dec.93.nu.9.

Copia vnius nõ debet ex alterius inopia proficiſci dec 59 nu.45.

Copula ex quibus probetur deciſ 84. nu.5.& 6.

A correctione nõ datur appellatio, ſed ab exceſſu datur dec.34. nu.3.

Corrigere ſe ipſum melius eſt quam ab alijs corrigi dec.22.nu.10.

Correlatiuo vno poſito, ponitur & alterum dec.142.nu.3.

Creditor quo ad principalem debitorẽ poteſt retinere rem magni valoris pro modica credito donec ſibi ſatisfiat,

fiat, ſecus quo ad concreditores dec. 118. nu 3.

Creditor aſſerēdoſe creditorem in ſcu. tis tot, ſi non addat taxatiuam, nō intelligitur negare quin plus ſibi debeatur Idemque eſt in teſte dec. 63. nu. 7.

Criminalia acta an probent in ciuili, & è conuerſo dec. 84. num 12. & dec. 195. num. 1. & 2. & dec. 77. num. 12.

D.

Damnū ſentire aliud eſt, aliud lucrum amittere dec. 46. nu. 3.

Damnum quod quid ſua culpa ſenſit, ſibi debet, & non alijs imputare dec. 47. nu. 12.

Damnum quādo ſit modicum vel magnum, relinquitur arbitrio Iudicis dec. 77. nu. 25.

Ad dāna liquidanda ſufficiunt leuiores probationes dec. 69. nu. 2.

Damna an veniant appellatione expenſarum dec. 69. nu. 2.

Dare videtur qui non adimit cum poteſt dec 54 nu. 18.

Debitor quis proprie dicatur, & quis creditor dec. 35. nu. 12. & debitoris mei debitor, an & quando dici poſſit debitor meus ibi nu. 11. & contra debitores debitoris quando creditor agere poſſit ibid. nu. 12.

Debitor non appellat quando condemnatur ex Inſtrumento cum Clauſula iuramenti, & pacto de non appellando ſed ſi is abſoluatur, creditor appellat ex Stat. Ferrar. dec 31 nu 4. Idem in Inſtrumento Camerali in verbo obligatio.

Pro debito vxoris maritus non tenetur nec è contra, nec pater pro debito filij, nec è cōuerſo dec. 90. nu. 11.

Pro debito vxoris vel mariti quando poſſit exequtio fieri in bonis Dotalibus dec. 90 nu. 1. & ſeq.

Declarans nihil addit dec. 24. nu. 10. & declaratio retrotrahitur ibid.

Præcedentia declarantur per ſequentia, & è cōtra, & præcedentia magis influunt ad declarationem ſequentium quam è contra deciſ. 74. num 5

Decretum irritās, inficit titulum, & poſſeſſionem dec. 157. nu 5. non tamen detentionem, & inſiſtentiam ibi nu. 6.

Decretum interloquutorium fieri poteſt ab vno ex pluribus coniudicibus, dec. 79 nu. 5.

Delegatio in verbo Iudex, & iuriſdictio.

Delictum in dubio non præſumitur, dec. 64. nu. 57. & ſumitur qualibet alia interpretatio excluſiua delicti, & culpæ, & pœnæ deciſ. 78. num. 13.

Deponere debitum liquidum, non eſt ſoluere dec. 38. nu. 12.

Depoſitum continens conditiones ad quas creditor non tenetur, non ſuffragatur dec. 38. nu. 13.

Depoſitum non integrum non prodeſt, dec. 38. nu. 14. Nec impedit curſum fructuum ſuper toto debito ibi nu. 15. & deſinit eſſe integrum etiam ex modico defectu, ibi nu. 16 etiam

ex

ex defectu vnius nummi, dec. 18. num. 3.

Depoſitarius non appellat ad effectum ſuſpenſiuum, & non reſtituens dicitur ſpoliare dec. 106. num. 1. nec opponit exceptionem compenſationis vel aliã ibi nu. 2. fallit quando obligatio depoſitarij non eſt ſimplex ſed qualificata, vt nu. 3.

Depoſitum vnius Iulij cum oblatione reſidui an ſufficiat quando de debito in genere conſtat dec. 33. nu. 14. & dec. 152. nu 2.

Deſcendentium appellatione veniunt ex proprietate ſermonis omnes in infinitum deſcendentes deciſ. 85. num 4.

Deſcendentium appellatione ex proprietate ſermonis veniunt etiam fœminæ dec. 59 nu. 7. & 38 fallit quando adſunt euidentes coniecturæ earum excluſiuæ ibi nu. 31. Itẽ fallit in materia feudali in qua regulariter ſoli maſculi veniunt dec. 85. nu 9.

Deſcendentes ex fœminis, patris & non matris conditionem ſequuntur, & ſemper ſunt cognati ſiue maſculi ſiue fœminæ dec. 59. nu. 14.

Deſertione lis moritur dec. 9. num 1. poteſt tamen à Principe reſuſcitari ſuper deſertione ſententia lata, an habeat vim diffinitiuæ vel interloqutoriæ dec. 9. num. 11. 13. 15. & 16.

Pro non deſertione in dubio eſt iudicandum dec. 9. nu. 27.

Aduerſus deſertionem competit reſtitutio ex Conſtit. Rot. pro vna vice, facta tamẽ exequtione, & refectis expenſis dec. 9. nu. 29.

Detentio eſt nuda inſiſtentia, & magis facti quam iuris dec. 147. nu. 6

Detractiones hæredi debita non retardant curſum fructuum in reliquis bonis ad fauorem fideicommiſſarij dec. 158 nu. 2.

Pro detractionibus competit retentio etiam ex perſona authoris dec. 82. num. 5.

Detrahendi ius eſt tranſmiſſibile dec. 82. nu. 6.

Detractionibus præſumũtur adaequatæ alienationes dec. 82. nu. 6.

Deus quos coniunxit homo non ſeparat dec. 84 nu. 19.

Dictio (Cum) coniungit acceſſoriæ. Dictio (Et) coniungit principaliter dec. 57. nu. 8.

Dictio (De) importat cauſam proximam, & immediatã Dictio (propter cauſam remotã dec. 57. nu. 12.

Dictio in circa ad modicam quantitatem refertur, & ad quam dec. 18. num. 7.

Dictio niſi poſtpoſita negatiuæ ſiue actus ſiue potentiæ, affirmat actum vel potentiam dec. 84. nu. 18.

Dictio quaſi eſt nota improprietatis, & additum diminuens deciſ. 54. num. 19.

Dictio quatenus importat conditionẽ dec. 54. nu. 22.

Dictio ſemper omne tempus, & omnẽ caſum includit dec. 56. nu 4.

Dictio taxatiua includit implicitam nega-

negatiuam deciſ. 63. num. 1.

Dictio tunc denotat temporis extremitatem, & impedit extenſionem dec 58 nu. 5.

Dilationi petitæ, & ſibi aſſignatæ renunciare quis nõ poteſt inuita parte dec. 98. nu. 1.

Dilationem petens videtur debitum fateri dec. 49. nu. 9.

Dilatione pendente, Iudicis officium conquieſcit dec. 197. nu. 2.

Diſpoſitum deficit deficiente ſuppoſito dec. 14. nu. 21.

Diſtinguens proximus eſt veritati, dec 5. nu. 17. & deſtinguentibus Doctoribus magis crèditur ibid.

In diſtribuendo diſtributiones quotidianas inſeruientibus, obſeruanda eſt obſeruantia & conſuetudo dec. 87 nu. 9. Sed conſuetudo accipiendi diſtributiones in abſentia reprobatur ibid.

Diuiſio impedit conſortium deciſ. 20. num. 4.

Diuiſionem recipit labor, & pecunia. dec. 87. nu. 1.

Diuidere quæſtiones per medium Ruſticanũ dixit gloſa dec. 13. nu. 11.

Diuortium non diſſoluit vinculum matrimoniale dec. 84. nu. 20.

Diuortiũ ſequiũ ob adulterium vnius ceſſat ſuperueniente adulterio alterius coniugis dec. 84. nu. 21. ſaltẽ Iudicis officio, vt ibi.

Diuortio ſequto, filij aluntur apud eum qui diuortio cauſam non præbuit, expenſis alterius qui cã præbuit d. dec. 84. nu. 24.

Doctor dicitur egregia perſona ad effectum de quo dec. 150. nu 1.

Doctor minor 21. annis an reſtituatur in integrum dec. 194. num. 5. & 6.

Doli actio pro modica quantitate non competit dec. 18. nu. 14.

Dominium ex poſſeſſione præſumitur dec. 68. nu. 14.

Dominium vtile bonorum quæ laicus recognoſcit ab Eccleſia dicitur laicale, & an ratione illius, laicus teneatur ad collectas dec. 86. nu. 1.

Dominij exceptio non admittitur in remedio recuperandæ poſſeſſionis, dec. 142. num. 4. Idem in remedio continuatiuo ibi num. 5. Idem in manutentione niſi quando conſtat in continenti ibi nu. 6.

Donare aliena non eſt liberalitas, nec liberales ſunt qui alijs eripiunt, quod alijs largiantur, ſed qui quod alteri donant, ſibi detrahunt deciſ. 163. nu. 6.

Dos ſuccedit loco legitimæ quando ſtatutum diſponit, vt non ſit minor legitima dec. 123. nu. 2. Item quando fœmina excluditur à legitima propter dotem ibi nu. 3.

Dos data filiæ imputatur in legitimã nepoti ex ea nato dec. 2. nu. 26.

Dos data nepti ex filio imputatur in legitimam filio ibi nu. 27. & dotẽ acceptam ab auo pater imputat in legitimam filiæ, ibi nu. 28.

Dos conſtituta etiam in modico excludit fœminã dotatã, ſtante Statuto excluſiuo fœminæ dotatæ deciſ. 18.

18.nu.5. licet poſſit illa petere ſupplementum.

Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt. Licet poſſit eſſe matrimonium ſine dote dec.34. num.16. ſed ſine dote matrimonium eſſe non decet, & nõ præſumitur ſine dote contractum, ibid.nu.17.

Dos an amittatur ex oſculo luxurioſo dec.84. nu.23.

Dos an ſit magis mariti vel vxoris, dec.90.nu.12 & 14.

Dos data primo viro cenſetur conſtituta, ſecundo etiam ſi nulla Dotis promiſſio fiat dec.189. nu 1. Fallit quando mulier ſecundo nubens eſt minor ibi num.2. Item quando adſunt filij ex primo matrimonio, etiam ſi Statutum deroget leg. Hac edictali ibi nu.3.

Dotis cauſa poſſunt ex pignore licite fructus percipi dec.65. nu.6.

Dotis cauſa dilationes breuiãtur dec. 73.nu.6. & an ſit ſummaria dec. 50 num.11.

Dotis cauſam comprehendit generalis abſolutio dec.111. nu.8.

Dotis confeſſio à marito in teſtamento facta valet in vim legati dec.111. nu. 4. & probat ſemiplene numerationem, ibi nu.5.

Dotis confeſſio præcedente promiſſione, plene probat d. dec.111.nu.6.

Dotis fructus debentur abſque interpellatione, & quare dec. 92. nu.4. Fallit ſoluto matrimonio num.12. peti poſſunt etiam poſt exactã Dotem ſine præſeruatione fructuum, dec.92.nu.8. pendente tamen dilatione non debentur ibid.nu.10.

Dotis fructus debentur propter onera matrimonij etiam ab eo qui non tenebatur dotare dec.91.nu.3. etiam ex rebus infructiferis ibi nu.5. & taxantur iuxta conſuetudinem loci ibidem nu.4.

Dotis legatum ab extraneo relictũ cenſetur conditionale ſi nuptia ſequantur dec.34.nu.14.

Dotis priuilegia tranſeunt ad filios, dec.73.nu.7.

Dotis ſtipulatio habet annexam tacitam nuptiarum conditionem deciſ. 34.nu.15.

Dotans pater filium quando cenſeatur dotare de proprio vel de maternis dec 93. nu.1. 2. & ſeq. Patris declaratio dicentes ſe dotare de maternis non afficit filiam non conſentientem ibi nu.6. fallit vt num.8. Et filia dotem exigens videtur ratificare patris dotationem nu.7.

A ſententia lata pro Dote non appellatur, ſecus ſi contra eam lata ſit, dec.31 nu 8.

Pro Dote deſcendentis conſtituenda vel reſtituenda poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta in ſubſidium tamen dec.173.num.1. fallit in Dote confeſſata niſi aliunde ſit adminiculata ibi nu. 3. & 4. non tenetur mulier experiri in bonis liberis contra tertios poſſeſſores, ſed ſolum cedere actiones ibi nu. 2. & ſcientia fideicõmiſſi non priuat mulierem de beneficio authentica Res

que

quæ ſaltem quando fideicommiſſū non eſt clarum dec. 138 num. 2. & omni in caſu præſumitur ignorantia etiam in his terminis niſi ſcientia probetur ibid. num. 5. Alia in verbo alienatio.

Pro Dote datur retentio in bonis viri dec. 118. nu. 1. non tamen impeditur ſubhaſtatio, ibi nu 2.

Dubia ſententia declaratur ex petitione clara dec. 84. nu. 29.

Dubia reſponſio interpretanda eſt in fauorem reſpondentis etiam verba impropriando dec. 64. num. 32. & declarari poteſt à reſpõdente etiam poſt partis acceptationē ibi nū. 40. & 41.

Dubia ſcriptura declaratur ex ſolito, & ex conſueto ſumitur interpretatio cæteris præualens deciſ. 13. num. 1.

Dubius æquiparatur ignorāti dec. 20. num. 20.

Dubium iuris cōtrouerſi æquiparatur dubio facti dec. 4. num 14 dec. 20. num. 23.

Dubium Statutum recipit interpretationem à iure communi dec. 47. num. 11. maxime paſſiuam dec. 54. num 11.

Dubium dictum teſtis interpretandū eſt contra inducentē dec. 77. nu. 11 Sicut & dubia probatio cōtra probantem dec. 96. nu. 6.

Dubium pactum recipit interpretationem ab obſeruantia, & exequtione, deciſ 69. num. 11.

Dubium mandatum interpretandum eſt in fauorem mandantis dec. 96. num. 5.

In dubijs ſemitam debemus eligere tutiorem dec. 57. num. 19. & certius eſt verbis inſeruire dec. 13. nu. 8. & quando media via ſit eligenda dec. 13. nu. 11.

In dubio cōtractus non iudicatur vſurarius in foro exteriori ſecus in interiori dec. 4 nu. 25.

In dubio quis iudicatur irregularis in foro poli, ſecus in foro fori deciſ. 4. num. 26.

In dubio, & non facta declaratione ſolutio cedit in cauſam antiquiorem quando non adeſt cauſa durior deciſ. 42. num. 1. Alia in verbo ſolutio.

In dubio diſpoſitio cenſetur potius modalis quam conditionalis dec. 38. num. 7.

In dubio verba ſunt intelligenda aduerſus eum qui poterat clarius loqui deciſ. 15. num. 9. & ſumitur interpretatio cōtra eum qui ſe fundat in verbis dubijs, ibidem num. 10.

In dubio contractus, & actus quilibet cenſetur factus nomine proprio potius quam alieno dec. 175. nu. 2. niſi probetur contrarium, vt ibi.

In dubio confirmatio intelligitur in forma communi, potius quā in forma ſpecifica dec. 179. nu. 9.

In dubio non cenſetur repetita qualitas maſculinitatis dec. 59. nu. 15.

In dubio iudicandum eſt pro Reo, & quando res eſt dubia, eſt clara pro

Reo

Reo dec. 59. nu. 46. Item pro regula niſi per caſum legis oſtendatur exceptio ibi nu. 46. Itē pro poſseſſore ibi nu. 49. Item pro ſententia ibi nu. 50. & magis pro ſententijs dec. 5. num. 23. pro paupere, & pro pauperiore dec. 17. nu. 30. pro admiſſione appellationis dec. 94. nu. 5 pro teſtamento dec. 147. nu. 6 pro calculo ſemel facto dec. 55. nu. 12. pro fœmina cōtra ſubſtitutum dec. 80 nu. 18. Contra fiſcum dec. 87. nu. 20. & magis quando non agit de damno vitando, vt ibi. Pro cauſa fauorabili magis quam pro Reo, dec. 87. nu. 20

In dubio iudicandum eſt pro non attentatis dec. 20. nu. 24. pro non conformitate ſententiarum deciſ. 88. nu. 8. pro non deſentione dec 9. nu. 27. pro non fideicommiſſo niſi contra probetur clare, & concludenter dec. 59. nu. 46 præſertim quādo nō agitur de fauore familiæ, & de validitate, ſed de retentione fideicommiſſi ibid. Pro non priuatione dec. 172. nu. 9. Pro non transmiſſione dec. 2. nu. 4. Pro non nullitate dec. 82. num. 19 etiam verba impropriando ibid. nu. 17.

E.

Eccleſiæ fauore poteſt, & iudiciū & cōtractus claudicare, ſed non poteſt acceptari pro parte deciſ. 86. nu. 12 & poteſt illa cogi ad declarandum ibid.

Eccleſiam qui vult hæredem facere prætérito filio alium quærat quam Auguſtinum deciſ. 59. num. 41.

Eccleſiam Dei lædit, laicos meliores eſſe quam Clericos dec. 64. nu. 61.

Eccleſiaſtica libertas vel immunitas nec directe, nec indirecte violari poteſt dec. 57. nu. 16.

Eccleſiaſticorum bonorum poſſeſſio in verbo poſſeſſio.

Electio, & eiectio regulariter ſpectat ad eumdem dec. 81. nu. 14. Fallit vt in tex. ibi.

Electionem habet creditor, & quo ad Res, & quo ad perſonas obligatas dec. 99. nu. 2. quæ nec per Principē ei auferri de iure poteſt ibid. nu. 3.

Per emptionem recedi videtur à cōductione dec. 64. nu 4.

Emptor tenetur denunciare venditori litem motam ſuper re vendita, dec. 7. nu. 12. Alia in verbo euictio, & in verbo venditor.

Emphyteoſis poſt triginta annos acquirit præſumptionem vtilitatis, & ſolemnitatis dec. 11. nu. 4.

Emphyteoſis probari debet per ſcripturam ab eo qui agit ad caducitatem dec. 14. nu. 1.

Ab emphyteoſi cadens, cadit etiam à pacto correſpectiuo luendi dec. 14. num. 9. Vnde emphyteotę conceſſa facultas affrancandi, ei non competit poſt caducitatem dec. 1. nu. 3.

Emphyteota non poteſt emphyteoſim renunciare inuito Domino directo dec. 117. nu. 1. Idem in feudatario nu 2. & omni in caſu renuncians tenetur ad Canones præteritos ibidem nu. 3.

Emphyteota expulſus ob caducitatem an teneatur ad Canones præteritos d. deciſ. 117. num. 4. & quid in colono num. 5.

Emphyteotica bona ſaltem Eccleſiaſtica non tranſeunt in fiſcum ex communi dec. 161. nu. 3. & magis in terminis Bonifaciana ibi nu. 4. & magis ſtante pacto de non alienando in perſonas prohibitas nu. 5 & 7. Amplia etiam ad effectum vendendi, vt ibi nu. 6.

Emphyteotica rei alienatio, in verbo alienatio.

Epiſcopus comprehenditur ſub appellatione Principis cap. 2. De maio. & obed. gl. in Clem. 1. De Baptiſmo in verbo Regum, Ant. Confett. in ſuis ſingularibus ſub finem in verbo teſtis pag. mihi 196. à tergo vbi dicit hoc eſſe clarum, & an ſit maior Cardinali dec. 150. nu 3 An poſſit eſſe Iudex in cauſa ſua menſe dec. 186 nu. 1.

Epiſcopus ægrotus vel ſenex poteſt impetrare coadiutorē dec. 151. nu. 11

Epiſc. manutenetur in ſuis iuriſdictionalibus etiā ſi nō doceat de aliqua quaſi poſſeſſione dec. 185. nu. 3. ſecus eſt in quartis decimalib. ibid.

Epiſcopi non omnes ſunt Epiſcopi ex Hieron. & multi ſunt fontes ſine aqua ex Beda dec. 64. nu. 60.

Error regulariter probādus eſt ab allegante niſi allegetur in continenti dec 200. nu. 12. & iuris error regulariter non prodeſt ibi num. 13. nec etiā Ruſtico quando potuit conſulere peritiores ibid. nu. 14.

Error in minore facile præſumitur dec. 69. nu. 8.

Error in maiore ſoluente non præſumitur dec. 65. nu. 10.

Error calculi probandus eſt ab allegante dec. 55. num. 13. & in dubio pro calculo ſemel facto eſt iudicandum, ibid. nu. 12.

De errore calculi opponi ſemper poteſt niſi obſtet Res iudicata vel tranſactio dec. 55. nu. 3.

Errantis nulla volūtas, & ferendus non eſt dicens eum confeſſiſſe qui errat cum nihil magis aduerſetur conſenſui quam error deciſ. 69. nu. 7.

De euictionis iuſtitia quando conſtat, venditor tenetur etiam non facta denunciatione dec. 45. nu. 6. Alia in verbo venditor.

De euictione pignoris creditor non tenetur, ſed ipſe non poteſt euincere, dec. 82. nu. 5.

Quem de euictione tenet Actio, eundē agētem magis repellit exceptio dec. 82. nu. 4.

Euidentia facti ſuperat omne genus probationis dec. 77. nu. 2.

Exceſſus etiam modicus totam vitiat exequtionem dec. 18. nu. 1. quando eſt etiam in ſententia, vt ibi, & dec. 184. nu. 1 etiā corā A. C. d. dec. 18. nu. 2. & dec 27. num 4. fallit quando prouenit ex errore d. deciſ. 18. nu. 13. vel poteſt alia excuſatione defendi ibid. num. 6. vel vbi agitur ſola facti veritate inſpecta dec. 18, nu. 17.

Ex-

Exceptio firmat regulam in omnibus non exceptis deciſ.7. num. 17. & deciſ. 159. num. 7.

Exceptio compaſſibilis cum ſententia poteſt etiam poſt ſententiam opponi de iure, & ex for. Stat. Ferrar. dec. 16. nu 7. & dec. 17. nu. 18.

Exceptio requirens altiorem indaginē non retardat exequtionem dec. 4. nu. 21. & dec. 18. num. 15 & reſeruatur ad merita quando requirit altiorem facti vel iuris indaginem dec. 20 nu. 25. Et dicitur requirere altiorem indaginem quando non eſt liquida vel incontinenti liquidanda dec. 4. nu. 22. & generaliter quando exceptio dicatur talis relinquitur arbitrio Iudicis, dec. 21. nu. 2.

Exceptiones impedientes litis ingreſſum, impediunt compromiſſum dec. 71. nu. 7.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem non retardant manutentionem dec. 66 nu 10.

Exceptiones turbidæ non retardāt exequtionem Inſtrumenti exequtiui, dec. 4. nu. 24.

Exceptio non numeratæ pecuniæ extra mutuum, & Dotem ceſſat poſt 30. dies dec. 63. nu. 8.

Excipiendi ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem etiam abſque ceſſione, dec. 82. nu. 6.

Exceptio, & ſequela exceptionis eſt perpetua dec. 37. nu. 10.

Exceptio reſultans ex ventre Inſtrumenti vel ſententiæ, vel Breuis retardat eorum exequtionem, licet requirat altiorem indaginem, deciſ. 38. num. 5.

Exceptionem iniuſtitiæ vel nullitatis reijciens lex vel ſtatutum, an intelligatur de notoria, & quid ſi etiam notoriam reijciat deciſ. 32. num. 11. & 12.

Exceptio iuris tertij non admittitur quando nō eſt ipſo iure excluſiuum iuris agentis, dec. 73. nu. 1. dec. 99. num. 11. vbi alia limitationes remiſsiua.

Exceptio dilatoria opponenda eſt ante litem contextatam, & non oppoſita in prima, opponi non poteſt in ſecunda inſtātia dec. 91. nu. 7. fallit quando ſuperuenit dec. 81. nu. 10.

Exceptio declinatoria fori oppoſita ſuſpēdit iuriſdictionē dec. 165. nu. 2.

Exceptio declinatoria fori eſt opponenda ante alias omnes, quod ſi non fiat, per primam inducitur conſenſus in Iudicem dec. 86. nu. 13.

Exceptio nō adimplementi obſtat agenti ex eodem contractu. Immo, & ex alio correſpectiuo dec. 178. nu. 2. non eſt tamen locus ob non implementum reſciſsioni contractus nominati, ſed agitur ad implemētum ibid. nu. 3.

Exceptio non adimplementi nō obſtat venditori agenti ad fructus recompenſationis d. dec. 178. nu. 6.

Exceptio diſcuſsionis debet opponi ante litem cōtextatam ex form. Stat. dec. 33. num. 13. & quid de iure communi ibi, & dec. 66. nu. 18.

Exceptio diſcuſsionis ceſſat in cauſa mercaturæ, & inter mercatores, dec. 66. nu. 20. & vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, ibi nu. 22. Item ſtante Clauſula principaliter, & in ſolidum, ibi nu. 24. Et in alijs caſibus in verbo fideiuſſor,

Exceptio inuentarij opponi poteſt etiã in exequtione, & quando, & quare dec. 16. nu. 6.

Exceptio tituli non admittitur in remedio recuperãdæ poſſeſsionis dec. 67. nu. 3.

Exceptio Dominij, in verbo Dominium,

Excommunicatus poteſt excipere, ſed non agere dec. 75. nu. 6. Poteſt tamen agere ad reuocationem attentatorum, vt ibi.

Exempla declarant, ſed non reſtringunt regulam dec. 61. nu. 32.

Exæquatio vniuerſalis trahitur ad futura dec. 87. nu. 12.

Exequtio in bonis Dotalibus pro debito vxoris quando fieri pſſit dec. 90 nu. 1. & ſeq. per tot.

Exequtio facta in bonis alterius quã debitoris reuocatur, non obſtante obligatione Camerali, & Stat. Ferrar. dec 89 nu. 2. Ad hunc effectum exiſtentia in Domo mariti licet cohabitata cum vxore, præſumuntur mariti ibi nu. 5.

Exequtio in ſententijs abſolutorijs, quid operetur dec. 88. num. 1. 2. & 3.

Exequtio ſententiæ ſpectat ad Iudicẽ qui eam tulit dec. 10. num. 1. ſed quando fuit confirmata, ſpectat ad vltimum Iudicẽ confirmantem dec. 6. nu. 5. & 6. dec 10. nu. 3. & quare.

Exequtio, quãdo cauſa declaratur deſerta non fit per Iudicem declarantem ſed per eum à cuius ſententia interpoſita fuerat appellatio deſerta dec. 10. nu. 4.

Exequtio ſententiæ fit cum cautione quando interponitur ſupplicatio à ſententia præfecti dec. 121. num. 1. Item quando tertius ſe opponit exequtioni ſuper Re in iudicium deducta, ibid. nu. 2.

Exequtionẽ etiam mille conformium impedit nullitas vel iniuſtitia ei. tã ſi commiſſa ſit exequtio arbitrio Iudicis dec. 5. nu. 1. Ad ſuſpendendam tamen exequtionem triũ conformium requiritur nullitas, vel iniuſtitia notoria ibid. nu. 22.

Ab exequtione non datur appellatio, ſed ab exceſſu datur dec. 34. nu. 3.

Exequtionem paratam habet laudum de iure communi dec. 44. nu. 2. & 3. & ex Stat. Ferrar. ibi num. 5. Nec eam retardat reductio ad arbitrium boni viri dec. 44. nu. 4.

Exequtionem Inſtrumento denegans Statutum poſt decem annos, nõ tollit viam ordinariam, decis. 76. num. 7.

Exequtionem Inſtrumento tribuens Statutum, intelligitur de puro non de conditionali dec 66 num. 5. & an liget forenſem dec. 76. nu. 18.

Pro exequtione & exequtoris, & nũ

cij relatione in dubio præſumitur, dec. 89. nu. 2. Niſi præceſſerit inhibitio iuxta conſiliū Angeli dec. 89. num. 2. & 3. & niſi probetur contrarium. Requiritur autem ad id plena probatio, & non ſufficit ſemiplena vel præſumptiua, ibidem num. 4.

Exequi ſentētia pro parte an & quando poſſit dec. 33. nu. 8. & dec. 174. nu. 2. & ſeq.

Exequi ſententias alterius Iudicis, Iudex requiſitus tenetur dec. 125. nu. 1. nec tenetur cognoſcere de iuſtitia ſententiæ exequēdæ ibi nu. 2. ſaltem in cauſa ciuili, vt ibi, ſed quando ei conſtat de notoria iniuſtitia vel nullitate, debet abſtinere, ibid. nu. 3.

Exequi non poteſt contra hæredem nō citatum ſententia lata contra defunctum dec. 21. nu. 5.

Exequtiue agere non poteſt, qui agere cœpit ordinarie dec. 8. nu 7. & 8.

Expenſæ litis non debent excedere duplum valoris cauſæ dec. 104. nu. 1.

Expenſæ non coaceruantur cum ſumma negocij principalis ad effectum appellandi dec. 134. nu. 3.

Expenſæ ſunt acceſſoriæ, ſed non connexæ ad negocium principale deciſ. 24 num. 5.

Expenſæ funeris deducendæ ſunt ante omnia dec. 56. nu. 1. & præferuntur etiam anterioribus creditoribus, & priuilegiatis ibid. num. 2. Idem in impenſa monumenti moderata, vt ibi. Idem in impenſis vltimæ infirmitatis ibi nu. 5. & expendens in funus, contrahere dicitur cum defuncto non cum hærede ibid. nu. 1.

Expenſas non repetit qui geſſit negocium proprium dec. 69. nu. 6.

Expenſarū nomine an veniant damna, & è contra, dec. 69. nu. 2.

In expenſis non condemnatus an cenſeatur abſolutus dec. 83 num. 11. & 13.

In expenſis condēnatur ſine iuſta cauſa litigans, & ſuccumbens etiam parte non petente dec. 85. num. 4. Immo nec iuſta cauſa excuſat in duobus caſibus de quibus ibi.

Ab expenſarum abſolutione ſi victor non appellat, ſententia quo ad eum tranſit in iudicatum dec. 83. nu. 8. Secus ſi non appellet ab omiſſa condemnatione ibid. nu. 1.

De expenſis idem iudicatur, quod de negocio principali quo ad condemdemnationem, & exequtionem, dec. 90. nu. 5.

Ab expenſis abſolutus quatenus ſententiæ acquieſcat, & quatenus nō condemnatus ex appellatione dicitur non acquieuiſſe, & quid ſi appellatio fuit deſerta deciſ. 83. num. 15.

In expenſis difformitas non facit difformitatem in negocio principali, dec. 88. nu. 5.

Ab expenſis excuſat regulariter iuſta cauſa litigandi quæ maxime reſultat ex ſententia fauorabili dec. 39 num. 1. fallit in duobus caſibus de

quibus ibi & quid ſi ſentent a reuocetur ex eiſd. in actis ibid. nu. 2. & quid ſi ex nouis dec. 116. nu. 1.

Ab expenſis excuſat plene, ſemiplena probatio dec. 39. num. 5. vbi aliæ cauſæ excuſantes remiſſiue, & generaliter quæ cauſa excuſet, relinquitur arbitrio Iudicis ibi nu. 6.

In expenſis condemnatur is contra quem ſententia declaratur nulla, dec. 148. nu. 2. Sed quando eodem contextu pronunciatur in meritis ad fauorem alterius fit compenſatio ibi nu. 4.

In expenſis condemnatur pars contra quam cauſa pronunciatur deſerta dec. 148. nu. 3. etiam ſi per principem cauſa reſuſcitetur, & Iudex procedat ſola facti veritate inſpecta ibidem.

Expenſis petentis, & poſtea ſuccumbentis actus iudiciales, & alij celebrantur dec. 112. nu. 6. fallit in copia libelli, vt ibi.

Abſoluens ab expenſis, & confirmans primam ſententiam non cenſetur abſoluere ab expenſis primæ inſtantiæ in quibus reus erat condemnatus, deciſ. 24. num. 1. Declara vt num. 2.

Condemnatus in expenſis, non cenſetur condemnare in expenſis primæ inſtantiæ in qua Reus fuerat abſolutus dec. 83. nu. 6. & 8. ſecus ſi primus Iudex non condemnauit neque abſoluit, ibi num. 1. tunc enim cenſetur condemnatus niſi habuerit in prima iuſtam cauſam litigandi ibidem num. 3.

Ab expenſarum exceſſiua taxatione ſemel appellatur dec. 34. nu. 4.

Expreſſum facit ſilere tacitum, dec. 69. nu. 3.

Expreſſum, & tacitum quando proueniunt ex eadem cauſa, eumdem operantur effectum dec 88. nu. 9.

Expreſſum dicitur quod etiã virtualiter colligitur, & reſultat ab expreſſo ſaltẽ immediate dec. 64. nu 27. etiam in materia in qua requiritur formalis expreſſio ibi num. 28. vel alias in materia ſtricta deciſ. 88. nu. 10. & quot modis aliquid dicatur expreſſum, remiſſiue deciſ. 64. nu. 61.

Extractio partitarum parte non citata eſt nulla d c 197. nu. 1.

F.

Facilius eſt retardare faciendum quam retractare iam factum dec. 18 num. 16.

Facilius inuenitur, quod à pluribus quæritur dec. 5. num. 4. dec. 21. num. 13.

Facilis eſt tranſitus in habentibus ſymbolum dec. 59. nu. 13.

Facta ſunt potentiora quam verba ad indicandam voluntatem, & quare dec. 56. num 17 & affirmatiua plus poſſunt quam negatiua deciſ. 164 nu. 6.

Fœmina eſt finis agnationis, & principium cognationis dec. 11. num 2 Finis lineæ maſculinæ, & principium fœmininæ, dec. 74. nu. 5.

Fœmina deſcẽdentes ex fœminis, non gau-

gaudent beneficio Authen. Res quæ dec. 59. nu. 30.

Fœmina veniunt appellatione filiorum, & magis liberorum deciſ. 80 nu. 1 & faciunt deficere fideicommiſſum ſi ſine liberis ibi nu. 2. fallit ex conie&uris ibi nu. 3. manifeſtis tamen vt nu. 4 & 5.

Fœmina excludit ſubſtitutum etiam deſcendentem in conditione ſi ſine liberis d dec. 80. nu. 6.

Fœminarum excluſio ab vniuerſali ſucceſſione, illas non excludit ab appellatione liberorum d. deciſ. 80. num. 7.

Fœminæ excluduntur à Statutis à ſucceſſione ab inteſtato non à teſtamentaria l. dec. 80. num. 12, & coniectura ex d. Statuto excluſiuo ceſſat quando fœmina fuit inſtituta in teſtamento grauati, etiam in re certa ex communiori d. deciſ. 80. num. 15.

Fœminæ non veniunt appellatione filiorum in emphyteoſi niſi ſtipulata ſit à fœmina dec. 85. num. 6. & præſertim in eccleſiaſtica, ibi num. 7.

Fœmina excluſa, magis excluduntur deſcendentes ex ea licet maſculi, dec. 85. nu. 8.

Facultatem habens procedendi ſola facti veritate inſpecta poteſt pronunciare ſuper probatis, licet non petitis dec. 36. nu 12. dec. 50. nu. 13. poteſt ſuſtinere executionem exceſſiuam pro ſumma vere debita dec. 174. nu. 6. Non tenetur in primis attentata reuocare dec. 20. nu. 29. nec ſuper emergentibus pronunciare ibi nu. 31. nec ſeruare ordinatoria iudiciorum ibi nu. 32. Alia in verbo Clauſula.

Falſa demonſtratio non vitiat etiam ſententiam quando alias de vero corpore conſtat dec. 17. nu. 31.

Falſa cauſa etiam in parte, vitiat totum Decretum dec. 71. nu. 11.

Falſum iudicari Inſtrumentũ ex coniecturis non poteſt dec. 64. nu. 62.

Falſum omnino non eſt, quod primordio veritatis adiuuatur dec. 78. num. 8.

Famulus reddens rationem ſine mentione ſalarij, in eo ſibi præiudicat, dec 37. num. 7.

Famuli ſalarium præſcribitur trienn.o de iure, & quadriennio ex for. Stat. Ferrar. dec. 37. nu. 5. & 6.

Fauore alicuius inducta nullitas nõ poteſt a'l gari niſi ab eo dec. 4. nu. 5.

Fauor liberorum maior eſt quam fauor Eccleſiæ quo ad legitimam dec. 59. nu. 43.

Fauorabilis diſpoſitio, vel odioſa dignoſcitur ex eo, quod principaliter intenditur dec. 63. nu. 13.

In fauorem inducta nõ debent in odiũ retorqueri dec. 4. nu. 3.

Feneſtram in ſuo licet aperire quamuis per eam inſpiciatur in Domum vicini dec. 46. nu. 7. fallit fauore monaſterij monialium ibi num. 9. & quid in Seminario puerorum, ibid. nu. 10.

In feneſtris non tenetur quis crates ſter-

Digitized by Google

ferreas tenere, nec reponere dec. 46. num. 8.

Feriæ quando abſorbent maiorem partem termini ſubducuntar de iure, dec. 105. nu. 2. & ex forma Statuti, vt nu 3.

Fictio in caſu ficto idẽ operatur, quod veritas in caſu vero in omnibus prædicamentis dec. 27. nu. 12.

Fideicommiſſarius nõ poſſidet ſine vitio quando non capit ab hærede, vel à Iudice dec. 2. nu. 14. fallit quando habuit facultatẽ à teſtatore capiendi propria authoritate, & poſſeſſio erat vacans ibidem num. 15. & dec. 68. nu. 7.

Fideicõmiſſarius impedit hæredis immiſſionem quando certum eſt hæredi nullas cõpetere detractiones, dec. 2. num. 16.

Ex fideicommiſſo agens tenetur probare purificationem caſus, & identitatem bonorum dec. 8. num. 13. & 14.

Ex fideicommiſſo vniuerſali poteſt filius legitimam, & quilibet hæres, quod ſibi debetur deducere, & quare dec. 2. nu. 24. fallit quando tot. bona ad hæredem peruenerunt ex quibus potuerit ſatisfieri, ibidem num. 25.

Fideicommiſſum conditionale, in verbo conditionale.

Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, ideo non eſt extendenda dec. 29. nu. 5. Alia in verbo ſatisdatio.

Fideiuſſor diſcutiendus eſt ante quam principalis cõueniatur dec. 33. n. 6.

Fideiuſſor poteſt de iure renũciare beneficio diſcuſſionis etiam ſine iuramento, ſed ex form. Stat. non poteſt etiam cum iuramento dec. 33. nu. 6 dec. 66. nu. 13.

Contra fideiuſſorem iudicij poteſt exequi ſententia lata contra principalem dec. 33. nu. 12.

Fideiuſſor etiam indemnitatis conueniri non poteſt niſi diſcuſſo principali dec. 45. nu. 2. & dicitur obligatus ſub conditione ſi damnum ſequatur ſine culpa damnum paſſi, ibid. nu. 4.

Fideiuſſore non opponẽte diſcuſſio principalis nõ requiritur dec. 45. nu 3. Item ceſſat ſtante obligatione Camerali, vt ibi, & in alijs caſibus, vt in verbo exceptio.

Fideiuſſori indemnitatis debent intimari moleſtiæ etiam ſi aliũde ſciat dec. 45. nu. 4. Tenetur tamen etiã illis non intimatis quando cauſa fuit defenſa, & conſtat de iuſtitia ſententiæ ibid. nu. 5.

Fideiuſſor obligatus principaliter, & in ſolidum habetur pro principali debitore quo ad creditorem dec. 66. nu. 24. & dec 69. nu 1.

Fides etiam mercatoris. Communitatis. Datarij non facit fidem dec. 43. nu. 5. fallit vt nu. 7.

Filius habens patrem, licet ſit impubes non gaudet beneficio leg. vnicæ, Idem ſi habeat Auum paternũ dec. 181. nu. 4. & 5.

Filius non ſuccedit niſi hæres in emphyteoſi accepta pro ſe filijs, & hære-

hæredibus, deciſ. 11. num. 1.

Filius præſumitur talis qualis pater, dec. 41. nu. 2.

Filius pro patre non tenetur etiam in debitis publicis, & quare dec. 53. num. 2.

Filius ergo hæres, procedit quando agit non quando conuenitur deciſ. 53. num. 1.

Filius poteſt ſe obligare pro patre dec. 53. nu. 6. Sed non tenetur niſi in quantum facere poteſt niſi expreſſe renunciet beneficio C quod cũ eo vel ſit ſimpliciter hæres patris ibidem num. 7. nec perdit d. beneficium ex obligatione Camerali, & clauſula inſolidum, ibid.

Filius familias teſtari nõ poteſt de iure etiam de patris conſenſu dec. 56. nu. 7. Secus ex diſpoſitione Stat. Ferrar. lib 2. cap. 138.

Filius fam. præſumitur pauper ad effectum de quo dec. 72. nu. 2.

Filius vnde dicatur dec 85. nu. 8.

Filij filiorum quando cenſeantur patruis, & non patribus ſubſtituti, dec. 82. nu. 1.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ſaltem ex coniecturis dec. 82. nu. 10.

Filij vocati ad portionem patrui magis vocati cenſentur ad portionem patris d. dec. 82. nu. 10.

Filij nati ex damnato coitu ſunt incapaces non indigni, vnde ab eis fiſcus relicta non aufert deciſ. 168. num. 3. fallit quando clam fuit eis relictum ibi nu. 4.

Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ in vltimis voluntatibus dec. 59. nu. 8. quando agitur de vocatione actiua ibi num. 9. etiam ad excluſionem piæ cauſæ, ibi nu. 36. Intellige per interpretationem, ibi num. 37.

Filiorum appellatione veniunt nepotes, & pronepotes ex interpretatione dec. 85. nu. 3 fallit in contractibus ibi nu. 5.

Filiorum vel liberorum appellatione in emphyteoſi veniunt vſque ad quartum gradum deſcendentes ex form. Stat. dec. 85. nu. 1. & 10.

Ex fine ſpecificantur actus deciſ. 64. num. 20.

In fiſcum an tranſeant bona emphyteotica, in verbo emphyteoſis.

Fluminis alueus eſt eorum qui prope ripã prædia poſſident pro modo latitudinis dec. 177. nu. 1.

Fodiens in ſuo fundo, & vicini fontẽ auertens non tenetur ſi non animo nocendi, ſed fundum ſuum meliorẽ faciendi id fecit dec. 46 nu. 4.

Feudatarius renunciare non poteſt feudum inuito Domino directo, deciſ. 117. num. 2.

In materia feudali appellatione deſcendentium ſoli maſculi veniunt etiam ſi adſit particula vniuerſalis dec. 85. nu 9.

Forma ex conſumatione contingit dec. 66. num. 4.

Formæ defectus etiam in minimo viciat actum licet fauorabilẽ piæ cauſæ dec. 18. nu. 12.

 Fra-

Frater tenetur alere ſororem dec. 72. nu 4. & 6. præſertim quando poſſidet omnia bona paterna.

Frater tenetur dotare ſororem non tamen vterinam dec. 72. nu. 5.

Fratres vtrinque coniuncti præferuntur ex vno tantum latere coniunctis dec. 95. nu. 1. & quare nu. 2. & filij fratris vtrinque coniuncti iure repræſentationis excludũt patruum ex vno tantum latere cõiunctum ibi nu 4. & quid ſtante Statuto excluſiuo fœminarum, & cognatorum ibi nu. 6.

Fratrum filij an patruo ſuccedant in ſtirpes, vel in capita deciſ. 91. num. 7.

Fructus non facit ſuos, ſed imputat in ſortem creditor immiſſus ex primo Decreto in actione perſonali, dec. 101 nu. 4.

Fructus imputantur in Trebellianicã niſi filijs primi gradus dec. 149. num. 2.

Fructus nõ imputantur in credita hæredis grauati quando non proueniunt ex ſola legis diſpoſitione dec. 149. num. 1.

Fructus regulariter debentur à die motæ vel contextatæ litis, etiam ab habentibus titulum, & non prius etiam in iudicio manutentionis, dec. 153. nu. 1, & in iudicio ſpolij ibi nu 2. fallit in ſpolio violento, vel attentato in quo debẽtur à die occupationis ibi nu. 3. Idem quando conſtaret de mala fide vſque ab initio ibid.

Fructus ſtabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario, dec. 192. num. 2.

Fructus ratione damnorum, & intereſſe quando debeantur dec. 65. nu. 9. & 31.

Fructus triennio præſcribuntur quo ad omnem actionem dec. 55. nu. 18.

Fructus percepti qui de iure percipi nõ poterant, imputantur in ſortẽ dec. 55. num. 1.

Fructus veniunt appellatione intereſſe etiam ad inducendam conformitatem ſententiarum dec. 69. nu. 2.

Fructus intelliguntur qui ſuperſunt deductis expenſis dec. 90. nu. 2.

Fructus bonorum paraphernaliũ quos maritus vxore tacẽte percepit, & conſumpſit non tenetur reſtituere, dec. 90. num. 15. & quid ex form. Stat. ibid.

Fructus compenſatiui debentur de iure naturali, Canonico, & Ciuili, dec 91. nu. 6. etiam ante interpellationem dec. 92. num. 6. & peti poſſunt etiam poſt exactam ſortem principalem abſque reſeruatione ibi nu. 9 pendente tamen dilatione non currunt ibi nu 11.

Fructus Dotis, in verbo Dotis fructus.

Fructus Rei legatæ, in verbo legatũ.

Fructuum perceptio probat veram poſſeſſionem dec. 155. num. 1. & dec. 171 nu 2. & poſſeſſio probat fructuum perceptionem, alio non exiſtente in poſſeſſione dec. 68. nu. 16.

Fructuum condemnatio non coacervatur

tur cum ſumma negocij principalis ad effectum reddēdi cauſam appellabilem dec.134. nu.4.

Ad fructus compenſatiuos tenetur emptor rei fructiferæ pro rata pretij non ſoluti,etiā ſi ex parte ſua venditor non adimpleuerit dec.32.nu. 13. Idem in venditore pro rata pretij ſibi ſoluti, & rei non traditæ,ibidem.

A fructuum reſtitutione non excuſat iuſta cauſa litigandi dec.39.nu.4.

Fructuum deſcriptio conceditur etiam ante ſententiam, & in quauis parte iudicij, ac etiam à Iudice à quo, & ſufficit pro cauſa intereſſe petentis dec.23.num.2.fallit ſi ex eo ſequeretur damnū, vel iniuria partis,ibid.

Ad fructuum acquiſitionē ſufficit abeſſe malam fidem, & ſufficit qualis qualis occaſio poſſidēdi dec. 51. nu. 19. & quando bona fides non proſit ibi nu. 20.

Furtum præſumitur factum eius culpa, cui res eſt ablata niſi is contrarium probet dec.77.nu.19.

Pro furto de iure, nec etiam ſeruo imponitur pœna mortis dec. 84. num.35.

G.

Geminatio diſpoſitionem auget, formam inducit, & interpretationem excludit dec.59. nu 4.

Genus ſub ſe continet omnes ſuas ſpecies dec.66. nu.2.

Generalis lex debet generaliter intelligi, niſi ab alia lege reſtringatur, dec.194. nu.2.

Generalis abſolutio comprehēdit etiā cauſam Dotis dec.111. nu.8.

Generalis etiam diſpoſitio, & iurata non extenditur ad ſuperuenientia, dec.81.nu.10.

Generalis diſpoſitio non trahitur ad ſpecificata, nec Clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia habentia claram, & ſpecificam determinationem dec.69.nu.3.

Generale ſtatutum debet generaliter intelligi præſertim quando non eſt omnino odioſum dec.142.nu.3.

Generale Statutum comprehendit omnes caſus etiam priuilegiatos, & licet in vno maior ſit ratio quam in alio dec.81.nu.15. Alia in verbo Statutum.

Quod eſt in genere, tale eſt proprie tale, dec.54. nu.13.

Grauatus in vno, debet in alio releuari dec.59. nu.31.

H.

Habitās in loco præſumitur Ciuis eiuſdem loci, donec probetur contrarium dec.32.nu.2. Alia in verbo Ciuis.

Hæres repræſentat perſonam defuncti, & vna, & eadem cum illo perſona reputatur dec.17.nu.33. Immo etiam hæres hæredis dec.42 nu.7. & non poteſt impugnare factū defuncti dec.64.nu.10.

Hæres adeundo quaſi contrahit cum creditoribus hæreditarijs dec. 50. nu.4. Sed ſimplex eſt ſi ſimpliciter hoc eſt ſine inuentario hæreditatem agno-

agnoſcit deciſ. 8. num. 16.
Hæres non conficiens inuentarium tenetur etiã vltra veras vires hæreditarias creditoribus,& legatariis deciſ. 8 num. 9. & 21. fallit de æquitate Canonica præſertim in Clericis ibi nu. 7. & ſaltem fallit in foro conſcientiæ, & quare ibid. num. 19.
Hæres conuentus, vt hæres pro debito hæreditario non vtitur priuilegio ſibi competenti tanquam ſibi, & aliquis vt hæres poteſt impugnare rem iudicatam contra ſe, dec. 42. num. 4.
Hæres vniuerſalis excludit etiam filium in inueſtitura accepta pro ſe, & filijs, & illis perſonis quæ ſuccedunt ſecundum conſuetudinem, vſuum Ferrarię, dec. 11. nu 1.
Hæres inſtitutus in Re certa etiam taxatiue, totum capit, quando non eſt ei datus cohæres vniuerſalis, dec. 50. num. 3.
Hæres tenetur ſatisdare de ſoluendis legatis cuiuſcunque facultatis exiſtat dec. 8. nu. 9. & 11. & peti poteſt hæc ſatisdatio etiam in ſecunda inſtantia, ſed ante contextationem ibid. nu. 12.
Hæredis fiducialitas probatur conie-cturis dec. 136. nu. 6.
Hæredi nõ prodeſt inuentarium cohæredis dec. 8. nu. 16.
Hæredi fiduciario competit immiſſio ex leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. quando non agit aduerſus eum cui facienda eſt reſtitutio dec. 136. nu. 4. & an ei competat remedium Statuti continuatiui ibidem nu. 3. & 5.
Pro hærede lata ſententia vigore Statuti continuatiui, non appellatur, ſi vero lata ſit contra hæredem, is poteſt appellare dec. 31. nu 6. Idem in remedio leg. fin. C. de edict. Diui Adr. toll. ibid. nu. 7.
Hęreditas per aditionem propriè deſinit eſſe hęreditas, & efficitur proprium patrimonium adeuntis, dec. 88. num. 6. poteſt tamen lato modo dici hęreditas, ibid.
Hęreditas dicitur titulus lucratiuus, & præſumitur opulẽta niſi contrarium probetur dec. 8 nu. 18.
Hęreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti dec. 2. nu. 1.
Hęreditas tranſuerſalium non adita non tranſmittitur dec. 2. nu. 7.
Hęreditatis aditio non inducitur niſi ex actibus qui nõ poſſint fieri citra ius, & nomen hęredis dec 2. nu. 5. Alia in verbo aditio.
In hęreditatis petitione veniũt etiam quæ non ſunt hęreditaria ſi in eis defunctus retentionẽ habebat dec. 2. nu. 22.
Cum hęreditate tranſeunt quæ erant in bonis, licet non de bonis teſtatoris dec. 2. nu. 20.
In hęreditate Rem eſſe repertam, ſufficit probare quando agitur contra hęredem grauatum dec. 2. nu. 21.
Hyppotheca eſt induidua dec. 50 nu. 5
Hyppothecam anteriorem habens poteſt auocare à quocunque poſteriore

re poſſeſſore, deciſ. 99. num. 1.
Horam certam diei dummodo non vltimam habens expreſſam Inſtrumentum præfertur inter plura Inſtrumenta eiuſdem diei, dec. 135. num. 3. & 4.

I.

IDemtitas rerum, & perſonarum probatur ex duabus demonſtrationibus dec. 17. nu. 32. dec. 41. nu. 4. vbi ampliatur, & in antiquis ex duabus enunciationibus deciſ. 41. num 4.
Idemtitas actuum quando eſt fundamentum intentionis eſt probanda per eum qui ſe fundat in illa deciſ. 43. num. 9.
Ignorantia eorum quæ quis ſcire tenetur, non præſumitur deciſ 65. num. 22.
Ignorantia præſumitur etiam in facto proprio quando quis agit de damno vitando dec 65. num. 25. In facto alieno regulariter præſumitur dec. 64. num 56.
Ignorantia defendere ſe non poteſt qui locum vſurpat alienum deciſ. 19. num. 3. & qui occupat alienam Rem licet vacantem dec. 19. nu. 2.
Ignorantia excuſat ab attentatis in verbo attentata.
Ignorans non dicitur contemnere dec. 20. nu. 18. niſi forte ſcientiam.
Immiſſio in verbo poſſeſſio.
Impugnans propriam ſcripturam, tenetur probare dec. 65. nu. 13.
Incluſio vnius eſt excluſio alterius. Fallit in tribus caſibus de quibus ibi remiſſiue dec. 64. num. 31.
Indefinita æquipollet vniuerſali quando omnium ſub ea contentorum eadem eſt ratio dec. 24. num. 3. & 4. fallit in odioſis nu 5. ibid.
Indefinita æquipollet vniuerſali in priuilegijs quo ad intereſſe, & præiudicium concedentis dec. 87. num. 12.
Pro infirmitate ſaltem vltima facta expēſa gaudēt priuilegijs funerum dec. 26. nu. 8.
Infirmum curans licet inuitum poteſt agere pro mercede d c. 26. num. 11. & expenſa facta etiam pro inuito infirmo repetitur ibid nu. 10.
Inhibitio ſubreptitia, an & quando afficiat vel non dec. 48. nu. 7.
Inhibitio intelligitur ſub tacita conditione ſi de iure fieri poteſt dec. 48 num 9. & an iuſta vel iniuſta ſit timenda ibid. nu. 9.
Inhibitio ſimplex nō comprehendit caſum in quo adſit obligatio Cameralis dec. 48. nu. 5. Saltem quando de obligatione non dubitatur, vt ibi.
Inhibitio Iudicis ad quem ſuſpēdit iuriſdictionem Iudicis à quo dec 165 num 1.
Inhibitio emanata vigore commiſſionis conditionalis, non cauſat attentata quamuis in rigore videatur afficere dec. 16. nu. 3. & 4
De viribus inhibitionis cognoſcere, ſpectare videtur ad Iudicem inhibentem dec 16. nu. 5.
Inimicus coloni ſi arbores excidat, coloni

loni id culpæ aſcribitur deciſ. 77. num. 29.

Irregularis in dubia quis indicatur in foro interiori, ſecus in exteriori, dec. 4, num. 26.

Iniuſtitia vel nullitas reddit inexequibiles etiam mille ſententias dec. 5. num. 1. Alia vide in verbo exequtio, & in verbo ſententia.

Iniuſtitia notoria requiritur ad retardandam immiſſionem ex Aegidiana dec. 4, num. 16. Alia in verbo notorium.

Inſtantia capta cum defuncto etiã laico, tranſit ad heredem etiam Clericum dec. 17. nu. 35.

Inobedientia etiam in minimo cõmittitur dec. 18. nu. 11.

Inſtrumentum publicum eſt probatio probata vlterius non probãda, & facit rem certam: & dicitur veritas manifeſta dec. 7. nu. 1. & habet pro ſe ſolemnitatis, veritatis, & omnem iuris præſumptionem, ibid. num. 2. & debitor ex publico Inſtrumento habetur pro condemnato ibi num. 3.

Inſtrumentum publicũ non habet exequtionem paratam de iure communi dec. 7, nu. 4. & quid ſi ſit iuratum nu. 5. & dec. 17, nu. 12. eam tamen habet ſtãte Statuto, vt dec. 7. nu. 6. & dec. 109 nu. 2. Item & ſtante pacto ibid. nu. 4.

Inſtrumẽtum inter alios actum ſemiplene probat inter alios, & in antiquis plene dec. 14. nu. 2. & 3.

Inſtrumentum publicum priuata ſcriptura præfertur in concurſu deciſ. 34. num. 6.

Inſtrumentum ex ſolis coniecturis nõ poteſt falſum iudicari, deciſ. 64. nu. 62.

Inſtrumentum rogatum à Notario non matriculato contra prohibitionem Statuti adhuc valet ſi Statutum expreſſe Inſtrumentum non annullat dec. 103. nu. 7. Sic & Inſtrumentum rogatum à Clerico num. 8. cum declaratione de qua ibi remiſſiue.

Inſtrumenti enunciatiua plene probat inter contrahentes, donec probetur contrarium, dec. 27. nu. 10.

Pro Inſtrumento quando competit via exequtiua, competit pro omnibus in eo promiſſis, licet non liquidatis in eo, dummodo ante ſententiam liquidentur dec. 109. nu 6.

Intereſſe non debet excedere duplum pretij communis dec. 104. nu. 2.

Intereſſe, & damna includuntur ſub pœna Statutaria octo pro centenario dec. 192. nu. 1.

Intereſſe nomine, veniunt fructus, dec. 192. nu. 1.

Intereſſe non debetur ſine mora, & quid ſi ſit conuentum dec. 92, nu. 1.

Interpellat dies pro homine dec. 92. nu. 3. Alia in verbo mora.

Interrogare Iudex poteſt in quacunque parte iudicij, & vbicunque æquitas ſuggerit, dec 47. nu. 14.

Inuentarium cohæredis, cohæredi non prodeſt dec. 8. nu. 16. Alia in verbo heres.

In inuentario deſcribendæ ſunt etiam Res depoſitæ commodatæ, pignoratæ teſtatori, & in eius hæreditate reperta dec. 2. nu. 23.

Inuentarij exceptio, in verbo exceptio.

Inueſtitus pro ſe, & filijs ſine taxatione, dicitur inueſtitus pro ſe, & deſcendentibus vſque ad quartũ gradum ex interpret. Bullæ Boniſac. dec. 85. nu. 1. & an ille ligent Eccleſiam ibi nu. 2.

Inueſtitus eſt manutenendus donec de deuolutione vel de inueſtitura diſputatur dec. 169. nu. 5.

Inueſtiti plures ſimpliciter, cenſetur inueſtiti pro virili, & non in ſolidum, dec. 140. nu. 1.

Iter actus via ſunt ſeruitutes aliquando Ruſticæ, aliquando Vrbanæ, dec. 102. num. 2.

Ire per alienum fundum Domino prohibente non licet, & poteſt Dominus virepellere d. dec. 102. num. 3. Nec etiam licet cauſa venandi, ibi nu. 4. & an qui Domino prohibente venatur in fundo alieno, teneatur capta Domino relaxare, ibi nu. 5. Licet tamen ire per fundum alienum quando deficit via publica, ibi num. 6.

Si vendidi prędium ad quod ante eſſet aditus, vel iter per aliud meum prędium nõ ideo cenſetur illud ius in emptorem translatum, d. deciſ. 102. num 10.

Item ſi inter plures diuiditur fundus, non videtur actum, vt vnus habeat iter per fundum alterius, licet antea haberet ibid nu. 9.

Iudicium claudicare non debet d. dec. 64. num 33. fallit fauore minoris dec 4. num. 5. & 6. Item fauore eccleſiæ dec. 68. nu. 12.

Iudicium principale non praiudicat iudicio liquidatorio dec. 82 nu. 14. Nec iudiciũ ſummariſſimum pręiudicat plenario dec. 66. num. 11. dec. 191. nu. 2 & 3.

Iudiciũ terminari debet vbi, & quomodo cæptum eſt, dec. 8. nu. 8.

In iudicijs ſeruanda eſt æqualitas dec. 4. num 4.

In iudicijs quaſi contrahitur dec. 20. num. 8.

Iudex laicus quibus in cauſis poſſit iudicare Clericum, dec. 199. num. 1. & ſeq.

Iudex laicus etiam in caſibus in quibus poteſt eſſe Iudex in cauſa Clerici, poteſt contra eum proferre ſententiam, ſed non exequi, & debet pro exequtione confugere ad eccleſiaſticum d. dec. 199. nu. 6.

Iudex poteſt ex officio illegitimum procuratorem repellere dec 1. nu. 17.

Iudex non poteſt contra iuſtitiam miſericordiam exercere etiam pro Vidua, & paupere dec. 17. nu. 46.

Iudex nulliter vel iniuſte procedens tenetur partibus ad dãna, & pro commiſſis, & omiſſis etiam ex leui culpa, vt ibi dec 19. nu 4.

Iudex redditur ſuſpectus in cauſa in qua iudicauit, etiam mutato officio, ac etiam ſi noua probationes fiant, dec.

dec. 22. num. 3. ac etiam in cauſa conſimili, ibid. num. 6. Fallit parte non opponente dec. 30. nu. 5.
Iudex in cauſa ſua vel ſuorum nemo admittitur dec. 22. nu. 5.
Iudex qui iudicauit in vna cauſa redditur ſuſpectus appellanti, etiam in alijs cauſis de iure Canonico deciſ. 22. nu. 7. Sed de iure Ciuili ſolum in cauſa illa, ibid. vel conſimili vt ſupra.
Iudex poſt ſententiam deſinit eſſe Iudex dec. 24. nu. 7. Nec poteſt etiam eadem die ſententiam ſuam licet iniquam corrigere, ibid. Poteſt tamen eadem die ſupplere quo ad acceſſoria, ibid. Poteſt etiam declarare vt nu. 10.
Iudex nõ debet eſſe mitior lege, & debet ſubtilitatem iuris attendere, cætera preter ius à Principe expectare, dec. 33. nu. 4.
Iudex non tenetur ad priuatam vtilitatem officium impartiri niſi petenti etiam in foro poli dec. 36. nu. 4. Fallit pro pia cauſa ibid nu. 5.
Iudex ſupplere debet in iure, & nõ in facto; d. dec. 36. nu. 6.
Iudex fatuus dicitur qui vltra petita pronunciat d. 30. nu 8. Secus ſi infra vel etiam contra ibid.
Iudex aſſumere debet in iudicio perſonam abſentis dec. 40. nu. 8.
Iudex debet vſque ad ſententiam vniuerſa rimari, & veritatem inueſtigare, dec. 47. nu. 13.
Iudex in arbitrarijs redargui non poteſt dec. 51. nu. 4. & in ijs æquiparatur Principi ſaltem quando arbitrium eſt liberum, ibid.
Iudex conſanguineus recuſari poteſt vſque ad decimum gradum, deciſ. 55. num. 7 fallit quando eſt vtrique parti æqualiter coniunctus, ibi num. 8.
Iudex ex leui cauſa recuſari poteſt d. dec. 55. nu. 9 & facilius repellitur quam teſtis ibi nu. 10.
Iudex ordinarius quis dicatur dec. 57 num. 1. non efficitur delegatus ex commiſſione cauſæ ad ipſum ordinario iure ſpectantis, niſi ei committatur cum Clauſula cum qua alias procedere non poſſet, ibidem num. 2. & 3.
Iudex poteſt ex officio ſe fundare in poſitione negata, etiam ad fauorẽ negantis dec. 64. nu. 54.
Iudex intelligitur ſub appellatione boni uiri dec. 69. nu 4.
Iudex de iure Ciuili recuſari poteſt etiã ſine cauſa dec. 81. nu. 3. ſed de iure Canonico nõ poteſt niſi probata cauſa ſuſpicionis, ibid. nu. 5. In Notario autem arbitro, & conſultore, ius ciuile non reperitur immutatum à iure Canonico, ibi nu. 6.
Iudex ſæcularis eſt incompetens ſuper rebus eccleſiæ, licet agatur contra laicum dec. 86. nu 1.
Iudex eccleſiaſticus iudicat ſuper feudo, quod laicus recognoſcit ab eccleſia: Idem in emphyteoſi licet agatur de utili Domino inter ipſos emphyteotas dec. 86. nu 4.
Iudex laicus poteſt cognoſcere cauſam eccle-

eccleſiaſticam ex commiſſione poteſtatem habentis dec. 86. num. 14. Sed ad vniuerſitatem cauſarum eccleſiaſticarum non poteſt ab Epiſcopo deputari Iudex laicus, nec generaliter Pontifex poſſet ſæcularibus iudicibus Clericos ſubijcere, ibid. num. 15.

Iudex loco Rotæ ſubrogatus in cauſa, habet ſportulas Rotæ debitas in eadem cauſa dec. 87. nu. 8.

Iudex præter intentionem faciẽs iniuſtitiam, non eſt iniuſtus niſi materialiter dec. 103 nu. 12.

Iudex requiſitus tenetur exequi, vide in verbo exequtio.

Iudex Criminalis non poteſt principaliter cognoſcere de Ciuili dec. 196. nu. 2 poteſt tamen incidenter, & ſic condemnare ad reſtitutionẽ ablatorum, & terminos motos reponere ibi n. 4. Etiã ſi Iudex ſit delegatus, ac etiam ſi non conſtet ex confeſſione, ibid.

Iudices Ferrar. quando procedere poſſint non obſtante recurſu ad Sanctiſſimum dec. 60 nu 6. & non obſtantibus inhibitionibus emaaatis ab Vrbe, ibi nu 7.

Iudices nobiles poſſunt ſuas ſentẽtias interpretari parte tamẽ citata, & ab interpretatione datur appellatio dec. 24. nu 9.

Iudices ſuſpectos declinare naturale eſt dec. 81. nu. 3. nec id Princeps impedire poteſt, ibi nu. 4.

Iudices poſt litem contextatam recuſari nõ poſſunt etiam de iure Ciuili dec. 81. nu. 7. fallit quando ſuperuenit cauſa ſuſpicionis nu. 8. vel eius notitia nu 9. & ſuperuenientia iuramento probatur ibidem. In calculo autem ferendæ ſententiæ allegata ſuſpicio Iudicis, eſt ualde ſuſpecta de calumnia dec. 165. nu. 4.

Iudicis recuſatio, & corã eo oppoſita fori declinatoria, ſuſpendit eius iuriſdictionem, & proceſſus ab eo factus eſt nullus dec. 165. nu. 2. Cenſetur autem recuſationi renunciatum per comparitionem coram Iudice recuſato, etiam ſi Iudex nihil decreuerit, ibi nu 3.

Iudicis recuſatio friuola reijcitur dec. 80. num. 24. & in calculo ferendæ ſententiæ præſumitur calumnioſa, ibi num. 26. præſertim quando recuſans eſt ſolitus recuſare, ibi num. 27.

Iudicis ſuſpicio ceſſat ex adiuncto non ſuſpecto dec. 81. nu 11.

Iudicis arbitrio relinquitur quando dicatur friuola appellatio uel exceptio dec. 60. nu. 5. Item quis dicatur ſagax dec. 25. num. 5. Alia in in ſuis uerbis.

Iudicis dicto nõ creditur in ijs ex quibus pendet eius iuriſdictio, dec 56. num. 23.

Iudici delegato non creditur ſuper eius delegatione, & citatus ab eo ſine inſertione delegationis, comparere non tenetur dec. 56. nu 22.

Iudicem patientem eſſe opportet, ſed cũ ingenio ne contemptibilis uideatur leg. ne quicquam 9. §. vbi Decretum,

tum,

tum, ff.de off.proc. & leg. dec.87. nu.15.& in publico ſui copiam facere leg.1 §. Adeundi, ff.quãdo appelland.ſit d.dec.87.nu.15.munus enim iudicandi perſonale eſt leg. fin. §.iudicandi ff.de mun. & honor d.dec.87.nu.15.

Iuramentum obligat præciſe, & ſæpe validat inualidum dec.77.nu.27

Iuramentum litis deciſiuum, an poſſit deferre pars quæ nihil probauit, & quid ſi aſſumpſerat onus probandi dec.1. nu.2. 3. 4. & 6. & an debeat eſſe reciprocum ibid.nu.5.12. & 13.procurator ſine ſpeciali mandato illud deferre nõ poteſt, ibi nu. 15.huius iuramenti delatione pars efficitur teſtis, & Iudex inappellabilis in cauſa propria, ibidem num.11.

Iuramentum iudiciale quod defertur à parte parti poteſt ex cauſa recuſari, d.dec.1. nu.4. & ſi cauſa reñcitur, poteſt appellari, ibid. nu.8.

Iuramentum deferre quis poteſt in facto à ſe alieno dummodo nõ ſit alienum ab eo cui defertur, d. dec. 1. num.12.

Iuramentum referre non poteſt is cui defertur in cauſis formoſis, d.dec.1 num. 13.

Iuramentum tranſit ad hæredes iurantis quo ad effectos extrinſecos, non quo ad animæ reatũ dec 17.nu.15. Idemque eſt in obligatione Camerali, ibid.

Iuramentum poteſt Statutum fingere ſimulatum, dec.67.nu.17.

Iuramentum eſt ſeruãdum quoties poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, dec.103.nu.3. extra neceſſitatem præſtari prohibetur, ſed præſtitum valet ibid.nu.6.

Iuramentum præſtitum in contractu die feſto non eſt validum ſecundum aliquos, ſed verius videtur eſſe validum, & obligare dec.103.nu. 1. & 2. fallit in iuramento iudiciali, ibi num.10.

Iuramenta extra iudicialia prohibet, ſed non annullat tex. in cap. 1. de fer. d. dec.103.num 4. & iurans extra iudicium die feſto ex hoc ſolo non uidetur peccare ibid.nu.11.

Iuramentum affectionis defertur commodanti aduerſus commodatariũ non reſtituentem dec 130.num.1. & quæ requirantur ad deferẽdum iuramentum affectionis ibi remiſſiue num. 2.

Ad iuramentum recipiendum mittitur ad domum infirmi, vel mulieris, vel egregiæ perſonæ deciſ. 150. nu.1.& cuius expenſis num.2.& quæ dicantur egregię perſonæ nu.3. & ſeq.

Iurari in litem non poteſt ultra duplũ, dec.104. nu.4. & poteſt Iudex in iuramento in litem taxare quantitatem infra quam iuretur dec.130 nu.3. In iuramento veritatis Iudicis taxatio debet præcedere. In iuramento affectionis poteſt etiam ſequi, ibi nu. 5.

Iuramento creditoris creditur quo ad quantitatem quando de ſubſtantia

con-

conſtat praſertim ex confeſſione dec.34.nu.5.

Ad iuramẽtum ſuppletorium deferendum, ſufficit ſemiplena probatio, dec.34.nu.8. concurrentibus alijs requiſitis dec.129 nu.3.

Ad delationem iuramenti, an pars ſit citanda, deciſ. 17. num.28. 42. & 43.

Ad iurandum alij faciles ſunt vſque ad contemptum, alij timidi vſque ad ſuperſtitionem dec.1. nu 11.

Iuriſdictio noua Iudici, an & quando cenſeatur conceſſa priuatiue, vel cumulatiue, dec.164.nu.1.

Iuriſdictio delegata non eſt prorogabilis de perſona ad perſonã dec. 200. num 1. Sed bene de re ad rem, ibi num.2.

Iuriſdictionis prorogatio ſemel facta reuocari non poteſt dec.200. nu.4. pactum uero de prorogando eſt variabile niſi ſit iuratum, uel in præſentia Iudicis factum ibi nu.3.

Iuriſdictionis prorogatio, fieri non poteſt à procuratore ſine ſpeciali mandato, uel generali cum libera d. dec. 200.nu.5 & 6. vel niſi principalis ſciat, & taceat ibi nu.7.

Iuriſdictionis prorogationem impedit error partium, d.dec 200.num.8. & tam facti quam iuris, ibi nu.9. ac etiam dubium, ibi nu.10 & ad hunc effectum error præſumitur ex communi, ibi num.12. licet videatur dubitabile, vt ibi fallit tamen in Actore nu 15. & in litigatore perito nu. 16.

Iuriſdictionis defectus ceſſat parte nõ opponente quando agitur de tribuenda noua iuriſdictione dec.22. num.11.

Iuriſdictione non ſua vtens, peccat, dec.19. nu.1.

Ius accreſcendi, non habet locũ in contractibus dec.140.nu.2.

L.

Labor, & pecunia diuiſionem recipiunt dec. 87.nu.5. Et inſpiciendum eſt an quis ſuſtineat diuerſos labores, magis quam ſi diuerſa officia, ibi num.18. Nec labor ſine mercede, nec merces ſine labore eſſe debet dec.19.nu 5.

Laicus pro fructibus præbendæ ſibi locatæ cõuenitur coram ſæculari dec. 68. num.6.

Laudemium ex form.Stat.Ferrar. eſt vigeſima, de iure vero quinquageſima pars pretij fundi emphyteotici, & ſoluitur etiam de melioramentis dec 14.nu.7.

Laudemium debetur ab emptore Rei emphyteoticæ, & quid ſi emerit cum pacto retrouendendi, dec. 14. num.1.

Laudum contra formam Statuti vel compromiſſi non decidens omnes articulos, an ſit nullum, & quid ceſſante ſtatuto vel pacto, dec. 126. num.1. & 3.

Laudum præſumitur latum in vim precedẽtis compromiſſi poſt diuturnitatem temporis dec. 56. nu.29.

Laudum dicitur emologatum ex diuiſione ſequta iuxta formam laudi dec.

deciſ. 56. num. 33.
Laudi exequtio, in verbo exequtio.
Legatum nutu relictum ab eo qui loqui poteſt, valet dec. 146. nu. 3.
Legatum relictum ſub conditione caſte viuendi, an amittatur per vnicam fornicationem dec. 188. nu. 4. Alia in uerbo conditio.
Legatum, vel fideicommiſſum conditionale, in verbo conditio.
Lelatum, & fideicommiſſum particulare poteſt alieno arbitrio committi dec. 56. nu. 10.
Legata tot ſunt quos Res legatæ, dec. 20. nu. 6.
Legata ante aditam hæreditatem non debentur dec. 133. num. 1. etiam ſi ſint fauorabilia. & pia nu. 2. fallit in pijs quæ non patiuntur dilationem num. 3. Item quando hæres teſtamentarius, poſſidet ab inteſtato ibi nu 4 & in alijs caſibus remiſſiuis, ibid.
Pro legati conſequtione non competit via exequtiua iuxta opinionẽ Rotæ quam ſeruat etiam in cauſis ſibi commiſſis cum facultatibus A. C. dec. 8. nu. 1. & 2. Affirmatiua tamen uidetur æquior ibid. num. 3. præſertim quando teſtamentum nõ controuertitur nu. 4. & ſeruatur coram A. C. nu. 5. & videtur ſeruanda Ferſtan. Stat. nu. 6.
Pro legato etiam quantitatis competit hyppothecaria contra bona legantis dec. 131. nu. 1 Sed pro legato annuo competit ſolum contra fructus ibi num. 2. & non competit contra bona hæredis num. 3. niſi vt nu. 4.
Pro legato quãtitatis licet pro, fructus non debentur etiam ſi teſtator mandet eos ſolui niſi quando non eſt in poteſtate legatarij exigere dec. 132. num. 2.
Pro fructibus Rei legatæ actio competit aduerſus bona hæredis non teſtatoris d. dec. 132. nu. 1.
De legatis ſoluendis hæres ſatiſdare tenetur, in verbo hæres.
Legatarius qui cæpit agere via ordinaria, nõ poteſt ad exequtiuã tranſire, dec. 8. nu. 7.
Legatarius occupans propria authoritate Rem legatam, amittit legatum dec. 68. nu. 8.
Legitima etiam non agnita, tranſmittitur etiam ad hæredes extraneos, dec 2. num. 6. & tranſit in vniuerſalem fideicommiſſarium, ibi num. 19.
Legitimæ deductio ex fideicõmiſſo competit aſcendentibus & deſcendentibus, & illa non poteſt onere aliquo grauari dec 149. nu 2.
Legitimæ praſcriptio inducitur ſpatio triginta annorum dec. 111. nu. 2.
In legitima æſtimanda, an attendatur tempus mortis vel ſolutionis, dec. 123. num 1.
Legitimatio perſonæ in omni iudicio etiam ſummario, & exequtiuo requiritur, & opponi poteſt in quacunque parte iudicij dec 178. nu. 1. Alia in uerbo perſona.
Lex generaliter loquens debet, generaliter intelligi, dec. 1. num. 8 niſi ab

alia

alia lege reſtringatur dec. 194. nu. 2. & vbi lex non diſtinguit, legiſta diſtinguere non debet d. dec. 1. num. 8.

Lex quoties C. De rei vendicat. ceßat ſtante ſcientia ſecundi emptoris de prima venditione dec. 54. nu. 16. An ceſſet in perſonis eccleſiaſticis nu. 25. An in locatione nu. 5.

Lex, quamuis dura ſeruanda eſt dec. 59. num. 20. Nec Iudex debet eſſe mitior lege, dec. 33. nu. 4. Poteſt tamen legum duritia, pactis litigantium mitigari, dec. 44. num. 1. & quia lex ſe ipſam mitigare non poteſt, mitiganda eſt aliquando ex Aug. in queſtionibus vet. & nou: teſt. queſt. 20.

Lex, debet eſſe rationabilis, & Ratio legem animat. dec. 59. nu. 23. Sed non omnium quæ conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, & rationes legũ inquirere non opportet dec. 59. nu. 21. & non de lege, ſed ſecundum legem eſt iudicandum, ibi nu. 22.

Legis prohibitio quid operetur quando factum contra prohibitionem valet dec. 103. nu. 9.

Legem quam vult poteſt quilibet imponere rei ſuæ, dec. 59. nu. 24.

Legem ſibi teſtator imponere non poteſt à qua ſibi diſcedere non liceat, dec 59. nu 26.

Legem ſuperioris inferior tollere non poteſt, dec. 26. nu. 6.

A lege vel ſtatuto diſpoſita intelliguntur regulariter parte petente, dec. 128. nu. 4.

Leges legibus concordantur, dec. 31. num. 10.

Libellus ineptus admittitur in cauſis ſummarijs, dec. 50. nu. 9.

Libelli ineptitudo ex Clauſulis, ſaluatur in verbo Clauſula.

Ex libello Claro declaratur ſententia dubia, dec. 84. nu. 29.

Liber Mercatoris verificatus in aliquibus partitis, cenſetur verus in reliquis etiam nõ connexis, & notabilibus dec. 41. nu. 6.

Libro factoris creditur in ſummis modicis, & veriſimilibus, licet coaceruatæ conſtituant magnam ſummam, dec. 37. nu. 18.

Libris officialium qui ſunt à publico deputati, creditur dec. 62. nu. 6.

Libris Mercatorũ non creditur ſine adminiculis ſumẽdis aliũde quam ex libris dec. 41. nu. 1. Creditur ſtãte ſtatuto vel conſuetudine, ibi nu. 7. Item inter mercatores, ibi num. 8. Item in ſummis modicis, & veriſimilibus dec. 26 nu. 1 & vſque ad quam ſummam ex Stat. Ferrar. credatur, & quando, ibi nu. 4.

Libris mercatorũ quando creditur, creditur ſolum in ſpectãtibus ad mercaturam dec. 108. nu. 1. Et priuilegium ſæculare, vt credatur libris mercatorum non ligat Clericos etiã in foro ſæculari dec. 179. nu. 1. etiã ſtante confirmatione Papæ in forma communi nu. 3. & ſeq.

Libris ſcriptis durãte negotio, creditur etiam eo finito, dec. 42. num. 10. & libris defuncti magis cre-

ditur, ibi num. 9.
Libris Notariorum ſuper eorum creditis quãdo credatur dec. 70. nu. 2.
Liberales non ſunt qui alijs eripiunt, quod alijs largiuntur, ſed qui quod alteri donant, ſibi detrahunt, dec. 163. nu 6.
Libertas quid ſit, & quid ſeruitus, dec. 46. nu. 21.
Libertas præſumitur, donec probetur ſeruitus, d. dec. 46. nu. 20.
Libertate ſpoliatus, eſt ante omnia reſtituendus dec. 48. nu. 3.
Liberum debet eſſe, quod iterum non vedit arbitrium, dec. 59. nu. 27.
Licentia poſt decennium præſumitur præceſſiſſe, dec. 46. nu. 16.
Lineæ appellatione veniunt etiam fœminæ, dec. 59 num. 1. & facilius ſub linea fœminarum, ibid. nu. 6.
Liquidationis reſeruatio fit quando ignoratur quid, & quantum ſit detrahendum dec. 14. num 10. dec. 82. num. 15. exequtio ante factam liquidationem in ſententia reſeruatam dicitur ſpoliatiua ibi nu. 13 & quando, & quomodo ſit facienda liquidatio dec. 33. nu. 7. & 14
Ante liquidationem, nec etiam Res iudicata poteſt exequtioni demãdari, dec. 33. nu. 11.
Ad liquidationem ſufficiunt leuiores probationes dec. 34 nu 6. ac etiam coniecturæ, dec. 125. nu. 4.
A liquidatione datur appellatio cum expreſſione cauſæ, etiam ſi materia eſſet alias exequtiua dec. 34. nu. 1.
Liquidi, & de proximo liquidandi idem eſt iudicium, dec. 38. nu. 4.
Non liquidatur intereſſe ex partis aſſertione, & quid ſtante pacto, uel ſtatuto, dec. 34 nu. 7.
Lites celeri ſententia terminare, & æquitati conuenit, & rigori, dec. 1. num. 10.
Litigans nõ præſumitur ignorare conditionem collitigãtis dec. 17 nu. 26
Litigans, & in lite ſuccumbens præſumitur habuiſſe iniuſtam cauſam litigandi dec. 85. nu. 5.
Litigioſi vitium inducitur poſt citationem, dec. 99 nu. 7. & incurritur etiam contra ignorãter acquirentem quo ad nullitatem acquiſitionis, licet nõ quo ad pœnã, ibi nu. 4. nõ inducitur tamen in actione perſonali intentata, neque quo ad ipsã actionẽ, ibi nu. 10. Alia in verbo alienatio.
Locatio, & vẽditio frater nizant dec. 7. nu. 11. Alia in uerbo conductio.
Locatio, & conductio nulla eſt pro uno nummo, dec. 18. nu. 10.
Locatio effectuata probat dominium, & poſſeſſionem etiam contra tertium, dec. 64 nu. 7. & inter contrahẽtes etiam non effectuata, probat ibi nu. 8:
Locationis, & cõductionis cauſæ ſunt ſummariæ dec. 112. nu. 3.
In locatione nulla, non habet locũ tex. in leg. ſi quis conductionis dec. 64. num. 13.
In locatione an habeat locum lex quoties, C. De rei uendic. dec. 54. nu. 3 & quid ex Stat. Ferrar. ibi nu. 15

Locupletari nemo debet cum alterius damno, nec damnificari cum alterius lucro, dec. 9. num 5. etiam ſi ſit pupillus, vel eccleſia, dec. 69. num. 13.

Locum alienum vſurpans nulla ſe poteſt ignorantia defendere dec. 19. num. 3.

Lucrum ceſſans, an poſſit excedere duplũ, dec. 4. nu. 8. & dec. 104. nu. 3.

Lucrum qui amplectitur, & onus ſubire recuſat, ferendus non eſt dec. 19. nu. 7.

M.

MAgiſtratus quando poſſint vel nõ poſſint eo durãte conuenire vel conueniri, dec. 159. num. 1. & ſeq.

Mandatum quod vere aderat à principio, ſi poſt producatur conualidat acta præterita. Intellige ut ibi dec. 1. nu. 18. & dec 164. nu. 5.

Mandatum ſpeciale requiritur ad deferendum iuramentum litis deciſiuum, dec. 1. nu. 15. Item ad prorogandam iuriſdictionem, requiritur ſpeciale vel generale cum libera dec. 200. num. 5. & 6. Item ad petendam reſtitutionem in integrum requiritur ſpeciale, immo ſecũdum aliquos ſpecialiſſimum, & indiuiduum, dec. 1. num. 1 & 2. Item ad allegandum priuilegiũ leg. vnica dec. 164 nu. 2.

Mandatum eſt ſtricti iuris, & ſeruandum eſt in forma ſpecifica dec. 56. nu. 21. & dec. 96. nu. 4. & in dubio interpretandum eſt prout vtilius eſt mandanti, ibid nu. 5.

Mandatum enunciatum in antiquis præſumitur dec. 56. nu 28. & mandatum delegationis in ſentẽtia antiqua præſumitur, ibid.

Mandatum præſumitur in nobili, & egregia perſona aſſerẽte ſe mandatarium alterius, & magis in antiquis, d. dec. 56. nu. 27.

Mandatum expirat per Bannũ manmandãtis dec. 120. nu. 1. Item per Bannum mãdatarij, ibi nu. 2. & quando exſpiret per ſententiam, dec. 122. nu. 2.

Mandatũ morte etiam naturali mandantis non exſpirat Re non integra dec. 120. nu. 4. fallit ſi ſine herede deceſſit, dec. 121. num. 4. & quid quãdo decedit cum herede diuerſi ſtatus, ibi nu. 3. & 5.

Mandatum reuocatur per ſuperuenientem fauorem mandantis dec. 121. num. 2.

Mandati defectus, opponi poteſt quandocunque ad inualidanda acta præterita, dec. 1. num. 16. & dec. 91 nu. 7. & includit etiam defectum citationis, ibi nu. 1.

Mandatario non creditur ſuper mandato dec. 56. nu. 21.

Manutentio non præiudicat petitorio nec poſſeſſorio ordinario deciſ. 66. nu. 11. dec. 191 num. 2. nec noua manutentioni, vt ibi nu. 3.

Manutẽtio debetur cuicunque exiſtenti in poſſeſſione, vel quaſi tempore motæ litis, dec 87. num 1 & dec. 155. nu. 2. & debetur etiam detinen-

nenti dec.113.nu.4. ac etiam prædoni quando ex eiſdem actis non conſtat illum eſſe talem, ibi nu.6.

Manutentio non retardatur ex probatione non iuris etiā incontinenti niſi ex confeſſione vel re iudicata, dec.87.num.2. nec ex alia exceptione quæ requirat altiorem indaginem dec.66.nu.10.

In manutentione ſufficiunt leuiores probationes, & quare dec. 191. nu.1. & 2. & ſufficit ſemiplena, nec admittuntur exceptiones contra perſonas teſtium, ibid. Quæritur quis poſſideat non autē an iuſte vel iniuſte poſſideat dec.113.nu.5 Obtinens non tenetur cauere de reſtituendis fructibus in caſu ſuccūbentiæ dec. 127. num. 4. Alia in verbo poſſeſſio.

Manutentio competit exiſtēti in quaſi poſſeſſione iuris paſcendi, vel piſcandi dec.176. num. 1. & datur vtrique parti quando poſſeſſiones ſunt cōpatibiles, & æqualiter probatæ, ibid. nu.3.

Maritus poteſt in rebus Dotalibus conſtituere procuratorem etiam in ijs quæ requirunt ſpeciale mandatum dec.91. nu.8. & in parapher nalibus poteſt poſt litem ab eo contextatam, prout pater in aduentitijs ibi nu 1. & 2.

Matrimonium poteſt eſſe ſine dote, nō autem Dos ſine matrimonio, dec. 34. nu. 16. & dec.92. nu.12. non decet tamen contrahi ſine dote, & non præſumitur ſine Dote contractum, dec.34. num.17.

Matrimonij onera ceſſare dicuntur ſoluto matrimonio, etiam ſi remanſerint filij, ſi eſt verum dec. 92. num.12.

Matrimonium non conſumatur ex copula præcedenti iuxta communem dec.54. nu.20.

Vt matrimonium contrahi non poſſit ſine conſilio alterius, Statutum valet non autem, vt non poſsit ſine conſenſu dec 57. nu.11.

Matrimonij intuitu res traditæ licet æſtimatæ repetūtur nuptijs non ſequutis dec.34.nu.11.

Medicus curans infirmum etiam inuitum poteſt agere pro mercede dec. 26. nu.11.

Medici fama quidem, & nomine multi, Re autē atque opere valde pauci ex Hypoc. dec.64.nu.60.

Mendax non eſt qui dicit falſum putans verum, & quantum in ipſo eſt non fallit ipſe, ſed fallitur dec. 103. nu 12.

Melioramenta repetuntur quando reſpiciūt perpetuam vtilitatem agri ſecus ſi ſolam fructuū perceptionē dec.77. nu.32.

Melioramenta amittit emphyteota culpa cadens, & quid in conductore, dec.77.nu.31.

Melioratio cū deterioratione non compenſatur ad euadendam caducitatem dec.77.nu.30.

Pro melioramentis quando detur retentio, uel admittatur cautio de illis reficiendis dec.124.nu.2.

Me-

Memoria defunctorum delinquẽtium damnatur poſt mortem in atrociſſimis, dec.82.nu.8.

Mercator dicitur qui emit, & vendit vel permutat cauſa lucrandi non mutata forma, quod ſi mutata forma dicitur artifex dec.62.num.7. & mercatoris nomen minus late patet quã negotiatoris, ibi nu. 11.

Mercator non dicitur ex vnica negotiatione, dec.62. num.14. & niſi maiorem partem ſuorum bonorum habeat in mercatura, vt ibi.

Mercator non dicitur emens pro vſu proprio, licet mutato conſilio vendat, dec.62. nu.8. Item qui emit, & vendit nomine alieno, ibi nu. 9. & ad iudicandũ an aliquis mercator dici poſſit vel non, confert opinio vulgi nu.13.

Mercatores in Ciuitate neceſſarios dixit Plato, & eos quintum elementum vocat Bald dec 42. nu.12.

Mercede ſua dignus eſt operarius, & pro ea competit actio, deciſ. 37. num. 1.

In cauſa mercedis non datur appellatio ſuſpenſiua ſaltem quando accedit paupertas, dec.51. nu.1. & 5. Et in mercede procuratoris, & ſollicitatoris quando non apparet exceſſus in taxatione, ibid nu. 1.

Metus reuerentialis in muliere, non ſufficit ad reſcindendum contractũ d. 100. num.2. fallit quando concurrunt adminicula, ibi nu. 3. & maximum admiculũ eſt carcer, ibi nu.4. Alia in verbo mulier.

Militiæ armatæ litteratæ, vel cæleſtis militiæ nõ poſſunt relinquere Concubinæ niſi ob benemerita vel cauſa dotis, dec.168.num.2. & fiſcus aufert ſaltem quando vt ibi, & an id procedat in militibus noſtri temporis, ibid.

Militis bona abſque hærede decedentis de iure ſpectant ad legionem in qua militabat dec.168. nu.1.

Militare proprijs ſtipendijs nemo tenetur dec.37.nu.1.

Minor 25. annis nõ habet legitimam perſonam ad iudicia dec.4.num.1. ſententia tamen eo inſtãte lata pro eo, ſuſtinetur, ſecus ſi contra eum, ibi num.2.

Minor tenetur reſpondere poſitionibus cũ interuẽtu curatoris dec.47.nu.8

Minor 25. annis an gaudeat priuilegio legis vnicæ ſi ſit adultus, dec. 181. num. 6.

Minor 25.annis datus in teſtamento tutor, admittitur in tutorem aduenıente maiori ætate. Sicut furioſus ceſſante furore, dec.192.nu.4.

Minor 25.annis, & Doctor, non reſtituitur in integrũ in his quæ concernunt ſcientiam iuris dec. 194. num.5. & 6.

Minor reſtituitur ne damnum patiatur, & ne lucrum amittat dec.172 num. 1. & quando agit de damno vitando, & non eſt in dolo, reſtituitur etiã aduerſus contrauentionem in comittendo dec. 192. nu.4.

Minoris reſpõſio iurata tenet dec.47. num.8.

Minoris fauore poteſt claudicare contractus dec. 4. nu. 5. & iudicium ibi num. 6.

Minores quando poſſint impetrare ueniam ætatis, & quid illa operetur, dec. 194. nu 8.

Minoribus licet Res ſuas bene gerentibus earũ adminiſtratio non committitur, dec. 194. nu. 3.

Miſericordia contra iuſtitiam in iudicio exerceri non poteſt, etiam pro vidua, vel paupere, dec. 17. num. 46.

Modicum, & nibilum æquiparantur in omni prædicamento, dec. 18. num. 9.

Modus non ſuſpendit dec 38. num. 6. & modus potius quã conditio præſumitur, ibi nu. 7.

Modo adiectio in vltima voluntate, peti poteſt ſatisdatio de adimplendo, ſecus in contractu dec. 66. num. 8.

Monaſteria Monialium debent longe abeſſe à monaſterijs Monachorum, & quare dec. 46. nu. 12.

Moniales debent eſſe remotæ ab humanis aſpectibus dec. 46. nu. 11. unde uicinus nõ poteſt aperire feneſtras proſpicientes in earum monaſteriũ vt ibi.

Mora modica non reputatur mora, dec. 33. nu. 3. fallit vt ibi, & dec. 48. num. 6.

Mora vbi periculum eſt allatura, receditur à regulis iuris, & petitur licentia poſt factum dec. 48. num. 8. quia in ijs ſæpe quod differtur, aufertur, & eſt magnum damnum in mora modici temporis, ibi nu. 6.

Mora committitur ipſo iure fauore minoris vel Dotis dec. 92. num 5. vel Eccleſiæ vel fiſci, vel vniuerſitatis, dec. 125. nu. 8. fallit quando agitur contra pariter priuilegiatum, ibid. nu. 6.

Mora regulariter non incurritur ſine interpellatione ſaltẽ extraiudiciali, & ſaltẽ enũciatiua dec. 92. n. 2 & ſine mora intereſſe nõ debetur, & quid ſi ſit conuentũ, ibi nu. 1.

Mora poteſt re integra celeri ſatisfactione purgari dec. 85. num. 11. & de æquitate canonica, & ciuili quandocunque non eſt effectum deterius ius aduerſarij, non obſtante oblig. Cam. & iuramento, & acceptatione caducitatis, ibi nu. 12. ac etiam poſt factum deterius ius aduerſarij ſi ſoluatur intereſſe, ibi num. 13.

Morbus eſt habitus corporis contra naturam, vſum impediens ad quem natura ſanitatem dedit, dec 151. num. 7.

Morbus inter coniuges ſufficit ad denegandum debitum, ſed non ad obtinendum diuortium, dec. 84. num. 40.

Morbo an ſenectus æquiparetur, in verbo ſenectus.

Morum quam nummorum maior eſſe debet æſtimatio dec. 84. nu. 36.

Mors, ſcripturæ defuncti addit vim iuramenti, dec. 42. nu. 11.

Mors ciuilis non debet plus operari quam

quam naturalis, dec.120. num.3.
Mouentibus denegare quod viuis conceditur, inhumanum eſt, dec. 59. num. 25.
Manus mortuæ quare dicantur Eccleſiæ,& loca ſimilia in materia alienationis dec.99. nu.13.
Mulier ex Stat. Ferrar poteſt etiam vltra decem lib obligari pro neceſſitate victus,& veſtitus,& vbicunque ſit locupletior,dec.110.nu. 10. & nedum mulier ſed pupillus, & eccleſia ligatur regula ne quis cum alterius iactura locupletetur, ibi num. 3.
Mulier non eſt habenda per omnia loco minoris,dec.172.nu.2.
Mulier iurare debet abſente parte dec. 17.num.44.
Mulier litigans tenetur præſtare cautionem iuxta formam Stat.Ferrar. dec.1.num.19. & an,& ad quam effectum petenda ſit cautio illa ante litem contextatam, ibi nu 20.
In muliere bona fides facilius præſumitur dec.65. nu.18.
Mulier quare citius pubeſcat quã maſculus dec. 194. num.9. & quare prius infundatur anima maſculi quam fœminæ, ibi nu.10.
In muliere conſideratur metus cadens in conſtãtem mulierẽ dec.100. nu. 1. & in ea minor metus ſufficit quam in viro, ibi num. 5. fallit in viragine,ibid nu.6. Alia in verbo metus.
Munera miſſa etiam ſub titulo donationis intuitu matrimonij poſtea non ſequuti repetuntur in totum ab eo per quem non ſtetit ſi oſculũ non interuenit, ſi vero interuenit,ſponſa lucratur medietatem, dec. 34. num.12.
Mutatio voluntatis tanquam accidens non præſumitur, etiam poſt longum tempus niſi in ſtulto, dec. 21. num.4.

N.

Nauigaturus mortis cauſa donare videtur,dec.151.nu.6.
Negans vnum, videtur alterum affirmare, & quando dec.64. num. 30. & 31.
Negatio plus negat quam affirmet affirmatio dec.59. nu.3.
Negatiua qualitatis accidẽtalis transfundit in aduerſa. iũ onus probandi affirmatiuam, ſecus eſt in negatiua iuris dec.62. nu.4.
Negatiua nõ ſolutionis probãda eſt ab eo qui ſe fundat in illa, maxime ſi habet contra ſe præſumptionẽ, dec. 63. num.6.
Negatiua verba indefinita omnes caſus, & perſonas comprehendunt, dec.75. nu.2.
Negatiua quomodo probetur. In verbo teſtis.
Negatiuam non probat exhibitio ſcripturæ quando actus non erat neceſſario redigẽdus in ſcripturam, dec. 63. num.6.
Nepos legitimus ex filio ſpurio, poteſt inſtitui ex com. dec.166.nu.1. fallit quando inſtituitur contemplatione filij,ibi nu 2. & præſumitur quan-

quando nepos eſt infans, ibi nu. 3. In dubio autem non præſumitur, ibi num. 4. etiam ſi in inſtitutione facta ſit mentio filij, ibid. nu. 5.

Nepotes patruo an in ſtirpes vel in capita ſuccedant, dec. 82 nu. 9.

Nepotes vel neptes in portione relicta eorum patri cenſentur magis àteſtatore dilecti quam filij, quibus proprio portiones relictæ ſunt dec. 80. num. 11.

Nepotes an veniant appellationes filiorum. In verbo filius.

Nomen ſibi immutare ſine damno tertij licet, dec. 64. nu. 22.

Nomen in diſpoſitione præcedens, cenſetur diſpoſitiuum, & quod ſequitur, demonſtractiue adiectum videtur, dec 175. nu 5.

Nomen in ſolutum datum ſi non ſit verum, agitur de euictione, ſed non competit actio primeua, ſecus ſi ſimpliciter ceſſum ſit dec. 187. nu. 5.

Nomen debitoris alienans adquid teneatur. In verbo alienatio.

Nominis ſuppoſitio non alterat quando de corpore conſtat dec. 41. nu. 5.

Notariatus officium Clerico prohibetur, ſi tamē is rogauerit Inſtrumenta valent, dec. 103. num. 8 dummodo cum generali prohibitione legis non concurrat indiuidua prohibitio ſuperioris, vt ibi.

Notarius recuſatus ante contextationem, remouetur, poſt autem, aſſociatur ex Stat. Ferrar. dec. 81. nu. 13.

Notarij ſuſpicio ceſſare non videtur ex adiuncto ob timorem reuelationis, dec. 81. num. 12.

Pro Notarij peritia, & rectitudine præſumitur, dec. 64. nu. 59.

Ad notarium recuſandum ſufficit leuis cauſa, & Iuramentum, dec. 81. nu. 2. nec requiritur alia probatio cauſæ, ibi nu. 6.

Notificatio pro pupillo eſt facienda tutori, dec. 17. nu. 24.

Notoria iniuſticia quæ dicatur, dec. 4. nu. 17. & dec. 125. nu. 12. Ad tollendam notorietatem, ſufficit qualis qualis offuſcatio, dec. 4. nu. 18. Diſtinguitur iniuſtitia à notorietate tanquam ſubiectum à qualitate, ibi num. 19. & multa dicuntur notoria quæ non ſunt, ibi nu. 20.

Notoria iniuſtitia requiritur ad retardandam immiſſionem ex Aegidiana, dec 4. nu. 16. & iniuſtitia etiam non notoria quando ſufficiat dec. 35. nu. 16. & 17.

Notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, dec. 71. nu. 14. & dec 82. nu. 20. & notoria iuſtitia videtur æquiparanda validitati, ibid.

Notoriæ iniuſtitiæ exceptio admitti poteſt ex Clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis, dec. 4. nu. 15.

Nouus officialis cōſideratur tanquam noua perſona dec. 22. num. 2. ſed vid. nu. 3. & ſeq.

Nullitas vel iniuſtita reddit inexequibiles etiam mille conformes. Alia in verbo ſententia, & exequtio.

Nullitas inducta fauore alicuius, non poteſt regulariter allegari niſi ab

eo,

eo, dec. 4. num. 5.

Nullitas quæ ſententiam non impugnat, poteſt opponi etiam poſt ſententiam, dec. 17. nu. 18.

Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis eſt inſanabilis, dec. 17. num. 22. prout, & nullitas proueniens ex defectu citationis, ibi nu. 27. Sed quando non eſt totalis defectus citationis, Rota reſpondet pro arbitrio ad ſanandam nullitatem, dec. 15. nu. 9. Ad nullitatem iuriſdictionis ſanandam, Rota extendere non ſolet arbitrium, dec. 86. num. 17.

Nullitati primæ ſententiæ viam præcludit ſecunda confirmatoria ſtante Stat. de duabus dec. 80. nu 19.

Contra nullitatē ſiue pro nō nullitate in dubio eſt iudicandum, dec. 82. num. 19. Et verba improprientur ad ſuſtinendum actum, ibid. num. 17.

Nullitates tollere, & confirmare ſententias nullas ſpectare videtur ad Principem, dec 86. nu. 17.

Nullitates quæ nō ſunt ex tribus ſcilicet citationis iuriſdictionis, & mādati non attenduntur niſi ſit defectus terminorum ſubſtantialium, dec. 91. num. 10.

De nullitate ſententiæ contra debitorem latæ dicere non poteſt creditor, dec. 115. nu 6.

Nulliter conceſſa tenuta non eſt reuocanda ſi foret de nouo concedenda, dec. 82. nu. 19.

Quod nullum eſt nullum operatur effectum, & nullum præſtat impedimentum, dec. 17. num. 16. Actus nullus non meretur nomen actus, nec ſentētia nulla nomē ſententiæ, dec. 17. nu. 16. dec. 71 nu 6. Sed ex actu nullo transfertur poſſeſſio, in uerbo poſſeſſio. Appellatio nulla etiā cum inhibitione non cauſat attentata, dec. 17. nu. 17.

Sententia nulla confirmari poteſt conſtito de bono iure, dec. 50. num. 12. Alia in verbo ſententia.

Numeratio actualis non probatur per verba Notarij, ſoluit, & numerauit, niſi additum ſit In præſentia mei, &c. dec. 63. nu. 10.

Nunciat o etiam puero facta valet, & quare, dec. 17. nu. 41.

Metus an ſufficit in teſtamento, legato contractu, vide in ſuis verbis.

O.

Obligatio antidoralis in foro exteriori non eſt efficax, neque ad agendum neque ab excipiendum, nec ligat etiam in foro poli dec. 17. num. 14.

Obligatio Cameralis habet paratam exequtionem, dec. 66. num. 1. non admittit exceptionem niſi ſolutionis, nouationis, & falſitatis, non admittit exceptionē nullitatis niſi claram, & patentem, & reijcit omnes exceptiones requirentes altiorem indaginem, vel alias dubias, ibid. Non admittit appellationem ſuſpenſiuam, dec. 17. num. 12 & dec. 45 nu. 1. Licet autem debitor Cameralis condemnatus nō appel-

let, ſi tamen is fuerit abſolutus, poteſt creditor appellare, dec. 51. num. 5.

Obligatio Cameralis habet in ventre expreſſam hyppothecã præſentium, & futurorum, dec. 66. nu. 3. tranſit ad hæredes quo ad omnes effectus præter quã quo ad anima Reatum, dec. 17. num. 13. & dec. 66. num. 4. Non auget obligationem, ſicut nec iuramentum licet arctius obliget, vnde non includit Clauſulam in ſolidum, dec. 82. num. 11. Requirit extentionem alias mandatum eius vigore relaxatum extra curiã eſt nullum dec. 128. nu. 2 Fallit vt ibi nu 3.

Obligatus in forma Cameræ fideiuſſor non opponit exceptionem diſcuſſionis, dec. 45. nu. 3.

Obligatus in forma Cameræ habetur pro condemnato, dec. 66. nu. 2.

Simplex inhibitio non cõprehendit caſum in quo adſit obligatiõ Cameralis, dec. 48. nu. 5. Saltem quando de obligatione non dubitatur, vt ibi.

Obligatio defuncti debitoris diuiditur inter hæredes inuito creditore, dec. 54. nu 9.

Oligatio dandi, & obligatio faciendi, in multis differunt, dec. 28. num. 6.

Obligatus ad factum etiam proprium non tenetur præciſe, ſed ſolum ad intereſſe, dec. 28. nu. 7.

Obſeruantia eſt optima legum, & Statutorum interpres, deciſ. 22. num. 1. & interpretatio quæ ſumitur ab obſeruantia cæteris præualet, ibid.

Obtemperaſſe is videtur qui quod extremum eſt, fecit dec. 66. nu. 4.

Ocularis inſpectio ſuperat omne genus probationis, dec. 62. nu. 1.

Occupatio ſonat in malam partem, dec. 155. nu. 5.

Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, dec. 151. nu. 14.

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, dec. 69. nu. 14.

Officium Iudicis in verbo Iudex.

Officij nomine contrahens acquirit eis quorum nomine officium gerit, dec. 175. num. 1.

Omne qui dicit, nihil excludit dec. 56. num. 3.

Cum onere ſuo Res tranſit, dec. 90. num. 3.

In operis duobus locatis, cõuenit prius priori ſatisfieri, dec. 54. nu. 9.

Opinio communis eſt maximi momenti apud Iudices ignaros ſecundum aliquos, ſed immo ignarus eſt Iudex qui contra communem iudicat ſecundum alios, dec. 49. num. 4 & facit litem ſuam quando communis eſt in obſeruantia fori, & non habet contra ſe manifeſtam rationem vel textum expreſſum, ibid. nu. 3. & an poſſit probabilem contra probabiliorem ſequi, ibid.

Opinionis eiuſdem continuatio præſumitur, dec. 22. nu. 12.

Opus quod prodeſt facienti non præſumitur factum animo alteri nocendi, vel emulandi, dec. 46. nu. 5.

Ordi-

Ordine maior licet poſtea receptus in collegiata præfertur, dec. 97. nu. 1.

P.

PActum eſt ita interpretandum, vt aliquid operetur, dec. 69. num. 10.

Pactum quod non eſt contra ſubſtantiam, ſed ſolum contra naturam contractus valet, dec. 193. nu. 2.

Pactum affrancandi, & de retrouendendo an tranſeat ad hæredes dec. 5. num. 4. & 5.

Pactum de non petendo opponens an videatur debitum fateri, dec. 30. num. 12.

Pactum de vendenda Re cuius traden dę promiſſor facultatem habet, eum obligat præciſe, dec. 29. nu 9.

Pactum de contrahēdo non eſt contractus: In verbo promiſſio.

Pactum de gratis inſeruiendo non videtur validum, dec. 37 nu. 1. Sicut nec pactum, vt cōductor teneatur ad penſionem etiam ſi Re locata non poſſit vti, dec. 7. nu. 15.

Pactum vt venditor non teneatur de euictione, In uerbo venditor.

Pactum de retrouendendo etiam contra Principem præſcribitur ſpatio triginta annorum, dec. 5. num. 2. non obſtantibus verbis perpetuo ſemper, & in infinitum ibid.

Papa poteſt de iure ſupra ius diſpenſare, dec. 4. nu. 11. non tamen aduerſus iura diuina, & ſic in vſuris, ibi nu. 12. Iudæis tamen permittere poteſt, ibi nu. 10. & declarare genus aliquod contractus non eſſe vſurarium, ibi nu. 13. Nec poteſt omnes Clericos ſubijcere iuriſdictioni ſæculari, dec. 86. nu 15.

Par in parem, non habet imperium, dec. 26. nu. 5.

Partis nomine intelligitur dimidia, nomine autem particulæ dimidia dimidiæ, dec. 18. nu. 7. & quarta pars dicitur modicum reſpectu totius, & ſumi poteſt pro refectione ſerotina in diebus ieiunij quarta pars cęnæ conſuetæ ex probab. ſent. Ibidem:

Parte non opponente alias non probantia probant, dec. 30. nu. 2. & ſeq. vbi exempla.

Partus perfectus ſeptimo menſe naſci poteſt, dec. 151 nu. 14.

Paruus defectus non uitiat actum, & paruitas rei ſeu materię excuſat ab omni genere peccati, dec. 18. nu 9. & quid in Rebus venereis ibid.

Pater in aduentitijs filij non infantis non poteſt conſtituere procuratorem ſine illius conſenſu niſi ſit factus Dominus litis, dec. 91 nu. 1.

Pater per ſubſtitutionem pupillarem dicitur teſtari pro filio, deciſ. 56. num. 1.

Patientia tradere debentis habetur pro traditione, dec. 157. nu. 1.

Patientē eſſe Iudicem oportet, ſed cū ingenio ne contemptibilis videatur, In uerbo Iudex.

Patronus laicus poteſt plures cumulatiue præſentare ex quibus ordinarius eligit: Eccleſiaſticus vero non poteſt, ſed primus ab eo præſentatus

tus

tus præfertur, dec. 54 num. 24.
Paupertas eſt qualitas naturalis, & quando præſumatur, dec 93 nu. 5.
Per paupere, & pauperiore in dubio eſt iudicandum, dec. 17. num. 29.
Pauperes excuſantur ab appellãdo infra tempus quando appellatio requirit impenſam, dec. 25. nu. 7.
Pauperum cauſæ ſunt ſummariæ, & inappellabiles dec. 50. nu. 10. & ſaltem prius expediendæ quam cauſa diuitum, ibid.
Penſio quando dicatur anticipata, vel poſticipata, dec. 19. nu. 6.
Penſionis terminus maturatus prope ante uel poſt mortẽ anteceſſoris, an debeatur ab hærede uel à ſucceſſore dec. 19. nu. 6.
Periculum Rei pacto ſuſcipere non eſt illicitum ex ſe dec. 65. nu 30.
Periti aligendi ſunt à Iudice uel à parte, alias eorum relatio nulla eſt dec. 38. num. 1.
In perſona unius quando diuerſa iura concurrunt, non confunduntur, ſed ſunt ac ſi eſſent in diuerſis perſonis dec 52, num. 8 & vna perſona inſeparabilibus poteſt ſuſtinere vices plurium, & conſiderari tanquam ipſe, & tanquam alius, dec. 42. num. 3.
Perſonæ egregiæ quæ dicantur ad effectum de quo, dec. 150. num. 3. & ſeq.
A perſona cuius induſtria electa eſt, recedi non poteſt, dec. 57. nu. 13.
Perſonæ quibus reuerentia debetur, ſine uenia Prætoris in ius vocari non poſſunt dec. 151. nu. 5.
Perſonæ legitimatio in omni iudicio requiritur, dec. 33. num 5. etiam ſummario, & exequtiuo dec. 57. nu. 6. etiam parte non opponente, dec. 58. nu. 5. Fallit ſaltem in exequtiuis parte non opponente, dec. 30, nu. 7. dec. 33. nu. 10. dec. 78. num. 5.
Pluralitas actuum non præſumitur, dec. 43. nu. 8. & quare, ibid.
Pluralitas rerum præſumitur, dec. 43. nu. 10. & quando ibid
Pœna legalis, & conuẽtionalis quando poſſint excedere duplũ, dec. 104. num. 6.
Pœna conuentionalis non facit ceſſare legalem quando vtraque eſt compaſſibilis, dec. 77 nu. 29.
Pœna minoratur ſponte confeſſo, dec. 84. num. 31.
Pœnæ quando augeantur vel minuantur ob frequentiã delinquentium, dec. 84. nu. 37.
Pœna caducitatis incurſa per defunctum, regulariter declarari non poteſt contra hæredem, dec. 5. num. 6. Fallit quando incurritur ipſo facto ibid. num. 7. Item quando Dominus non habuit notitiam caducitatis, & tempus ad declarandum, ibi nu. 8. & 10. Item fallit in pœna conuentionali, ibi nu. 12. Alia in verbo caducitas.
Poeta nulla immunitatis prærogatiua iuuantur, dec. 150 num. 4. Licet poeſis dicatur prima phyloſophia, & ex poeticis vtilia multa didiciſſe

ciſſe ſe aſſerat. Aug. ibidem.
Ponens dicitur fateri, dec. 64. nu. 47.
Ex poſitione negata, non poteſt negans iuuari dec. 64. num. 53. Poteſt tamen Iudex ex officio ſe in ea fundari etiam ad fauorem negantis, ibi num. 54.
Poſſeſſio träsfertur etiam ex actu nullo dummodo non ex defectu conſenſus, dec. 157 nu 4.
Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ mortuo beneficiato non vacat, ſed remanet penes Eccleſiam, dec. 169. num. 6. Fallit num. 7.
Poſſeſſio quæ per plures teſtes vel alias clarius eſt probata præfertur in concurſu. dec. 176. nu. 2.
Poſſeſſio vel quaſi, violenta clandeſtina vel precaria non eſt manutenibilis, dec. 102. nu. 8.
Poſſeſſio probatur ex aſſertione partis nominãtis aduerſarium intruſum dec. 114. nu. 7.
Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum etiam per manus coloni, dec. 68. nu. 15. & è contra ex poſſeſſione probatur perceptio fructuum, non dato alio poſſeſſore, ibidem num. 6.
Poſſeſſio probatur ex ſuſtentatione litis, dec. 52. nu. 2.
Poſſeſſio uel quaſi anteceſſoris prodeſt ſucceſſori ad manutentionem, dec. 87. num. 4.
Poſſeſſio immemorabilis habet uim tituli, & priuilegij etiam in ijs quæ iuri communi repugnant dec. 185. num. 1. & præſcribit etiam cathedraticum, & iuriſdictionalia, ibid. num. 2.
Poſſeſſio quæſita poſt obitam teſtatoris non impedit hæredis immiſſionem, dec. 68. nu. 5.
Poſſeſſio anterior eſt in concurſu manutenenda, dec. 135 nu. 1 etiam ſi anterior ſit ſine titulo, & poſterior cum titulo, ibi nu. 2. Et inter plures eiuſdem diei, præſumitur anterior quæ habet expreſſam certã horam, dummodo non vltimã, ibid. num. 3 & 4.
Poſſeſſio apprehenſa authore Prætore eſt manutenibilis etiam non expulſis colonis, dec. 141. num. 1. & 2.
Poſſeſſio Inſtrumentalis non ſuffragatur alio exiſtente in poſſeſſione, & non expulſo, dec. 141. nu. 3 etiam quando fuit capta hæreditate iacente ſi coloni non fuerunt expulſi, ibi num. 4. & poſſeſſio etiam tert ij ad id obſtat, præſumitur autem vacans niſi probetur plena, vt ibid. num. 3.
Poſſeſſio continuata per Statutum eſt ciuiliſſima, ſed pleniſſima poſſeſſio, dec. 154. num. 3. manutenibilis num. 4. & quo ad efficaciam eſt eadem quæ erat penes defunctũ, dec. 142. num 7.
Poſſeſſio eſt ius, & an ſit vna vel multiplex ſpecie, remiſſiue dec 143 num. 5.
Poſſeſſio de iure communi non continuatur in hæredem etiam filiũ, dec. 154. num. 1. At ex Stat. Ferrar. con-

continueatur etiam in hæredem extraneum, & ante aditionẽ, & non obſtante alterius occupatione, ibi num. 2. & 5.

Poſſeßio iure familiaritatis non eſt manutenibilis, & quare dec. 154. num. 6. & quando præſumatur talis, ibid.

Poſſeßio titulata, cæteris paribus præfertur, dec. 154. num. 12. & in dubio obtinere debet in poſſeſſorio qui oſtendit habere indubitatum bonum ius in petitorio, ibi nu. 11.

Poſſeßio Ciuilis amittitur per Decennium alio exiſtente in poſſeßione naturali, etiam ignorante eo qui habet Ciuilem, dec. 156. nu. 2. Sed ſciens, & patiens etiam per modicum tempus, eam amittit, ibi nu 3. Si autem nemo naturaliter poßideat, Ciuilis numquam amittitur, ibid. nu. 2.

Poſſeßionem facto ſuo amittens, amittit omnia remedia poſſeſſoria, dec. 156. num. 4.

Et poſſeßioni alterius etiã tacite conſentiens, uel alias habens ſe pro ſpoliato ſua poſſeßione ſe ſpoliat, dec. 157. nu. 1.

Poſſeſsionem alienam licet vacantem occupans non excuſatur, licet ignoret cuius ſit; & quare, dec. 19. num. 2.

Poſſeſsioni longæua non obſtat iuris reſiſtentia, dec. 87. nu. 3.

De poſſeſsionis iuſtitia non quæritur in iudicio manutẽtionis, dec. 113. num. 5.

Poſsidentis in dubio melior eſt conditio, dec. 2. nu. 18. Sed poſsidenti non competit immiſsio, dec. 119. num. 2. & petens ſe immitti, fatetur ſe non poſsidere, ibid. vel amittit, & ciuilem, & naturalem poſſeſsionem, ibi nu. 3. Fallit quando petit omni meliori modo, vt nu. 4. nam intelligitur petere ad confirmandam ſuam poſſeſsionem, quod fieri poteſt, vt nu. 5.

Is poſsidet cuius nomine poſsidetur, dec. 25. nu. 11.

In interdicto vti poſsidetis quæritur quis poſsideat, non autem quis iuſte, uel iniuſte poſsideat, dec. 141. num. 5. Sed quando concurrit poſſeſsio iuſta cum iniuſta, & clare conſtat, illa præfertur vt nu. 6.

Aliud eſt poſsidere, aliud eſſe in poſſeſione, dec. 142. num. 10. Sicut aliud eſt viuere, aliud eſſe in vita ibidem.

Quãdo poſſeſsorium habet mixturam petitorij, datur appellatio, dec. 68. nu. 9. & quando eam dicatur habere ibi nu. 11.

Poſteriora incõpatibilia derogant prioribus, dec. 64. nu. 3.

Poſterior aliquando potior eſt priore, dec. 54. nu. 7.

In præcedentijs attenditur conſuetudo etiam contra ius, dec. 97. nu. 2. Intelligo vt nu. 3.

Præeminentiæ materia reputatur magni præiudicij d. dec 97. nu. 2.

Præſcribitur omnis actio triginta annorum ſilentio, dec. 111. nu. 1. etiã

quo

quo ad legitimam ibi nu. 2. & per quadraginta annos etiam quarta funeralis, & Decimalis, dec 185. num. 3. & per triennium præſcribuntur Res mobiles etiam Eccleſiæ dec. 65. nu. 18.

Præſcriptio quando interrumpatur, dec. 76. nu. 8. & 10. & an per ſequeſtrum, ibi nu. 11. & 13. & an per mãdatum ſuſpicionis fuga, ibi num. 12.

Præſcriptio Statutaria an procedat cũ mala fide, dec. 76. nu. 1. An in debito iurato, An contra minores ibi nu. 2. An contra Clericos, & forenſes nu. 14. 15. & 17. An contra non valentes agere nu. 19. & 20. Inducit ſaltem præſumptionem ſolutionis, ibid. nu. 3.

Præſcriptio in facultatiuis non inducitur etiã per annos mille, nec currit niſi à die prohibitionis dec. 46. num. 19. etiam in factis affirmatiuis, vt ibid.

Præſcriptione completa, ſuperueniens mala fides non obſtat, deciſ. 76. num 9.

Præſumptio fortior tollit debiliorem etiam vna contra plures, & quæ dicatur fortior, dec. 172. nu. 5. Plures autem cæteris paribus vnam viuunt ibi num. 6. & dec. vltim. num. vltim.

Præſumptio cedit probationi, dec. 175. nu. 3. Probatio confeſsioni nu. 4. Confeſsio ueritati nu. 5.

Præſumptio iuris admittit probationem in contrarium, ſecus ſi ſit præſumptio iuris, & de iure, dec. 89. num. 6.

Præſumptio, & coniectura quid ſint, dec. 93. nu. 1.

Præſumptio quælibet capienda eſt potius quam præſumptio delicti in dubio, dec. 2. nu. 18.

Præſumptio non ſufficit vbi requiritur probatio, dec. 32. nu. 4 dec. 53. num. 3. Saltem in iјs quæ poſsunt aliunde quam præſumptione de ſui natura probari, dec. 61. nu. 23.

Præſumptio iuris transfert in aduerſarium onus probandi, dec. 46. nu. 23. & habens præſumptionem pro ſe non tenetur probare negatiuam, dec. 31. num. 10.

Præſumptio boni iuris ad effectũ conſequendi alimenta, & ſumptus litis reſultat ex ſententia fauorabili non obſtãte appellatione, dec. 72. nu. 3. Item in filio agentem ad hæreditatem patris reſultat ex ipſa filiatione, ibid. nu. 2.

Præſumitur ignorantia vbi ſcientia non probatur etiam in Domino in terminis declarandæ caducitatis, dec. 5. nu 9. Et in muliere quo ad fideicommiſsum in terminis, Authen. Res quæ dec. 138. nu. 5. Alia in uerbo ignorantia.

Primo actu ſimplex promiſsio, uel diſpoſitio impletur, & expirat, dec. 96. num. 4.

Prior in ſorte, eſt etiam prior in uſuris, dec. 90. nu. 6.

Prior in tempore regulariter potior eſt in iure dec 54. nu. 8. & quando id pro-

Digitized by Google

procedat ibi,& dec.97.num.4.& dec 54.nu.7.

Prior in traditione licet in venditione uel donatione, poſterior præfertur non obſtante iuramento, & quare dec.54 nu.1. & 2. & quid in locatione ibid.nu.5.& ſeq.Fal. lit vt nu.16.& 24.

Princeps ſolus committere poteſt cauſam cum Clauſula appellatione remota dec.22.num.21. Et tollere nullitates, & confirmare ſententias nullas dec.86.nu.17.

Princeps ſupremus poteſt in propria cauſa iudicare licet honeſtius faciat ſi eam deleget, dec.22. nu 22. Et ſuam ſententiam corrigere dec. 24.nu.8. Permittere vt vltima voluntas alieno arbitrio committi poſſit, dec.56.nu.16.

Princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, ſi actus alias non valeret dec.56.nu.20. Dicitur Iudex iudicum ibi nu. 32. Eſt ſupra ius Ciuile, & conſuetudinem habet ſub pedibus, ibi num.15. & poteſt de iure ſupra ius diſpenſare, & contra ius Ciuile etiam ſine cauſa, ibi num.19. Non ligatur humanis legibus quo ad vim coactiuam, ſecus quo ad vim directiuam dec.22 num.22.

Princeps impedire non poteſt ne Iudex ſuſpectus recuſetur, dec.81.n 4.nec electionẽ realem uel perſonalẽ creditori cõpetentẽ auferre dec.99.nu 3

Principis diſpoſitio habet vehementiſſimam iuſtitiæ præſumptionem, dec.56.nu.31. & intelligitur ſine præiudicio tertij, dec.143.num.4. & derogatio præiudicij tertij intelligitur de modico, ibi nu.5.

Principis ſententia habet vim legis, & ſententia lata contra ſententiã Principis tanquam lata contra legem, nulla eſt dec 56.nu.18.

Principis aſſertioni creditur præſertim quando in ea fundat diſpoſitionem, dec.56.nu.24. & in terminis Ducum Ferrar. nu. 25. & in antiquis creditur etiam ad eius commodum, ibi nu.26.

Principis contractus, omnes ſunt bonæ fidei, & latè interpretandi dec. 87.nu.20. & beneficia latiſſime quo ad eius intereſſe, ibi nu.20.

Principis indefinita æquipollet vniuerſali in priuilegijs quo ad præiudicium ipſius concedentis, non quo ad præiudicium tertij, dec. 87. nu. 12.dec.143.nu.7.

De Principis poteſtate diſputare vel dubitare ſacrilegũ reputatur, dec. 26.nu.3. & dec.194.nu.7.

Ad Principem ſæcularem in rebus Eccleſiæ non niſi reuerentia pertinet, dec.86. nu.2.

Non à Principe, ſed ad Principem appellatur, dec.22.nu. 21. & à male informato ad melius informandũ, ibi num. 19.

Priuatio non eſt inducenda extra caſus expreſſos in iure, dec. 170. num.4. & in dubio pro non priuatione eſt iudicandũ dec.172.nu. 9.

Priuatio ſupponit habitũ dec.71.n.4.

Pri-

INDEX.

Priuilegia, & beneficia ſunt ſtricte interpretanda quo ad preiudicium tertij, late uero quo ad preiudicium concedentis, dec.163. nu.6.

Priuilegium leg. vnicæ, C. quando Imperator, debet allegari vt ſuffragetur, nec procurator poteſt illud allegare ſine ſpeciali mandato vel generali cum libera, dec.164.nu.2. Poteſt tamen allegari etiã poſt concluſum in cauſa, ibi nu.3. nec poteſt ei renunciari, ibid. nu.4.

Priuilegium naturale præfertur accidentali, dec.17.nu 29.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus pariter priuilegiatum, dec.73.nu.5.

Probatio incerta æquiuoca, vel dubia non releuat dec.29. num.7. & dec. 64.nu 50. & contra probantẽ interpretatur d.c.96.nu.6.

Probatio oritur ex vehementi preſumptione in ijs quæ fieri ſolent in occulto dec.84 nu.7. & coniecturæ, ibi æquiparantur manifeſtis probationibus, dec.156.nu.6.

Probationis nomen intelligitur de plena dec.89. nu.4.

Probationis defectus quando reddat ſententiam nullam vel iniuſtam, dec.33.nu.15.

Probationes omnes, ſuperat ocularis inſpectio, dec.46.nu.13.

Duæ probationes imperfectæ coniunguntur ad conſtituendam vnam probationem perfectam quãdo tendunt ad eũdem finem, & effectum dec.49.num.6. Fallit quando agitur de probando crimine etiam ciuiliter, ibi nu.7.

Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, dec.32.nu.3.

Si ex forma Statuti contractus probari non poteſt niſi per ſcripturam, adhuc poteſt promiſſio probari per teſtes, ad hoc, vt promittens conficiat ſcripturam, dec.29.nu.15. & probatio per teſtes facta parte non opponente ſemper operatur non obſtante d. Stat. ibid. nu.16.

Probationũ facultas non eſt anguſtanda, dec.82.nu.13.

Procurator poteſt regulariter habere fidem de pretio quando non eſt conſtitutus ad vendendum pro certo pretio, & ad certam cauſam dec. 183. nu. 4. Fallit in procuratore minoris, fiſci, & Eccleſiæ, ibidem num.3.

Procurator ad vendendum uel locandum an poſſit exigere pretium, vel penſionem, dec.183.nu.5.

Procurator generalis quando cenſeatur cõtrahere nomine procuratorio dec.175. num.1. & 8. & quid in procuratore ſpeciali ibid. d.nu 1.

Procurator conſtitutus à lege, & conſtitutus ab homine æquiparantur, dec.91.nu.2.

Procurator, Dominus litis effectus nõ poteſt etiam expreſſe reuocari niſi ipſo, & aduerſario conſentiẽtibus, & niſi ex noua cauſa etiam ab herede, dec.120.nu.5.

Procurator etiam poſt litem contextatam in prima, reuocari poteſt in ſecun-

P

cunda inſtantia, & quare dec. 122 num. 5. Fallit quando in mandato adeſt clauſula releuans, &c, ibi num. 4.

Procurator tenetur appellare, ſed non proſequi, dec, 122. nu. 3.

Qui tanquam procurator citatur vel admittitur, cenſetur approbari, & non poteſt repelli, dec. 91. nu. 9.

Procuratorē illegitimum, poteſt Iudex ex officio repellere dec 1. nu. 17.

Per conſtitutionem etiam nullam ſecundi procuratoris etiam non acceptantis, cenſetur reuocatus primus niſi apponatur Clauſula citra reuocationem, dec. 6. nu. 7.

Producens ſcripturam ecnſetur illam approbare, & omnia in ea licet enūciatiue contenta fateri, dec 177 nu. 3. & producens Teſtamentum cenſetur etiam perſonam Notarij approbare, ibi num. 4. & productio actorum quamuis informium inducit probationem contra producentem ex communiori, ibidem num. 5.

Productio ſcripturarum non facientiū ad cauſam non circūſcribit citationem ad ſententiam dec. 80. nu. 20. maxime quando pars quæ citauit non produxit nec productioni conſenſit, ibi nu. 21. Alia in verbo citatio.

Productioni ſcripturarū poſt citationem addicendum contra, renunciare quis non poteſt, dec. 98 nu. 8.

Promiſſio de uendendo, non eſt venditio, de locando non eſt locatio de donando, non eſt donatio de faciendo pacem non eſt pax, dec. 29. num. 1. De contrahendo non eſt contractus ibi num. 2. De fideiubendo non eſt fideiuſſio, ibi nu. 4.

Promiſſio de contrahendo, & contractus debēt præciſe ſeruari ex Stat. Ferrar, dec. 29. nu. 11.

Promiſsio de donando non transfert dominium Rei donatæ, ſed parit actionem perſonalem aduerſus promittentem, d. dec. 29. nu. 13.

Promiſsio de ratificando idem operatur, quod ratificatio quando id ſola voluntas ſufficit, & nihil repugnat, quin tempore promiſsionis actus perfici poſſit, d. deciſ 29. num. 10.

Promiſsio facti alieni reſoluitur in promiſsionē facti proprij, dec. 53. num. 4.

Promiſsioni de vendendo etiam iurata, præfertur uenditio poſterior etiā non iurata, dec. 29. nu. 3.

Promiſſa ſine conditione, ſine conditione ſunt adimplenda, deciſ. 38. num 2.

Promittens de facto ſuo tantum, tenetur tamen etiam de facto authoris, & hæredis, dec. 42. nu. 8.

Promittens ſoluere centum, & plus, & minus in quo debitor apparebit in calculis conueniri poteſt ad centū donec calculetur, dec. 38. nu. 11.

Promittens ſe obligaturum ad danda decem certa die, poteſt adueniente die conueniri ad illa ſoluenda, dec. 29. num. 8.

Pro-

Promittens contrahere, cogi poteſt ad contrahēdum vel ad intereſſe, dec. 29. nu. 12. & promittens ſatisdare, ſi non ſatisdet, tenetur ad intereſſe, ibid. nu. 14.

Propoſitum in propoſito, idē operatur, quod oppoſitum in oppoſito, dec. 77. num. 7.

Proteſtatio non repetita in ſingulis actis, non prodeſt licet ab initio dictum ſit quod cenſeatur repetita, dec. 91. nu 11.

Pupillus habet fori electionem, & trahit, & non trahitur, dec. 37. num. 21 Non tamen contra alium pupillum, dec 181. nu. 1. & quis dicatur pupillus, ibid. nu. 3.

Pupillare priuilegium præferendū videtur accidentali priuilegio viduitatis, dec. 73. nu. 5. Sed in materia legis vnicę, pupilli, & viduæ æquiparantur. dec. 125. nu. 11.

Q.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, dec. 14 nu 8.

Qualitas extrinſeca non præſumitur niſi probetur dec. 57. nu. 20. fallit num. 22.

Qualitas ſub cuius commemoratione fit actus, debet attendi, deciſ. 42. num. 2.

Qualitas maſculinitatis expreſſa in vna ſubſtitutione, an repetita cenſeatur in alia, dec. 59. num. 10. 11. & ſeq. Et in dubio non cenſetur repetita ibi nu. 15.

Quantitas magna vel modica quæ dicatur, dec. 18. nu. 8. dec 37. nu. 18. dec. 77. nu. 25.

Quantitas quæ eſt de ſui natura diuidua, redditur indiuidua per ſententiam dec. 26. nu. 3.

Quantitatem minorem quam ſibi debeatur petens, vt reddat cauſam inappellabilem, amittit reliquum ex Stat. Ferrar. dec. 134. nu. 1.

Quo ad quantitatem crediti, creditur creditoris Iuramento quādo de ſubſtantia conſtat, dec. 29. nu. 17. pręſertim ſi conſtat ex confeſſione, dec. 34. num. 5. & præſertim ſi creditor eſt alias fide dignus, dec. 100. num. 7.

R.

Ratihabitio mandato comparatur etiam in ijs quæ requirunt ſpeciale mandatum, dec. 46. nu. 17

Ratificatio mādato comparatur etiam in delictis, & in omni materia, dec. 77. nu. 15. & 16. & plus eſt facto ratificare quam verbo, ibi num. 17. Fieri autem debet infra tempus in quo actus celebrari debebat, dec 49. nu. 1.

Ratificare cenſetur contractum, agens ex contractu dec. 183. num. 1. & hęc dicitur expreſſa ratificatio, & recipiens partem pretij totam venditionem cēſetur ratificare, & obſeruans etiam in parte cōtractum, totum contractum ratificare videtur, ibid.

De Rata promittēs etiā cum Iuramento ſine Clauſula Alias de ſuo, &c. non tenetur niſi ad diligētias etiā ſi prin-

ſi Princeps in verbo Principis promiſerit, dec. 53. nu. 4. Sed, non factis diligentijs, tenetur ad intereſſe ibid. nu. 5.

Ratio eſt Anima legis dec. 28. num. 6. Alia in verbo Lex.

Ratio vbi eadem militat, militare debet eadem iuris diſpoſitio, dec. 1. nu. 9. & magis quando ius eſt fauorabile, vt ibi.

Ratio magis quam authoritas eſt attendenda in uerbo authoritas. Pro ratione voluntas ſufficit in teſtatore dec. 59. nu. 28.

Recognitio per habentem notam manum ſolet eſſe fallax, dec. 9. nu. 19. Et quādo admittatur ibid. nu. 21. & ſeq. Sufficit autem dicere in recognitione ſcriptura, quod ſibi videtur ſcripta manu talis, ibi num. 24.

Recognitio per cōparationem ſcripturæ admittitur, dec. 9. nu. 26.

Regula transfundit in aduerſarium onus clare probandi exceptionem, dec. 62. num. 5. & in dubio pro regula iudicatur, & in verbo dubium.

Reductione ad arbitrium boni viri pendēte, non ſuſpenditur exequtio Laudi, dec. 44. nu. 4.

Reficere aliud eſt, aliud de nouo facere etiam ſi agatur de Re in totū destructa, dec. 46. nu. 15.

Renunciantibus iur a ſua non eſt dandus regreſſus, dec. 64. nu. 24.

Renunciare reſcripto fauorabili quis non poteſt inuita parte poſt quā produxit dec. 98. num. 8. & ante vbi ſimilia.

Renunciatio reuiſioni computorum nō valet niſi poſt motam litem ſuper errore, dec. 55 nu. 4.

Renunciatio caſibus fortuitis an trahatur ad inſolitos, dec. 7. nu. 14.

Renunciari beneficio diſcuſſionis an poſſit in verbo fideiuſſor. Alia in in ſuis verbis.

Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus dec. 82. nu. 17. & expreſſum in relato, dicitur expreſſum in referente, ibid.

Reſcriptū ſurreptitiū uel obreptitium eſt nullū, uel ipſo iure uel ope exceptionis ſiue ſit iuſtitiæ ſiue gratiæ, vt in dec. 71. nu. 12. Et inhibitio emanata uigore cōmiſſionis ſurreptitia non inducit attentata dec. 114. nu. 3. & reſcriptum habet hanc tacitam conditionem ſi preces veritate nitantur, d. dec. 71. nu. 12.

Res iudicata pro veritate habetur inter partes, & facit de albo nigrum, & de indebito debitum, dec. 33. nu. 16.

In Re iudicata ex vnica ſententia Signatur non reſcribit cum Clauſula parito, & Rota reſpondere ſolet pro arbitrio, dec. 33. nu. 18.

Res iudicatas non attendit Rota quando conſtat de ſententiarum iniuſtitia etiam non notoria, dec. 33. num. 16.

Reſeruatio non tribuit nouum Ius, ſed conſeruat dec. 70. num. 6. & quando fieri poſſit à Iudice vel ab ar-

arbitro, ibidem.
Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris dec.96.nu.3.
Reſponſio dubia debet intelligi in fauorem reſpondentis etiã verba impropriando, dec.64.nu.32.
Reſponſio relatiua ad acta, de iure ſuſtinetur, & ex forma Stat.dec.47. num.6.
Reſponſiones ad Capitula, plene probant contra reſpondentem, dec.52. num.3.
Reſpanderi debet ſimpliciter per verbum credit vel non credit poſitioni ſimplici, dec.47. num. 1. & quis dicatur ſimpliciter reſpondere, ibi num. 2.
Reſpondere quis non tenetur poſitioni criminoſæ, dec.47.nu.4.nec captioſæ ibi nu.15.nec tali, cui reſpõdendo, incideret in periurium, ibidem num.3.
Non reſpondẽs interrogationibus habetur pro affirmante vel negante, prout utilius eſt interroganti quan do ſaltem præceſſit Iudicis declaratio in deteriorem, dec. 64.nu.26.
Reſtitutio in integrum non competit aduerſus ſententias, niſi docto de illarum iniuſtitia dec. 17. nu. 14. Sufficit tamen etiam non notoria, dec.33.nu.17. & onus probandi iniuſtitiam ſpectat ad petentem reſtitutionem, dec.32. nu.7.
Reſtitutio in integrum petita poſt ceptam exequtionem non ſuſpendit, dec. 17.nu.2. & 4. & quando dicatur cepta nu 3.etiam ſi commiſſa ſit cum Clauſula arbitrio, quia intelligitur prout de iure, ibidem num.5.
Reſtitutio in integrum competens litis conſorti, non competit conſorti in cauſa diuidua, dec.20.nu.3. & dec.52.nu.7.
Reſtitutio in integrum non competit niſi probetur læſio ſaltẽ ſemiplene etiam in minore, & in Eccleſia, ac etiam aduerſus lapſum temporis ſine aliquali probatione læſionis non datur dec.52 nu 5.nec ſufficit modica læſio ibi nu.6. Pendente articulo reſtitutionis in integrum commiſſa prout de iure, nihil eſt innouandum dec.17.num.1. & datur manutẽtio etiam aduerſus rem iudicatam, ibid.
Reſtitutio in integrum petita poſt concluſum in cauſa non caret ſuſpicione calumniæ, dec.73. num. 8. & quando dicatur calumnioſa, relinquitur arbitrio Iudicis, ibid.
Retentio faciliùs conceditur quam noua acquiſitio dec.2.nu.15. dec.52. nu.4. & dec.69.nu 12.
Retentio competit pro detractionibus do nec fiant, deciſ. 158 num.1. Non tamen retardatur curſus fructuum in reliquis bonis ad fauorem eius cui facienda eſt reſtitutio ibid. num.2.
Retinens poſſeſsionem cenſetur potius vt hæres quam vt fideicommiſſarius retinere, dec.2.nu.13.
Reus in exceptionibus fungitur vice actoris dec.65. nu.14. & tenetur exce-

exceptionem probare licet in negatiua conſiſtat, ibid.

Rei proprium eſt fugere, & Rei à legibus ſæpe fugientes appellantur, dec. 121. nu. 1.

Ruſticitas ſæpe præbet iuſtam excuſationis cauſam, dec. 25. num. 1. ſed Ruſticitatis vel imperitiæ velamento S. C. circumueniri non oportet, ibi nu. 3.

Ruſticis non ſuccurritur niſi in caſibus expreſſis in iure, d. dec. 25. nu. 2. & ſagacibus minus ſuccurritur ibi nu 4. & minus quando potuerunt cõſulere peritiores, ibi nu. 9. Et minus in ijs quæ cõcernunt formam actus, & ob publicam vtilitatem ſtatuta ſunt, vt in re iudicata, ibid. nu. 6.

Ruſtico etiam in caſibus non expreſſis concedi poteſt reſtitutio ex Clauſula ſi qua mihi, dec. 25. nu 8.

Ruſticus negans ſe poſſidere Domum quam locauit non excuſatur à mendacio ad effectũ impediendi immiſſionẽ aduerſarij ſine præiudicio tertij, dec. 25. nu. 10.

S.

Sacerdotes multi, & pauci dec. 64. num. 60. Aurei ligneis calicibus vtebantur, lignei aureis vtũtur, ibidem.

Salarium augetur vel minuitur aucto, vel diminuto labore, dec. 87. nu. 5. & 6. Exercens actum alteri mãdatum ſub certo ſalario, idem ſalarium conſequitur, ibid. nu. 7. Fallit in Ambaſciatoribus, ibi nu. 14. & ſalarium duplex debetur exercenti duo officia, etiam vnita ſub nomine vno d. nu. 7. Et ſubrogatus Iudex vel officialis loco alterius debet conſequi idem ſalariũ quod illi debebatur, ibid. nu. 8. & ſalarium ſeu ſportula Rotæ debita, debetur Iudici in cauſa ſubrogato loco Rotæ, ibid. nu. 8.

Officialis ſimpliciter aſſumptus, cenſetur aſſumptus pro ſalario anteceſſori dari ſolito, d. dec. 87. num. 13. & ſi fuerit aſſumptus cum ſolitis emolumentis, debentur ei omnia præſtita præteritis licet in capitulis dictum ſit, quod de ſalario contentari debeat, ibid.

Salarium ſeu ſportula Iudici de iure communi partim debetur in contextatione, partim in fine negotij, dec. 12. num. 1. & debetur tam Iudici quam aduocato, etiam ſi cauſa fuerit concordata, ibi num. 2. & quid ex form Stat. nu. 3.

Salarium non conuentum regulariter non debetur, dec. 17. nu. 12. Fallit quando probantur extrema de quibus ibi nu. 13.

Salarium famuli de iure præſcribitur triennio, & ex form. Stat. Ferrar. quadriennio, dec. 37. nu. 5. & 6.

Salarium procuratoris taxari debet arbitrio Iudicis iuxta qualitatem perſonarum cauſarum, & laborũ, dec. 51. num. 3. & exceſſiue taxatum, reduci debet ad congruũ ſummam in cauſa appellationis, ibid. num. 2. Sed quatenus exceſſus non

appa-

Digitized by Google

apparet, non eſt retardãda ſolutio, ibid. nu.1.

Satisdare non tenetur poſsidens immobilia, dec. 8. num. 10. Fallit in hærede qui tenetur ſatisdare de legatis præſtandis cuiuſcunque facultatis exiſtat, vt ibi nu. 11. & in verbo hæres. Alia in verbo fideiuſsio, & cautio.

Scientia qualitatum Rei propria præſumitur, dec. 43. num. 4. Alia in verbo Ignorantia.

Scriptura priuata non recognita non probat, dec 36. nu 3. Fallit parte non opponente dec. 30. nu. 3.

Scriptura recognitio, vide in verbo Recognitio.

Statutum diſponens quod contractus probari debeat per ſcripturam, in verbo Probatio.

Scripturarũ productio admittitur vſque ad concluſum in cauſa de iure, & ex form. Stat. Ferrar. vſque ad ſententiam, dec. 128. nu. 1.

Senectus uenerabilis eſt, dec. 151. nu. 2. & ei, idem fere honor qui magiſtratui debetur nu. 4. Dicitur ætas infirma, & dicitur morbus naturalis permaneus, & inſanabilis, num. 7. Eſt morbus lato modo, ſed proprie medium inter ſanitatem, & infirmitatem num 14. Statutum de infirmis an locum habeat in ſenibus, ibi nu. 10. & an Regula de infirmis reſignantibus, locum habeat in ſenibus, ibi num. 13. & an ſenes gaudeant priuilegio legis Ad perſonas de iureiur. ibi nu. 14.

Senex, mortis cauſa donare cenſetur, d. dec. 151. nu. 9. Epiſcopus poteſt impetrare Coadiutorem ibi nu. 11. non autem renunciationem, quia ſub vmbra ſenis tutius iudicatur vt Eccleſia gubernetur, ibid. Nam ſeneſcente corpore, vigor deuotionis non ſeneſcit, ibid.

Senex quis dicatur, dec 151. nu. 15. & an veniat appellatione infirmi ibi nu. 10. 12. & 13.

Sententia, ſub conditione ferri nõ debet, ſed lata valet, dec. 126 nu. 3.

Sententia diffinitiua poteſt ex nouis actis iuſtificari, dec. 64 nu. 43.

Sententia debet eſſe conformis libello dec. 36. num 7. & fatuus dicitur Iudex qui pronunciat vltra petita. In verbo Iudex.

Sententia concipienda eſt in perſona procuratoris ſimul, & Domini ſecundum tutiorem opinionem, dec. 82. nu. 16.

Sententia poteſt ferri de conſenſu partium, dec. 192. nu. 3.

Sententia ſimpliciter abſoluens, vel quia non probatũ, an dicatur diffinitiua, & quid ſi abſoluat ex actenus deductis dec. 1. nu. 21. & ſententiæ abſolutoriæ ab obſeruatione iudicij quando ſit locus, ibi nu. 21. & quando ſententia intelligatur talis, ibi nu. 22. & dec. 96. nu. 1.

Sententia reduci debet ad ſenſum iuris, & ciuiliter intelligi, vt iuſtitiam cõtineat etiam verba improprianda, vt ſaluetur mens iudicantis, dec. 82. nu. 17. & quod ſententiæ

Digitized by Google

tiæ Iudicis deeſt ſuppletur ex lege, ibid. Et ſententia non debet operari præter Iudicis intentionẽ, dec. 24.num.1.

Sententia eſt ſtricti iuris, dec.83.nu. 14. & dubia declaratur ex petitione clara, dec.84. nu.29. & reſtringitur ut minus habeat iniquitatis, dec.24. nu.6.

Sententia eſt indiuidua, & in parte nulla uel iniuſta, tota corruit, & tunc utile per inutile uitiatur, dec 3.nu.4. dec.27. num.2. & 3. Fallit quando continet diuerſa capita, quia tunc quot capita tot ſententiæ reputantur, d. dec. 3. nu. 5. Item de ſtylo A. C. ſuſtinetur pro ſumma debita, dec 27.nu.4. Item fallit quando eſt lata pro diuerſis perſonis uel contra diuerſos, ibid. nu. 6. Item ubi agitur ſola facti ueritate inſpecta, dec.18.nu 17.

Sentẽtia diffinitiua non poteſt ab eodẽ Iudice etiam eadẽ die corrigi licet iniuſta, dec. 9 nu.12. Poteſt tamen eadem die ſuppleri in acceſſorijs, & quandocunque declarari, ut in uerbo Iudex. Poteſt etiam nulla, reuocari de iure ab eodem Iudice, dec.24.nu.7.

Sententia beneficialis quo ad Iudicem non tranſit in iudicatum, dec. 9. num. 14. Idem in manutentionis Decreto, dec.191.nu.3.

Sententia ſuper deſertione quando ſit diffinitiua uel interloqutoria, dec. 9. num.11. 13. 15. & 16. Item ſententia ſuper incompetentia, ibidem num. 16.

Sententia notoriæ iniuſta non tranſit in iudicatum, dec 9.nu.17. & ſententia nulla non confirmatur per deſertionem, ibid.nu.18.

Sententia pro minore comparente, uel pro eius illegitimo procuratore lata ſuſtinetur, ſecus ſi contra eum lata ſit, dec.4.nu.2.

Sententia lata cõtra procuratorem defuncti Dominũ litis effectum ualet, dec.82. nu. 16. lata contra defunctum non ualet quãdo de morte conſtabat, dec.21.nu.6. Secus ſi non conſtabat præſertim in propbanis, ut ibi.

Sententia contra ſententiam non ualet, dec. 83. nu.8.

Sententia notorie iuſta, non poteſt dici præcipitanter lata, dec. 82. num. 20.

Sentẽtia nulla poteſt reuocari, & conſtito de bono iure, eodem tẽpore pronunciari ut in prima, dec.71.nu. 1 & dec. 148. nu.1.

Sententia nulla conſtito de bono iure poteſt confirmari dec. 71. num. 1. Præſertim quando nullitas eſt ſolũ in ſententia, dec. 81. num.19 & magis quando nullitas eſt dubia, dec.86.num.16. Fallit parte opponente, dec.71.num. 18. & in alijs caſibus dec 87.nu 19.

Sententia quæ nõ iuſtificatur ex actis dicitur notorie iniuſta, & nulla, & quare, dec.71.num.15. & non tranſit in rem iudicatam, & quando, dec.33.nu.9.

Sen-

Digitized by Google

Sentẽtia contra ius litigatoris, ſi non ſit contra ius conſtitutionis tranſit in iudicatum dec. 32. nu. 9. Secus ſi contineat expreſſum facti uel iuris errorem, dec. 17. nu. 20.

Sententia diffinitiua ex Stat. Ferrar. infra quinque dies tranſit in iudicatum parte non appellante dec. 33 num. 1.

Sententia an pro parte poſſit exequi in verbo exequtio.

Sententia non viſis actis etiam probatorijs eſt nulla, dec. 35. num. 8.

Sententia ſine actis, an & quãdo probet, ibid.

Sententia habet pro ſe preſumptionem iuſtitiæ donec de iniuſtitia doceatur dec. 35. nu. 6 & pro ſententia in dubio eſt iudicandum dec. 5. nu. 23 & pro ſententia maioris iudicijs maior eſt præſumptio, dec. 56. num. 32.

Sententiæ exequtio in litt. E. Sententiarum conformitas in litt. C

Ex ſententia confirmata agitur, & non ex confirmante dec. 6. nu. 6.

Sententiæ partim conformes, partim difformes, ſunt exequendæ in partibus conformibus, dec. 3. num. 1. dec. 13 nu. 5. & 6. dec. 80. nu. 23. dec. 88. nu. 11. vbi declaratur.

Clem. vt calumnijs de tribus conformibus, & Statutum de duabus ſententijs exequendis, intelligitur de validis, & iuſtis, dec. 32. num. 6. vbi declaratur.

Contra duas ſententias conformes ex Stat. Ferrar. nec notoria iniuſtitia vel nullitas admittitur dec. 32. nu. 10. vbi tamen vide.

Sententiæ licet inter alios latæ, inducunt vehementem præſumptionem boni iuris, dec. 56. nu 36.

Sequeſtrum non efficit Rem litigioſam dec. 76. num. 11. non inducit litis pendentiam, ibi nu. 12. non interrumpit præſcriptionem, ibi nu. 13.

Sequeſtrum regulariter cõcedi non debet appellatione pendente, & quare dec. 23. nu. 1. Fallit quãdo adeſt timor dilapidationis etiam ſi poſſeſſor ſit ſoluendo, ibid. num. 3. & quomodo probetur timor dilapidationis ad hunc effectum, ibid. nu. 4. & ſeq.

Spectat autem ſequeſtrum concedere poſt appellationem, ad Iudicem ad quem ibi nu. 8.

Sequeſtrum contra ſuſpectum de fuga, conceditur etiam ante ſententiam, ac etiam ſine citatione quando periculum eſt in mora, d. dec. 23. num. 7.

Seruiens Altari, de Altari viuere debet, dec. 19. num. 8. ſed non luxuriari ex Diu. Hieron. can. p. 44. Diſt.

Deſeruiendo gratis, non ualet pactũ. In uerbo pactum.

Seruitus tam perſonalis quam realis eſt contra naturam dec. 46. nu. 21. Fallit in agro inferiori de cuius natura eſt, ſuperiori deſeruire, ibi num. 22.

Simulatus contractus, non eſt contractus, dec. 64. nu. 12. Acta ſimula-

ta veritatis ſubſtantiam non immutant, ibi nu. 11.
Simulatio ſine fraude non eſt turpitudo, dec 64. num. 23. & ſimulatione, licet, ſua vel aliena tueri, ibi num. 21. & licita eſt ſimulatio in alijs caſibus de quibus ibid.
Societas iuſta exigit, ut capitale, & lucrũ ſubiaceat periculo dec. 65. nu. 5. vt negotiatio ſit vera, & licita, ibi nu. 3. vt damnum, & lucrum ſit cõmune, adeo vt non valeat pactum contra æqualitatem ſocietatis, ibid d. nu. 5. & quãdo ſit licita taxatio certi lucri, & aſſecuratio capitalis, ibi nu 29. & ſeq.
Socius non tenetur de caſu quãdo eius culpa non præceſsit dec. 65. nu 26.
Socij mei ſocius, ſocius meus non eſt, dec. 35. nu. 11. vbi uide ſimilia, & diſsimilia.
Socius in Re indiuiſa in qualibet parte, partem habet, dec. 15. nu. 7.
Socij promiſsio de reddendo capitale, intelligitur de eo, quod remanebit, dec. 65. nu. 27.
Solemnitas etiam extrinſeca parte non opponẽte præſumitur, dec. 50. num. 4.
Leuis ſolemnitatis omiſsio non uitiat actum, dec. 18. nu. 12.
Soluens ei cum quo contraxit liberatur, dec. 183. nu. 7. Amplia, & limita, ut ibi Soluens negotiorum geſtori, an & quando liberetur, ibid. num 6.
Soluens ſimpliciter cenſetur ſoluere nomine proprio, & de pecunia propria, dec. 175. num. 9. & eſt in arbitrio ſoluentis declarare in quam cauſam ſoluat, & debitum quod dixerit, id erit ſolutum, dec. 93. num. 10.
Soluens per ignorante, repetit actione negotiorum geſtorum dec. 40. nu. 3. Soluens pro inuito, eum liberat ſed non repetit, ibi nu. 4.
Soluens confideiuſſor nõ reportata ceſſione, non repetit à confideiuſſore, dec. 40. nu. 5. & an ceſsio poſt ſolutionem proſit, ibidem. A principali autem debitore repetit abſque ceſſione quæ non eſt tunc neceſſaria niſi ad viam exequtiuã conſequendam ibi nu. 7.
Soluenti propriũ debitum, non fit ceſſio, dec. 40 nu. 6.
Soluere poteſt ali us pro alio, ſed nõ compenſare, dec. 42. nu. 6.
Solutio, non facta declaratione, & in dubio cedit in cauſam antiquiorem ſi non adeſt cauſa durior, dec. 43. nu. 1. & dec. 129 nu. 4. & prius cedit in fructus quam in ſortem, etiam ſi facta ſit pro ſorte, & fructibus, dec. 91. nu. 12.
Solutio legatorum, & æris alieni præſumitur ex diuturnitate temporis quando agitur inter hæredem grauatum, & fideicommiſſariũ, dec. 149. nu. 4.
Solutionis præſumptionẽ inducit diuturnitas temporis, & cum adminiculis probationem, dec. 76. nu. 4. & dec. 113. num. 3. & Iuramentum eſt adminiculum, ibi num. 5. & ſi

& ſi creditor ſolitus ſit exigere, & debitor ſoluere, dec. 111. nu. 7.

Ad ſolutionem properare nemo præſumitur, dec. 65. nu. 11.

Non ſolutionẽ regulariter probare debet qui ſe fundat in ea, dec. 35. nu. 9. Fallit ibi nu. 10.

Solutum erranter, & indebite, repetitur, dec. 69. num. 7. Sed dicens indebite ſolutum, probare debet niſi minor vel Ruſticus, dec. 65. num. 33.

Solutiones trium annorum inducunt præſumptionem ſolutionis antecedentium, dec. 173. nu. 1. Et an requiratur vt ſolutiones ſint pro tribus vltimis annis, ibi nu. 2. Non proſunt ad id ſolutiones ad computum, ibi nu. 3.

Species derogat generi, dec. 28. nu. 3.

Spiritualia ſeminans, temporalia metit, dec. 19. nu 8.

Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus vſque ad nummum dec. 18. nu. 5. Fallit quando ante omnia conſtat de notorio eius non iure, dec. 20. nu. m 26. Debet tamen conſtare ex confeſſione vel Re iudicata, ibi num. 28.

Statutum de duabus conformibus non habet locum in ſententijs inualidis vel iniuſtis, dec. 88. nu. 3. Non ligat non ſubditum ſtatuentibus, ibi nu. 4 & ſic non ligat forenſem dec. 3. nu. 2. Nec iuuat, & in ſpecie in ſtatuto Ferrariæ, ibid & dec. 32. nu. 1. Et generaliter ſtatutum non ligat niſi adſit ſubiectio perſonarum, & bonorum, d. dec. 88. nu. 4. Intellige in Deciſorijs nam quo ad ordinatoria etiam forenſes ligantur, dec. 107. num. 3. & 4.

Statutum Ciuitatis Dominantis ſeruandum eſt in loco ſubiecto, dec. 28 num. 1. Niſi adſit in loco ipſo diuerſum particulare ſtatutum ibi nu. 5. Et in ſpecie ſtatutum Ferrariæ ſeruandum eſt in Terra Centi, ibi nu. 2. Niſi adſit in ipſa Terra ſtatutum diuerſum, ibid nu. 4.

Statutum ſtricte, & proprie eſt intelligendum, dec. 54. nu. 12. & magis in ſenſu ſpecifico quam in generico dec 62. nu 12. Et quando extendatur ex identitate rationis, dec. 28. nu. 6. & 8. Statutum vero reducens poteſtatem appellandi ad terminos iuris communis tanquam fauorabile eſt latius interpretandum, dec. 28. num. 8. Et ſtatutum non debet ſic intelligi, vt remaneat eluſorium, dec 9. nu. 7.

Statutum prohibens vel minuens appellationem, ſaltem à diffinitiua, dicitur deciſorium, dec. 107. nu. 2. Ideo forenſem nõ ligat dec. 3. nu 2. dec. 27. nu. 9. & dec. 32. nu. 1.

Statutum præfigens terminos ad appellãdum ſub pœna deſertionis, an ſit ordinatorium vel deciſorium, dec. 9. num. 2. & ſeq. & dec. 197. num. 4.

Statutum reſpiciens probationem dicitur deciſorium, dec. 47. nu. 2. & ſic ſtatutum de reſpondendo poſitionibus

Digitized by Google

nibus per verbum credit, vel non credit, ibid.

Statutum laicorum etiam Eccleſiæ fauorabile, non valet niſi ab ea fuerit confirmatum, dec. 86. nu. 10.

Statutum de præſcriptione tanquam Deciſorium non videtur ligare forenſem, dec. 76. nu. 14. Nec Clericos ſi eſt laicale, ibi nu. 5. Sed quando uiget in loco iudicij, ligat etiam non ſubditum ibi litigantem, ibid. num. 17. Licet forenſis ex capite probabilis ignorantiæ poſſet reſtitui vt ibi & quid in Statuto quod tribuit exequtionem Inſtrumento, ibid. nu. 18.

Statutum ordinatorium ligat etiam non ſubditos litigantes in loco Statuti, ſiue coram ordinario ſiue corā delegato, dec. 9. nu. 5.

Statutum de ſolemnitatibus adhibendis in contractu, ligat forenſem in loco Statuti, dec. 9. nu. 10.

Forenſis vel alias non ſubditus, vtēs Statuto in vna parte, ligatur in alijs dec. 76. nu. 16.

Statuto ligatur, & iuuatur Ciuis ex priuilegio, habitans, poſſidens & onera ſuſtinens, dec. 3. nu. 3. Alia in verbo Ciuis.

Statutum generale an comprehendat ſpecialiter priuilegiatos, dec. 26. nu. 12. Alia in uerbo Generale.

Statutum tribuens exequtionem Inſtrumento, an liget etiam forenſem quando agitur in loco Statuti, dec. 27. nu. 19. & dec. 76. nu. 18.

Statuto qui non ligatur is neque iuuatur, & è contra regulariter, dec. 27. num. 17.

Statutum Terræ Centi, permittit appellationem à duabus conformibus, dec. 28. nu. 5. Non admittit probationem obligationis niſi per ſcripturam, dec. 29. num. 6. de quo in verbo probatio.

Statutum loquens de Mercatore vel Artifice, intelligitur de exercente nomine proprio, dec. 62. nu. 10.

Statutum continuatiuū transfert per modum fictum, veram poſſeſſionem dec. 66. nu. 10. An tribuat remedium recuperandæ, & retinendæ, ibi nu. 3. & quid in Stat. Ferrar. ibi nu. 1. & an quatenus illud annullat occupationem, intelligatur de iniuſta, an etiam de iuſta poſſeſſione dec. 68. num 6. An proſit hæredi vſufructuarij, dec. 142. nu. 1. & ſeq. & nu. 8. Non prodeſt hæredi ficto, & ei qui non eſt futurus hæres perpetuus dec. 136. nu. 1. & 2. & an proſit hæredi fiduciario, ibi nu. 3. & ſeq. & an amittatur eius beneficium per annum, dec. 156. num. 1. & ſeq. Et an & quando admittat vel reijciat appellationē ſuſpenſiuam, dec. 68. num. 10. & ſeq. Reijcit quæſtionem Dominij, dec. 68. nu. 4.

Stylus in loco in quo viget, facit ius & ſententia lata contra ſtylem eſt nulla dec. 12. nu. 7. Ordinatorius attenditur licet contra ius, & licet non obtentus in contradictorio iudicio, ibi nu. 8. & de ordinatoria poteſt

poteſt ſe Iudex extraiudicialiter informare, ibi num.9. & dec.17. nu. 45. Sed ſtylus reſpiciens modum probandi tanquam deciſorius eſt concludenter probãdus, dec.12. nu.10. & dec.79.nu.9.

Stylus tribunalis extra illud non attenditur, dec 66.nu.13. nec ſtylus loci extra locum, ibi nu.14. & dec. 79. nu.4. & ſtylus Curiæ dicitur variabilis, & modo albus, modo niger dec.66. nu.14.

Stipulationes tot ſunt quot Res ſtipulatæ, dec.20.nu.6.

Stultus ſicut Luna mutatur, dec.22. nu. 4. & aliqui pluſquam ſtulti, pluſquam Luna mutantur.

Subrogatio intelligitur cum omnibus qualitatibus, dec.87. num.16 & quo ad commoda, & incommoda, ibi nu. 17. & Res ſubrogata dicitur eadem cum ea cuius loco ſubrogatur, ibid.

Subſcribens, virtualiter dicitur ſcripſiſſe, & cenſetur approbare ſubſcripta, dec.64. nu.1. Fallit in eo qui ſubſcribit tanquam teſtis, ibi num.2.

Subſtitutio caducatur, ſi ſubſtitutus prædecedat inſtituto, dec.2 .nu.3.

Per ſubſtitutionem pupillarem, pater dicitur teſtari pro filio, dec. 56. nu.11.

In ſubſtitutione facta deſcendẽtibus, ſubintelligitur tacita cõditio ſi ſine liberis, dec.74.nu.1.& 2. etiam ſi ſubſtituti ſint deſcendentes vel piæ cauſæ, ibi nu.6.

In ſubſtitutionibus non fit extentio etiã ex maioritate rationis dec.59. num.34.

Summa maiori ineſt minor, etiam quo ad conformitatem ſententiarum, dec.80.nu.22. ac etiam in depoſitionibus teſtium ad effectum ut dicantur conteſtes, dec.13.nu.6.

Suppoſito deficiente, deficit diſpoſitum, & ſuppoſitum eſt ante omnia uerificandum, dec.71.nu.10.

Suſpicio Iudicis, vide in uerbo Iudex.

Suſpicio fugæ ſuperueniens ſaluat capturã ab attentato, dec.48.nu.10.

Suſpectus de fuga capi poteſt à creditore, & in Domo propria, & in die feſto, & lite, & appellatione, & tregua pendente, dec.48. nu.4. & nõ poteſt allegare Iudicis incompetentiam, ibid.

In ſuo fundo facere quicquid libet, licet, etiam cum damno vicini dummodo non intẽdatur, dec.46.nu.2. Et quando opus prodeſt facienti, nõ præſumitur factum animo æmulandi, vel nocendi tertio, ibid.nu.5.

T.

Tacens in iudicio habetur omnino pro conſentiente, dec.30. num.3.

Tacere proprie eſt medium inter conſentire, & diſſentire, vt non velle inter velle, & nolle dec. 64. num.39.

Tacitum, & expreſſum quando proueniunt ex eadem cauſa, eundem operantur effectum, dec.83.nu.11.

Tempus ad appellandum quando currere

rere incipiat, dec. 17. nu 36. dec 35. num. 1. & quid in ſententia conditionali, ibi nu. 2.
Tempus longum ſeu diuturnum, dicitur decennium, dec. 76. nu. 6.
In tempore præciſo ſe fundant, debet illud præciſe probare, dec. 64. nu. 51.
Temporalia ad agēdum, perpetua ſunt ad excipiendum, & quare dec. 37. num 9.
Terminus regulariter eſt continuus, dec. 105. nu. 1. Et in remiſſorialibus currit à die quo conſignantur litteræ portitori, ibi nu. 4.
Termini dies quando non computetur in termino, d. dec. 105. nu. 5.
De termino ſubducuntur feriæ, quando abſorbēt maiorem eius partem, & quid ex form. Stat. Ferrar. dec. 105. nu. 2. & 3.
Termini plures ſolutionum diſtincte petiti, non coacernantur ad effectū reddendi cauſam appellabilem, dec. 134. nu. 5.
Tertius non impedit exequtionem ſententiæ, niſi quando incontinenti doceat de iure ſuo claro, nec alias admittitur ad cauſam, niſi doceat de intereſſe dec. 115. nu. 3 & ad impediendam exequtionem debet docere de poſſeſſione, ibid. nu 4.
Tertius qui ſciuit cauſam agitari, & tacuit, non impedit exequtionem, d. dec. 115. num 1. & an ſibi præiudicet in poſſeſſione, ibid. nu. 5.
De iure tertij oppoſitio regulariter nō admittitur, dec. 59. nu. 29. Alia in verbo exceptio.
Tertius regulariter non impedit exequtionem ſententiæ ſuper Re ipſa in iudicio deducta, ſaltem quando offertur cautio, dec. 115 nu. 2 & dec. 52 nu. 9.
Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, dec. 22. nu. 2. Pendere non debet ab alieno arbitrio, dec. 56 nu. 6.
Teſtamentum valet, licet non ore proprio teſtator hæredē nominet, dummodo articulate reſpōdeat interroganti non ſuſpecto, dec. 146. nu. 1. Sed nutu conditum non valet, etiā inter liberos, & quid ad piam cauſam, ibi nu. 2. Et imperfectum ratione voluntatis non valet, nec inter liberos, nec ad piam cauſam, ibi num. 4.
Teſtamentum non ſolemne valet inter liberos, & quo ad ipſos, nō quo ad extraneos, dec. 145. num. 4. Et teſtamenti vim habet inter liberos ſchedula manu teſtatoris ſcripta, vel ſubſcripta, dec. 71. num. 3. & dec. 144 nu. 3 & quid ad pias cauſas ibid. & d. dec. 71. num. 4: & quid ſi careat die, & anno, ibi nu. 18. requirit tamen recognitionem parte opponente, nu 16. & 17.
Teſtamentum coram Parocho, & duobus teſtibus valet, dec. 144. nu. 1. etiam ſi ſit teſtamētum prophanum in terris Eccleſiæ, ibi nu. 2. Et valet etiam cum quatuor teſtibus ſine Parocho ibid. Teſtes tamen debent eſſe omni exceptione maiores, ibi num.

Digitized by Google

nu.5. & an dicta qualitas ſit probanda ibidem, & debēt Parochus, & teſtes examinari, & deponere de tenore teſtamenti, nec ſatis eſt ſi ſe referant ad ſcripturam, ibi nu. 6 Sed quando Parochus eſſet etiam Notarius, et rogatus vt talis, non requireretur aliud examen, ibi nu. 3. Et an in terris Imperij valeat teſtamentum prædictum, ibi nu. 4.

In teſtamento ad pias cauſas ſufficiũt duo teſtes abſq; Parocho etiã in terris imperij dec. 144. n. 3. & quãdo teſtamentũ dicatur ad pias cauſas, ibid. Remiſſiue.

Teſtamentum iuxta cap. Cum eſſes, nõ valet coram Confeſſore, dec. 147. nu. 1 Nec coram ſubſtituto à Parocho ad adminiſtrationẽ Sacramentorum ibi nu. 2. Niſi ſit ſubſtitutus ad vniuerſam curam ibi nu. 3.

Teſtator quod non expreſſit, dicitur noluiſſe, dec. 59. nu. 12. & eius voluntas habet vim legis, ibi nu. 19. Alia in verbo voluntas.

Nemo poteſt decedere pro parte rerum, vel temporis teſtatus, et pro parte inteſtatus, dec. 10. nu. 2.

Teſtis in cauſa ſua vel ſuorum nõ admittitur, dec. 22. nu. 1.

Teſtis pro conſanguineo vel repellitur, uel non eſt integer vſque ad tertiũ gradum dec. 55. nu. 2. Fallit quando eſt vtrique parti æqualiter coniunctus, ibi nu. 6.

Teſtis pro Domino, famulus eſſe nõ poteſt licet deponat de facto proprio, dec. 31. nu. 3. Fallit in occultis in quibus pluſquam alius probat ibi num. 4. Item contra Dominum teſtis eſſe poteſt, dec. 77. nu. 8. Idem in colono nu. 7.

Teſtis vnicus quamuis qualificatus non probat, dec. 37. num. 16. et dec. 63. nu. 4. Fallit in modica quantitate, d. dec. 37. nu. 7. Item inducit bonam fidem, dec. 39. nu. 1.

Teſtis vnicus deponẽs de diuerſis confeſſionibus an coniungatur, vt ſolus plene probet dec. 49. nu. 8.

Teſtis deponens de confeſſione facta præſente parte, iungitur cum alijs deponentibus de confeſſione facta abſente parte, dec. 49. nu. 8.

Teſtis dubitatiue deponens non probat dec. 61. nu. 6. Et deponens per verbum credo, non probat etiam ſi dicat pro firmo credo, ibi num. 7. Et deponens per verbum videtur, nõ probat in ijs quæ ſenſu corporis percipiuntur, ibi nu. 8.

Teſtis deponens ſuper negatiua, debet remouere ſenſum ab actu, & actũ à ſenſu, & quid ſi ſit veriſimiliter informatus, et debet reddere rationem etiam non interrogatus de ea, dec. 41. nu. 2.

Teſtis deponens de facto proprio pluſquam ſemiplene probat, et cum adminiculis plene, dec. 65. nu. 15.

Teſtis agens de ſe exonerando non probat dec. 77. nu. 3. Fallit vt nu. 4. & 5.

Teſtis inductus contra inducentem etiam vnicus plene probat ſaltem quando vt ibi dec. 77. nu. 9. etiam ſi de

ſi de credulitate deponat vt nu. 10. & in dubio eius dictum contra indecentem eſt interpretandum, vt num. 11.

Teſtis iuratus efficitur communis, dec. 98. nu. 1. Ideo non poteſt eius examini inducens renunciare inuita parte, ibi num. 2. Debet tamen expenſis petentis examinari, ibi num. 3.

In æſtimanda teſtium fide inſpicitur qualitas perſonarum, et dictorum, dec. 5. nu. 13. Et teſtibus, & non teſtimonijs eſt credendum dec. 43. nu. 6. Et duobus teſtibus contextibus non habentibus exceptionem contra perſonam, vel dicta omni iure creditur, dec. 40. nu. 1. & dec. 5. num. 25.

Teſtibus magis informatis magis creditur, dec. 5. num 13. & dignioribus magis creditur, ibi nu 14. & magis Clericis quam laicis nu 15. & magis diſtinguentibus ibi nu. 16. & magis deponentibus in ſpecie quam in genere, ibi num. 18 & magis adducentibus rationē etiam quando non requiritur, & magis adducentibus meliorem ibi nu. 19. & magis doponentibus ſuper affirmatiua, & plus duobus affirmantibus, quam mille negantibus, ibi nu. 20. & dec. 78 nu. 10. & duobus Clericis tam creditur, quā quatuor laicis, dec. 64 num. 61. & deponentibus pro reo in concurſu magis creditur, dec. 78. nu. 11.

Teſtes partim ſingulares, partim contextes, probāt in parte in qua ſunt contextes, dec 13. nu 5. Et teſtes deponentes de diuerſis ſummis cenſentur contextes in ſumma minori ibid. nu. 6.

Teſtes mille ſingulares tantum probāt quantum vnus, dec. 65. nu. 15.

Teſtes iurare ſufficit in termino remiſſorialium, licet poſt terminum examinentur, dec. 105. nu. 6.

Teſtes debent conciliari diſtinguendo tempora, & ad concordiam reduci quoties fieri poteſt, dec. 5 num. 21. dec. 64. nu. 49.

Teſtium contrarietas non attenditur niſi ſit in ſubſtantialibus, dec. 147 num. 4.

Teſtes eſſe rogatos regulariter non requiritur, dec. 145. nu. 1. Fallit in teſtamento ibid. ac etiam in teſtamento nuncupatiuo, & militari, & condito ſecundum ius canonicū ibi nu. 2. ſecus ſi inter liberos nu. 3. ſufficit tamen eſſe rogatos ab alio quam à teſtatore dummodo non ſuſpecto, ibi nu. 5. & ſufficit eis fuiſſe dictum Eſtote teſtes nu. 6. & an rogitus præſumatur ibi nu. 7.

Teſtificata criminalia probant in Ciuili inter eaſdē perſonas, dec. 195. num. 1.

Teſtium numerus ſupplet defectum arbitrio Iudicis, & quando ſaltem eſt numerus trium, etiam ſi omnes patiantur defectum, dec. 147. num. 5.

In teſtium examine attēditur conſuetudo, dec. 79 nu. 7. & an prius ſit exa-

examinandum ſuper articulis, vel ſuper interrogatorijs, ibi nu. 10.
Etiam contra perſonam teſtis inducti poteſt opponi exceptio ſuperueniens dec. 81. nu. 10.
Quod dicitur de toto quo ad totum dicendum eſt proportionabiliter de parte quo ad partem, dec. 13. nu 4 dec. 80. nu. 15.
Traditio eſt perfectio uenditionis, licet non ſubſtantialis ad omnem effectum, dec. 54. nu. 3.
Traditionem operatur patientia tradere debentis, dec. 157. nu. 1.
Tranſmiſſio hæreditatis in verbo Hæreditas.
Tranſmiſſio legati in verbo Conditionale.
An pro tranſmiſſione, vel pro nõ tranſmiſſione in dubio ſit iudicandum, dec. 2. nu. 4.
Tranſmittitur etiam ad hæredes extraneos ius petendi legitimam, dec. 2. num. 29. Non autem ius impugnandi prohibitionem detractionis legitimæ à patre factam, ibid.
Tranſitus eſt facilior in habẽtibus ſymbolum, dec. 59. nu. 13.
Trebellianica prohiberi poteſt à teſtatore, & an filijs primi gradus, dec. 149. nu. 3.
In trebellianicam, fructus an imputentur, in uerbo fructus.
Turpitudinem propriam allegans non auditur aduerſus eum qui non eſt particeps, & præſertim ſi eſt Sacerdos, dec. 64. num. 19. Fallit excipiẽdo, ibi num. 24. Alia in verbo Simulatio.
Tutelæ onus ſequitur emolumentum ſucceſſionis, dec 19 nu. 7.
A tutela ſuſcipienda excuſatur poteſtatem habens, ſed ſuſceptam deſerere non poteſt, dec. 159. nu. 4.
Tutor principaliter datur perſonæ, & ſecundario rebus, dec 17. num. 38.
Tenetur de falſa moneta fabricata in domo pupilli, & quare, ibi num. 39. Non poteſt pro pupillo procuratorem conſtituere niſi in caſibus, ſed actorem, & quare, ibidem num. 37.
Tutor vnus ex pluribus cõuentus pro dolo communi ſoluens, non repetit à contutoribus dec. 40. nu. 6.
Tutoris authoritate ſuppletur iudiciũ infantis, dec. 41. nu. 8.
Tutoris confeſſio, in verbo Confeſſio.
Ex facto tutoris quando pupillus teneatur, dec. 63. nu. 13.
Tutori facta citatio uel inhibitio poſt finitam tutelam, non inducit litis pendentiã, nec attentata, dec. 96. num. 2.
Quod tuum non eſt, ſcire debes ad aliũ pertinere, dec. 19. nu. 2.

V.

Variatio abeſſe debet à perſona Eccleſiaſtica, dec. 54. num. 24. Vbi vide duas illationes.
Venandi etiam cauſa non licet ire per alienũ fundũ inuito Domino, dec. 102. nu 4. Et an qui inuito Domino venatur in alieno fundo, teneatur ei capta relaxare, ibidem num. 5.

t Ven-

Venditio ad menſuram pro certo pretio, non dicitur habere cōditionem ſuſpenſiuam, dec.38. num. 10.

Venditio prima, immo, & promiſſio de vendendo, præfertur ex Statuto Ferrar. non obſtante priori traditione facta ſecundo venditori, dec. 54. num. 10. Secus eſt de iure communi, ibi nu. 1. et quare nu. 2.

Venditionem habens etiam non iuratam præfertur, habenti priorem iuratam promiſſionem de vendendo, dec. 29. nu. 3.

Venditor tenetur de vitio Rei etiam ignorato, & quare, dec. 43. nu. 3. De patenti autem non tenetur, & quare ibi num. 11. Et venditorem non obligant quæ commendandæ rei gratia dicuntur, & palam ſunt ibid.

Venditor tenetur de euictione ex natura contractus, licet nihil promiſerit, & licet dixerit ſe nolle teneri de euictione, adhuc tenetur ad pretium, dec.82. num. 3. Nec pactum, quod nō teneatur ad pretium eum liberat ſi ſciebat, & dolo tacuit, dec. 193. nu. 3.

Venditor qui pactus eſt ſe nolle teneri de euictione niſi de facto, & culpa ſua tantum, non liberatur à ſuſceptione iudicij, nec à tradenda Rem liberā, dec. 193. nu. 4. & 5. Et adhuc ſemper tenetur pro facto authoris, et hæredis, dec. 42. nu. 8.

Verbum Intelligitur, quomodo intelligatur, & quid importet, dec. 35. num. 12.

Verbum credit à parte prolatū eſt veritatis expreſſiuum, dec. 41. nu. 1. Secus à teſte, in verbo Teſtis.

Verbum Poteſt eſt facultatiuū et quod poteſtati cōmittitur, neceſſitati non ſubijcitur, dec. 130. nu. 4.

A uerbis quæ non habent multiplicem intellectum, non receditur ex coniectura, dec. 59. nu. 18. Alia infra in verbo Voluntas.

Veritas ſuperat confeſſionem, et omnia vincit, dec. 125. nu. 5.

Veritatē inueſtigare debet Iudex quo diligentius poteſt, dec 79. num. 1. Alia in verbo Iudex.

Via publica quādo deficit, licet ire per alienum fundum inuito Domino, dec. 102. nu. 6.

Vidua fornicando an Dotem amittat, dec. 84. nu. 23.

Vidua videtur permanere in primo matrimonio, ideo donec ſecundo nubat, retinet forum, & cognomen viri, dec. 92. nu. 12.

Viduæ competit in integrum reſtitutio quando eſt pauper, & an quando eſt diues, dec 73. nu 2. Et quando ei debeātur fructus Dotis, dec. 65. nu. 9. et dec. 92. nu. 12.

Vincula duo fortius ligant quā unum, dec. 95. nu. 3.

Virgo gaudet priuilegio legis unicæ, C. quando Imp. inter pupil. & vid. dec. 164. nu. 2.

Viſitatio, et ocularis inſpectio eſt ſuperlatiua probatio, dec. 46. nu. 13.

Viuētes conſeruari nō minus intereſt quā mortuos ſepeliri, dec. 26. nu. 9.

Vi-

Viuere aliud eſt, aliud in vita morari dec. 142. nu. 10.

Voluntas nõ intereſt, an præcedat vel ſequatur, dec. 46. nu. 18.

Voluntas teſtatoris quæ nõ conſtat ex uerbis dicitur diuinatiua, & imaginatiua, dec. 59. nu. 31.

Voluntatis quæſtio non admittitur quando in uerbis non eſt ambiguitas, dec. 59. nu 39.

Voluntatem hominis nec Princeps cogit, nec Deus, dec. 93. nu. 9.

Vltima voluntas celebrari poteſt etiã in contractu dec. 56. nu. 31.

Vltima uoluntas ad pias cauſas poteſt alieno arbitrio committi, dec. 56. nu. 12. Vt vltima voluntas alieno arbitrio committi poſſit, lex uel conſuetudo permittere poteſt, dec. 56. num. 14. vel etiam Princeps ibi num. 16.

Vltimæ uoluntati alieno arbitrio commiſſæ regulariter ius nõ aſſiſtit, ſed non reſiſtit, d. dec 56. nu. 13.

In uolũtate uere, et proprie captatoria uidetur ceſſare vera uoluntas dec. 56. n 8. Alia in uerbo Captatoria.

Admittitur aliquando atteſtatio per habentẽ notam uocẽ, dec. 9. nu. 21.

Vniuerſalis comprehendit etiã illa ad quæ ſimplex indefinita nõ trahitur dec. 24. n. 2. Amplia ut ibi, & dec. 59. nu. 2. Et comprehendit omnes caſus licet in vno maior ſit Ratio quam in alio, dec. 54 nu. 14.

Vniuerſalis exequatio trahitur etiam ad futura, dec 87. nu. 12.

Vrbis appellatio proprie muris continetur, dec. 163. nu 3. Declata vt ibi, & nu. 3. Et alia vide in uerbo Ciuitas.

In vrbis continentibus natus, Romæ natus intelligitur, dec. 163. nu. 1. Et adificia exiſtentia in continentibus vrbis, Romæ eſſe videntur, ibid. nu. 2.

Vſura eſt quicquid vltra ſortem, exigitur quodcunque ei nomen imponatur, dec. 61 num. 2. Et non permittitur etiã fauore Dotis uel Eccleſiæ, vel ad redimendos captiuos, ibi nu. 8. Et quomodo permiſſa ſit Iudæis in lege Moyſis, dec. 4. nu. 10 Et à Papa poteſt eis permitti, ibid.

Vſuræ coaceruatæ, an poſſint excedere duplum ſortis, dec. 4. nu. 7.

Vſuræ currere poſſunt abſque interpellatione ex vi priuilegij, d. dec. 4. num. 9.

Sub prætextu vſuræ non claræ, non retardatur exequtiõ Inſtrumenti exequtiui, dec. 4. nu. 23.

Ad iudicandum contractum vſurarium, requiruntur claræ probationes, dec. 61. num. 24. Et in dubio nõ iudicatur vſurarius in foro exteriori ibi nu. 28 & dec. 4 nu. 21.

Vſuras ſoluere qui iurauit, tenetur ſoluere, ſed poteſt repetere, dec. 4. num. 27 & poteſt etiã petere relaxationem Iuramenti uſurarij ante moram, ibi nu. 28.

Vſufructus morte uſufructuarij finitur, dec. 154. nu. 7. & poſt obitum uſufructuarij debetur manutentio proprietario, ibi nu. 8.

INDEX.

Vſufructus totus finitus accreſcit, & cõſolidatur proprietati dec. 180. nu. 1. Et vſufructus pars uſufructui accreſcit inter coniunctos, ibidem. Vſufructui autem proprietas non accreſcit, ibi nu. 2.

Vſufructuarius etiam hæres, dato cohærede proprietario cenſetur ſimplex legatarius, & proprietarius interim decedens, tranſmittit proprietatem, dec. 180. nu. 3.

Vſufructuarius non facit fructus ſuos donec caueat de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, & conficiat inuentarium, dec. 170. nu. 1. Fallit quando poſſidet bona fide, & cautio non fuit petita, dec. 171. nu. 1. etiam ſi proprietarius ſit pupillus, dec 172. nu. 4. Vſufructu autẽ non quã priuatur uſufructuarius ob nõ præſtitam cautionẽ dec. 170. nu. 3.

Vſufructuarius eorũ quæ ipſo vſu non cõſumũtur ſed minuũtur, an teneatur præſtare cautionẽ de reſtituendis rebus ipſis, prout erunt tempore reſtitutionis, an verò de reſtituenda æſtimatione iuxta tempus cautionis, dec. 170. nu. 2.

Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis, dec. 3. nu. 4.

Vxori iocalia quotidiana, & uiliora cenſentur donata, feſtiua vero, & pretioſiora cenſentur ad uſum conceſſa, dec. 34. nu. 13.

Errata notabiliora quæ in imprimendis hiſce Deciſionibus emerſerunt. Et ſi quæ ſunt alia vel imprimentis, vel ſcribentis incuriæ forſan aſcribenda, Charitas legentis operiat, cui tanquam humanitatis exercenda materies relinquuntur.

Pag. p. n. 3. & 4 Concluſionem poſitam ſub nu. 3. pone ſub nu. 4. & poſitam ſub nu 4. pone ſub nu. 3. & in fine adde, & nu 4. Pag. 3. verſ. 20. ex in littera, Cor. ex littera. Pag. 4. v. 1. Addatur in marg. nu. 8. Pag. 6 v. 27. Reſol. lib. 3. Cor. Reſol. 2. Pag. 10. v. antepen. in quam, Cor. i quam. Pag. 22. v. 30. numerentur. Cor. numerarentur. Pag. 35. v. 8. reuelari. Cor. releuari. Pag. 37. v. 33. Det. Cor. Dec. Pag. 78. v. 18. pacti. Cor. parti. Pag. 79. v. 8. content. Cor. contex. Pag 83. v. 9. indici, Cor. induci Pag. 5. v. 33. Cod. Cor. ff. Pag. 86. v. p. Dec. 146. nu. 2. & 4. Cor. Dec. 146. nu. 3. & 4. Pag. ead. v. antep ſuum. Cor. ipſum. Pag. 91. v. 5. in Deciſ. forcis. Cor. fortis. Pag. 96 v. 2. num. Cor. non. Pag. ead. v. vlt. De interdict. Cor. De interdict. matrim. Pag 99. v. 18. Mantica, Cor. Menua. Pag. 111. v. 10. petitæ, Cor. non petitæ. Pag. 122. v. 10. cũ, Cor. eum. Pag. 128. v. 12. Debitor, Cor. debitorem. Pag. ead. v. 19. pater. Cor. partes. Pag. 134. v. 23. pecunia. Cor. peculium. Pag. ead. v. 24. hom. Cor. lib. Pag. 138 v. 33. reſultaris. Cor. reſultans. Pag. 144. v. 15. 77. Cor. 177. Pag. 153. v. 9. reductione. Cor. deductioni. Pag. 159. v. 33. ſumam. Cor. ſuam. Pag. 161. v. 27. de. Cor. ec. Pag. 163. v. p. pro. Cor. per. Pag. 170. v. 5. ciuitate. Cor. domo. Pag. 182. v. 2 D. Cor. Reu. Pag. 198. num. 9. ceppollis. Cor. cappellis Pag. 203 v. 10. ſi. Cor. ſe. Pag. 204. nu 2. in Cor. vi. Pag 218. v. 12. vno onus. Cor. onus. Pag. 233. v. 20. ant. Cor. art. 4. Pag. 271. poſt num. p. adde num. 2. Viduæ competit reſtitutio quando eſt pauper, & quid quando eſt Diues. Pag. ead. nu. 3. Viduæ. Cor. minori. Pag. 278. nu. 20. volentes. Cor valentes. Pag. 279. v 8. 618. Cor. 118. Pag 282. v. 1. adde in marg nu. 20. Pag. 282. v. vlt. in Deciſ. io. Cor. 2. Pag. ead. nu. 6. vnius. Cor. vnicus. Pag. 289. v. 28 Cod. Cor. ff. Pag. 290. v. 18. ſeio. Cor. ſcio. Pag. 310. v. antepen. ſaluam. Cor. ſaluandam. Pag. 317. v. 27. Cõcl. Cor. conſ. Pag. 318. exequendum. Cor. exequutionem. Pag. 319. v. antepen. diuortio præbuit. Cor. diuortio cauſam præbuit. Pag. 322. v. vlt. ipſam. Cor. ipſum. Pag. 323. v. 8. in ſignificaſti. Cor. in cap. ſignificaſti. Pag. 332. v. 12. prima. Cor. tertia. Pag. 335. v antepen. in Deciſ. las. Cor. Iaſ. Pag. 346. v. 23. in diuerſa. Cor. diuerſa. Pag. 3. v. 1. Gabr. Cor. Gabr. de prob. Pag. 372. v antepen. pacto. Cor. pretio. Pag. ead. v. penult. pretio. Cor. pacto. Pag. 383. v. 32. in leg. fortioribus. Cor. in fortioribus. Pag. 393. v. 7. Scaccia. Cor. Stracem. Pag. 394. in Deciſ. CX. v. 8. prima. Cor. Deciſ. prima Pag. 413. v. 3. & 4. aliquo, Cor. alio. Pag. 417. in Deciſ. 140. v. 6. cap. de duob. fratrib. Cor. cap. 1. de duob. fratr. Pag. 435. v. 3. Prt. Cor. Pariſ. Pag. 436. v. p. repoſitionibus. Cor. diſpoſitionibus Pag. 441. nu. 1. v. 2. & Cor. nec. Pag. 442. v. antepen. abſtinuiſſe. Cor. obtinuiſſe. Pag. 444. v. 34. facere. Cor. fauere. Pag. 445. nu. 7. impeditus Cor. impediẽs. Pag. 457. nu. 5. cæcus non poteſt. Cor. cæcus poteſt. Pag. 467. v. 27. allegationem. Cor. non allegationem. Pag. 473. v. 3. capax. Cor. incapax. Pag 478. v. 2 & Cor. vt &. Pag. 482. v. 3. Rotæ. Cor. ratæ. Pag. 500. v. 32. c 1. & gl. Cor. c. p. & g. Pag. ead. v. 25. c. 1. & 1. Cor. c. p. & g. Pag. 507. in dec. v. 2. re. Cor. ſuper re. Pag. 514. v. 22. exceptionem. Cor. exequutionem. Pag. 535. nu. 1. contra clericum. Cor. contra laicum.

DECI-

DECISIONES FERRARIENSES

ANTONII LEONCILLI

ARGVMENTVM

Iuramentum Litis Deciſiuum an deferri poſſit ab eo qui nihil probauit, & an debeat neceſſario eſſe reciprocum, & quando poſſit a procuratore deferri.

SVMMARIVM.

1 *Si is cui Iuramentum defertur adducit rationabiles exceptiones ex quibus iurare non tenetur, & non admittuntur, poteſt appellare.*

2 *Pars que nihil probauit non poteſt deferre iurametum litis deciſiuum & n. 3. & 4. ſed vid. n. 6.*

3 *Actore non probante, Reus licet nihil præſtiterit, eſt abſoluendus.*

4 *Iuramentum iudiciale quod defertur a parte parti, poteſt ex cauſa recuſari.*

5 *Iuramentum litis deciſiuum debet eſſe reciprocum ſed vid. n. 12.*

6 *Secundum com. ſent. poteſt pars deferre Iuramentum litis deciſiuum, licet nihil probauerit, etiam poſt quam aſſumpſit in ſe onus probandi.*

7 *Manifeſtæ turpitudinis eſt nolle nec iurare nec iuramentum referre.*

8 *Lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi & quando leges non diſtinguunt, legiſtæ diſtinguere non debent.*

9 *Vbi militat eadem ratio, militare debet eadem Iuris Diſpoſitio & magis quando eſt Ius fauorabile.*

10 *Lites celeri ſententia terminare, & equitati conuenit & rigori.*

11 *Per Delationē Iuramēti Deciſiui, pars efficitur teſtis & Iudex inappellabilis Alij nimis faciles, alij nimis timidi ſunt ad Iurandum.*

12 *Poteſt quis deferre iuramentum in facto alieno reſpectu deferentis, dummodo ſit proprium reſpectu eius cui defertur.*

13 *In cauſis famoſis, pars cui iuramentum defertur, tenetur preſciſe iurare*

 & non

& non poteſt Iuramentum referre.

14 *Iuramentum deferens, ſemper tenetur iurare de calumnia parte inſtante:*

15 *Ad deferendum Iuramentum deciſiuum requiritur in procuratore ſpeciale mandatum.*

16 *De Defectu mandati opponi poteſt quandoqunque ad effectum inualidandi acta preterita.*

17 *Iudex poteſt ex officio, illegitimum procuratorem repellere.*

18 *Mandatum quod vere aderat a principio, ſi poſt. producatur, conualidat acta preterita. Intellige vt ibi.*

19 *Mulier litigans tenetur præſtare cautionem iuxta formam Statuti Ferrariæ.*

20 *An & ad quem effectum requiratur vt pars petat cautionem prædictam ante litem contextatam.*

21 *Quando locus ſit Abſolutioni ab Obſeruatione Iudicij.*

22 *Abſolutus ſimpliciter vel quia non probatum, dicitur abſolutus diffinitiue & quid ſi ſit Abſolutus ex actenus deductis.*

DECISIO PRIMA. 1

D. Ioannes Bonettus tanquam Creditor q. Ioannis Pauli de Comitibus obtinuit exequi Grauamen ſuper quibuſdam mobilibus aureis atq; argenteis, quę Clara viala vxor debitoris prædicti prætendebat ad ſe ſpectare ratione hypotecę vel forſan etiam ratione Dominij, vnde ad effectum illa recuperandi D. eius procurator obtulit D. Bonetto iuramentum in litem ſuper eo quod ipſe Bonettus dixerit habere vel habuiſſe penes ſe prædicta mobilia, qui ex cauſis tunc expræſſis dixit ſe iurare non teneri. D. Loc. decreuit niſi Bonettus iurauerit infra tres, iuramentum
1 Aduerſariæ referri. Appellauit Bonettus quoniam quando is cui iuramentum defertur, adducit rationabiles exceptiones ex quibus iurare non tenetur, ſi non admittuntur, datur appellatio *Leg. generaliter 12. §. ſed iuramento verſ. ipſe autem C. De Reb. Credit. Men. De Appell. §. 9. gl. 2. n. 42 verſ. Appellari Scaccia De Appellat. queſt. 17. limit. 34. n. 5.* Igitur appellante Bonetto, D. tunc Rotæ prætor eū abſoluit a petitis, ſed ab hac abſolutoria appellauit Clara & cauſa mihi commiſſa de conſenſu partium in tertia inſtantia.
2 Pro D. Bonetto dicebatur quod pars quæ nihil probauit non poteſt

defe-

deferre iuramentum litis deciſiuum Specul. in tit. De Iuramen. delat. verſ. fin: autem actor nihil omnino, quem ſequitur Abb. in cap. fin De Iureiur n. *6. ſubdens quod decipiuntur qui tex in leg. ma-*
3 *nifeſta ff. De iureiur.* credunt generaliter procedere, quoniam iuramentum iudiciale quod defertur a parte parti, poteſt ex cauſa recuſari *vt in d. cap. fin & in Leg. generaliter ff. De iureiur. & in leg bonæ fidei C. eod.* dicitur quod cauſa cognita deferendum eſt. *Marſilius qui alios adducit ſing.* 83. *Incipit In ore vulgi vbi ita limitat tex in d. leg. manifeſta* dicens quod plures eam allegant & pauci eam ſane intelligunt & quod durũ videtur & æquitati contrarium quod ſi nihil habeo tecum agere cogere me poſſis ad iurandum contra Re-
4 gulam quod Actore non probante, Reus licet nihil præſtiterit, eſt abſoluendus *leg. qui accuſare C. De edend. cap. fin De Iureiur cap. vnic. vt eccleſ. Benef. Paſett coſ. 6. n. p. 2. & 7. late Menocch. De preſ. lib. p. queſt.* 81. *n.* 2. vbi hanc aſſerit eſſe magis receptam opinionem.

Addebatur non eſſe locum iuramento prędicto ex quo agebatur de facto alieno a deferente, in quo cum Clara iurare non poſſet, ne-
5 que etiam poterat iuramentum deferre quod debet eſſe reciprocum vt colligitur *ex in littera tex in d. leg. manifeſtæ ff. De Iureiur & probat tex. etiã in leg. Iusiurandũ ad pecunias in princ. ff. De Iureiur quatenus ibi dicitur* quod quęri non poteſt Aduerſarius, cum poſſit, ſi iurare nolit, iuramentum referre & in ſimili caſu conſuluit *Natta conſ.* 35. *per tot. quem refert Stiatic. in praxi Iudiciaria cap.* 20. *num.* 35.

6 Pro parte vero mulieris dicebatur quod immo verior videtur & communior Doctorum Sententia quod non poſſit iuramentum recuſari ex eo quod pars nihil probauerit etiam ſi onus probandi aſſumpſiſſet, & in eo defeciſſet *Iaſ. in Rep. leg. Admonendi ff. De Iureiur n.* 72. *& probat Facchin. controu. Iur. lib. primo cap.* 19. *&* 20. *per tot. & hanc dixit eſſe veriorẽ & tutiorẽ purpurat. in d. leg Manifeſtæ ff. De Iureiur n.* 11. *Boerius Dec.* 95. *n.* 6 *par. p. Crauetta conſ.* 207. *n.* 4. *Oſaſch. dec.* 97. *per tot Theſaur dec.* 93. *n. p. vbi hãc eſſe magis communem teſtatur & fatetur allegatus ex aduerſo Natta d. conſ.* 35. *n.* 4. & facit ad hoc ratio quoniam legum diſponentium poſse iuramen-
7 tum deciſiuum in lite deferri & turpe eſſe nolle nec iurare nec iuramentum referre, verba ſunt indiſtincta, & generalia *vt patet in d. leg. manifeſta ff. De Iureiur. ex leg Delata ff. eod. ex leg. Illud §. p. ff. De conſt.*

8 *conſt. pec. ex cap. fin De Iureiur.* Lex autem generaliter loquens debet generaliter intelligi *leg p. §. generaliter ff De legat. praeſt. leg. fin C. de dot. prom.* & vbi lex non diſtinguit; legiſtæ diſtinguere non debent *leg. De pretio 1 o. ff. De publ. in rem. act. vbi gl in verb. pretium in fin* quod magis procedit quia hic non ſolum verba generalia ſunt, ſed
9 etiam generalis eſt ratio dirimendarum litiũ, & vbi militat eadem ratio militare debet etiam eadem iuris diſpoſitio *leg. Illud ff. ad leg. aquil. præſertim quando lex. eſt fauorabilis vt hic ad tex. in cap. odia De Reg. Iur. in ſex.* Immo ratio prędicta magis videtur procedere quando actor nihil probauit, nam quo minus probatur, eo celerius lis dirimitur, quod ſi diceremus exigi vt actor aliquid probet ante quam iuramentum litis deciſiuum deferat, lex quaſi nolentem actorem ad litigandum impelleret & lex ipſa quodammodo litem protraheret, quæ tamen alibi præcipit in litibus properandum *vt in leg. properandum C. De Iudic. & in cap. finem litibus De dol. & contumac* vnde etiã ceſſat immo retorquetur æqitatis ratio
10 conſiderata *per Marſiliũ in allegato ſing.* 83. quoniã immo Iurgantiũ quęſtiones, celeri ſentẽtia terminare, & æquitati conuenit & rigori *vt loquitur tex. cap. 2. De Iudic* nec ſolum æquitati ſed etiã humanitati repugnare videtur Recuſatio oblationis iuramenti per
11 quam quis in propria cauſa & teſtis & Iudex Inappellabilis conſtituitur *iuxta tex. in leg. fin. C. De fideic. & leg. generaliter §. ſed Iuramento C. De Reb. credit. & dixit. Crauett. conſ. 203. n. 6. & tex. in leg. p. C quarum rerũ actio non detur.* ſed verũ eſt quod dixit *tex. in leg. quę, ſub Conditione 8. ff. De condit. Inſtit.* quod multi faciles ſunt ad iurandum vſque ad contemptum Religionis, Alij timidi metu diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem, vnde & quidam ſubtili reuerentia tenti nec verum Sacramentum præſtare patiuntur *vt dicitur in leg. fin C. De fide inſtrum.*

Dicebatur etiam pro parte eiuſd. mulieris verius eſſe quod etiam
12 in facto alieno quo ad deferentem, poteſt Iuramentum deferri, dummodo ſit proprium quo ad eum cui defertur *vt docet Bart. in leg Ius iurandum ad pecunias §. ait pretor ff De iureiur. Salic. in leg. Delata ff. eod. Ant. de Butr. in d. cap. fin De iureiur. facit tex. in leg Marcellus §. fin. ff. Rer. amot. & in d. leg. Ius iurandum ad pecunias §. non ſemper, ex quo idem conſuluit Crauetta conſ.* 203. *& ſequitur Menocch. De Arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 189. n. 7. & 8. Maſcard. De probat. Concluſ. 956. n. 16. vol. 2. pag. michi 303.* Natta vero allegatus ex aduerſo nemi-

minem allegat pro ſe & aduerſus eum eſt communis opinio *vt ipſe fatetur ibi n. 2. in fine & oſtendit Maſcard. d. Concluſ. 956 n. 16.* neq; obſtare videntur verba *tex. in d. leg. manifeſta* cum ſimilibus in quibus dicitur quod Reus debet vel iurare vel iuramentum referre, ſed in facto alieno non poteſt iuramentum referri, ergo poterit recuſari, nam reſpondetur quod textus eſt intelligendus in materia habili ac reciproca vt ſcilicet poſſit ſemper iuramentum referri, ſi tamen pars iuſtam non habeat cauſam non iurandi, vt quia factum ſit proprium vel tale de quo ſcientiam veriſimilem habeat. In alijs vero referre non poterit, ſed iurare tenebitur, nec mirum, quia militat diuerſa ratio, nam ille non poteſt recuſare iuramentum quia eſt in facto proprio, iſte poteſt, quia in alieno. Immo ſicut turpe eſt iuramentum recuſare in facto proprio, ita turpe foret in facto alieno, iuramentum ſuſpicere. Idem, licet non eadem ratione con-
23 tingit in cauſis famoſis, in quibus pars, cui iuramentum defertur, tenetur iurare preciſe & non poteſt iuramentum referre vt diſponit *tex. in d. leg. Marcellus & in d. cap. fin in fine princ.* eſt tamen ve-
24 rum quod iuramentum deferens, inſtante parte ſemper iurare tenetur de calumnia *gl. in d. cap. fin De iureiur. in verb. famoſa Maſcard. de probat. Concluſ. 956. n. 14.*

Et hanc ego partem veriorem exiſtimabam, præſertim cum pro muliere fuiſſet exhibitum Inſtrumentum dotale & ſic non poterat dici quod nihil omnino probatum eſſet Ideo nolui confirmare ſententiam D. prætoris ſimpliciter abſoluentis, ſed neque placuit Decretum D. Locumtenentis ſimpliciter condemnantis ex infradicẽdis, vnde abſolui D. Bonettum ab obſeruatione Iudicij ex quo
25 procurator mulieris carebat ſpeciali mandato ad deferendum iuramentum deciſiuum quod requiritur ex diſpoſitione *tex. in leg. Ius iurandum quod ex conuentione §. fin ff. De iureiur. & in cap. qui ad agendum de proc. in ſex. Oſaſch. Dec. 8. n. 9. & idem alibi deciſum refert Riccius Collect. Deciſ. 1359.*

Neque obſtabat quod de defectu huiuſmodi mandati non fuiſſet
26 oppoſitum in alijs Inſtantijs nam ad effectum inualidandi acta præterita poteſt quandoquunque opponi *leg. licet vbi Bald. C. De proc. cap. in noſtra in fine vbi Abb. eod. tit. de procur. leg. licet ff. De Iudic. cap. licet De Appell. in ſex. Bald. in leg. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum & poſt Alex. Dec. & alios Vant. De nullit. ex defec. mand. n. 59. & 63. &*
27 *in tit. quibus mod. ſent nulla defen. poſſ. n. 91.* Immo Iudex ex officio

etiam in cauſa appellationis poteſt Illegitimũ procuratorem repellere *leg. quos prohibet ff. De poſtulan. Caſtrenſ. in leg. ita demum C. De*
18 *procur. Capic. Decif. p. n. 31. & 32.* fateor tamen quod ſi vere a principio procurator habuiſſet ſpeciale mandatum, licet tunc non produxiſſet; iudicium ſuſtineri potuiſſet, ſi coram me produxiſſet vt decidit *Rota Dec. 19. De proc. in antiq. Creſcent. Deciſ. p. n. 3. De ſent. & Re Iudic. Buratt. in Romana legati Dec. 368. n. p. & ibi Ferentill.* vbi quod poteſt etiam poſt ſententiam produci, ſi pars prius non oppoſuit.

19 Mouit etiam me quod mulier non præſtiterat ſępius a parte petitam cautionem ad quam tenebatur ex forma *Statuti lib. 2. cap. 13.* de Iudicio ſiſti & reficiendis expenſis litis.

Neque obſtabat quod cautio petita non fuerit ante litem contextatam vt requirere videtur idem Statutum, quoniam Reſpondeba-
20 tur quod id requirebatur ad effectum annullandi acta poſt litem contextatam, ad quem effectum non indigebamus hoc fundamẽto, cum ad id, quod ſupra iactum eſt, ſufficeret. At vero ad effectum repellendi a limine Iudicij non videbatur neceſſaria petitio ante litem contextatam vendicabat littera Statuti, ſed quando opponitur, tunc repellit. Immo quod fideiuſſio a Statuto requiſita, præſtanda ſit etiam parte non petente in caſu non diſſimili decidit Senatus Mantuanus *coram Surdo Deciſ. 57. per tot.*

21 Quod autem quando adeſt nullitas in primo Iudicio, quę poteſt in alio ſanari, pars abſoluenda ſit ab obſeruatione Iudicij, tradunt poſt alios *Caualcan. Deciſ. 7. num. 12. par. p. & Amat. Deciſ. Ferr. 19. num p.*

22 Qui autem abſoluitur ſimpliciter vel quia non probatum, dicitur abſolutus diffinitiue *Couarr. lib. p. var. Reſol. lib. p n. 8. Magon. Deciſ. lucens 32. num. 56. Carthar. Deciſ. genuen. 59. num. 4.*

Quid autem in Abſolutoria ex actenus deductis, docet *Theſaur. Deciſ. 81* vbi videtur concludere quod ſit diffinitiua & per eam expiret officium *Iudicis delegati*, non autem *Iudicis*, ordinarij.

ARGVMENTVM

An & quando ex Retentione *Inducatur* Aditio hæreditatis. Hæreditas non adita & legitima non agnita quando traſmittatur. Fideicommiſſarius quando dicatur abſque vitio poſsidere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum Ius defuncti.*
2 *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.*
3 *Si ſubſtitutus prędecedat inſtituto, caducatur ſubſtitutio*
4 *Si vocatus decedit ante conditionis exiſtentiam, legatum vel fidei commiſſum conditionale non traſmittitur etiā ad filios, niſi ex coniecturis. In dubio pro non tranſmiſſione pronunciatur.*
5 *Hæreditatis Aditio non inducitur niſi ex actibus qui non poſſint fieri citra Ius, & nomen hæredis*
6 *Legitima etiam non agnita traſmittitur etiam ad extraneos*
7 *Hæreditas tranſuerſalium non agnita non tranſmittitur*
8 *Aditio hæreditatis eſt probanda per eum qui ſe fundat in illa, licet hæreditas eſſet opulenta, nec ex pręſumptionibus probatur.*
9 *Hæreditas etiam ex Retentione rei hęreditariæ dicitur adiri*
10 *In dubio capienda eſt quęlibet alia præſumptio quam præſumptio Delicti*
11 *Ex Retentione non inducitur Aditio quando alio licito titulo quam hæreditario poteſt res retineri*
12 *Ex actu æquiuoco ſeu dubio non inducitur Aditio hæreditatis*
13 *Poſſeſſionem retinens, cenſendus eſt potius vt hæres quam vt fideicommiſſarius poſſidere*
14 *Fideicommiſſarius non poteſt ſine vitio poſſidere niſi capiat ab hærede vel a Iudice*
15 *Fallit quādo adeſt facultas capiendi propria autoritate & poſeſſio eſt vacūs*
Facilius conceditur Retentio quam Acquiſitio.
16 *Quando certum eſt nullas hæredi competere detractiones, fideicommiſſarius impedit hęredis Immiſſionem*
17 *Quando fideicommiſſarius poſſidebat pro Indiuiſo cum defuncto, poteſt abſque vitio continuare*
18 *In pari cauſa potior eſt Conditio poſſidentis*
19 *Legitima portio non agnita tranſit in vniuerſalem fideicommiſſarium*
20 *Tranſeunt cum hæreditate quæ erant in bonis, licet non de bonis teſtatoris.*
21 *Quando agitur contra hęredem grauatum, ſufficit probare rem in hæreditate repertam eſſe*
22 *In hęreditatis petitione veniunt etiam quæ non ſunt hæreditaria, ſi in eis defunctus retentionem habebat*
23 *Res depoſitę, commodatę pignoratę teſtatori, ſunt in inuentario deſcribendæ*

benda

24 *Ex fideicommiſſo vniuerſali etiam non confecto Inuentario poteſt filius Legitimam, & quilibet hęres quod ſibi debetur deducere & quare*

Bona intelliguntur quę ſuperſunt ęre alieno deducto

25 *Fallit quando probatur ad hęredem tot bona perueniſſe exquibus potuerit ſatisfieri, quia tunc præſumitur ſatis factus*

26 *Dos data filiæ imputatur in legitimam nepoti ex ea nato*

27 *Dos data nepti ex filio imputatur in ligitimam filio*

28 *Pater imputat in legitimam filiæ Dotem acceptam ab auo*

29 *Ius impugnandi probibitionem detractionis legitimæ a patre factum non tranſit ad extraneos hęredes filij.*

Ius petendi legitimam tranſmittitur etiam ad hæredes extraneos.

DECISIO II.

INter Illuſtriſsimos D. D. Marchiones Zaualiam & Coccapanum commiſsa mihi cauſa de partium conſenſu in tertia inſtantia poſt duas ſententias difformes, dixi in aliquibus bene iudicatum per primum Iudicem, in alijs vero per ſecundum & præſertim dixi deductionem legitimę competere non pro integra tertia, ſed pro tertia tertiæ partis videlicet pro portione Bernardini vnius ex tribus nepotibus a quo cauſam habebat D. Coccapanus reus conuentus &

Primo quidem ad id mouebar quoniam non conſtabat alios duos
nepotes prædeceſſiſſe ante Bernardinum, vnde non poterat ipſe
1 vel ab ipſo cauſam habens pretendere eorũ hæreditatem quæ eſt
ſucceſsio in vniuerſum Ius defuncti *leg. Nihil eſt aliud 24. ff. De verb.*
ſing. Cruß. De ſucceſs. §. hęreditas quaſt. p. n. p. Ita nec poteſt agi de
ſucceſsione ex teſtamento niſi mors interueniat teſtatoris *vt ex D.*
2 *Paul. ad hębr. cap. 9. & probat. tex. in leg. p. ff. De teſtam.* vbi teſtamentum dicitur voluntatis noſtrę iuſta ſententia de eo quod quis
3 poſt mortem ſuam fieri velit. Sic etiam ſi inſtituto, ſubſtitutus prędecedat, ſubſtitutio caducatur *leg. vnic. §. ſin autem aliquid C. De Caduc. tollen. Rot. Rom. Deciſ. 374. n. p. par. p. Diuerſ. Amat. Deciſ.*
4 *fer. 4. n. 44.* Ita legatum vel fideicommiſſum conditionale regulariter non tranſmittitur ſi vocatus decedat ante conditionis exiſtentiam *gl. in leg. p. C. De his qui ant. apert. tab. quam communiter ap-*

pro-

*probatam dixit Buratt deciſ. 568 n. p. late Ant. Gab. concluſ. 2. De
hæred. Inſtit.* vbi quod nec ad filios transmittitur niſi ex coniecturis
quas ibi refert vſque ad duodecim Aliquas ponit *Ludouicus Deiſ.
Peruſ. 102. a n. 11.* Alias affert *Mantica De Coniectur. vlt. vol. lib.
11. tit. 20 per tot.* & vſque ad vigintiocto cumulat *Fuſar. De ſubſtit.
queſt. 490 ſubdens in fine poſt. Menocch. Pariſ. Alciat. & Handed.* quod
etiam in dubio pronunciandum eſt pro non tranſmiſſione licet in-
dicet alios contrarium ſenſientes.

Secundo mouebar quoniam licet fuiſſet probata præcedens mors
fratrum prædictorum, non tamen conſtabat, Bernardinum eorum
5 hæreditatem adiuiſſe, ad quod requirebatur actus aliquis decla-
rans animum adeundi qui non poſſet fieri citra ius & nomen hære-
dis *ad tex. & ibi tradita per Bart. in leg. genit. ff. De Acq. hæred. & per
6 Manticam De coniec. lib. 12. tit. 9. per tot.* quamuis enim legitima
etiam non agnita per fratres, potuerit ad Bernardinum fratrem. Im-
mo & ad extraneos tranſmitti. *Pariſ. conſ. 9. n. 8. lib. 2. & conſ. 45.
n. 8. eod. lib. Dec. conſ. 81. n. p. Cephal. conſ. 19. n. 21. lib. p. Natta
conſ. 199. num 5. & alij plures adducti per Gratian. Diſcep. forens cap.
983. n. 11.* Bernardinus tamen fratrum hæreditatem non aditam
7 tranſmittere non potuit quoniam hæreditas tranſuerſalium non
adita non tanſmittitur *leg. quoniam ſororem. 7. C. De Iur Delib. leg.
vnic. ſ. in nouiſſimo C. De Cad. toll. Oinot. inſt. tit. De hæred. qualit.
& differ. in ſ. ſui autem n. 8. verſ. ſeptimus & in ſ. fin. n. 4. De ſer.
8 conſ. Orphyc. Gail. obſeru. 131.* Aditio autem eſt probanda per eum
qui ſe fundat in illa vt poſt alios probat *Fuſar. De ſubſtit. queſt. 566.
n. 45.* nec præſumptionibus probatur licet hereditas eſſet opulen-
ta *Buratt. dec. 207. num. 5. & dec. 589. num 20.*

Neque obſtabat quod cum Bernardinus poſſederit integrum præ-
dium de quo agebatur, videretur ex hoc agnouiſſe fratrum hære-
9 ditatem, cum Hæreditas etiam ex retentione poſſit & dicatur adi-
ri *vt poſt Bar. & Caſtrenſ. Alex. conſ. 20. num. p. lib. 7. Rom. conſ.
247. num. 4. Natta conſ. 74. n. 10. & ſeq. Ludouis dec. 421. num. 7.*
10 ea ſcilicet ratione ne inducatur præſumptio delicti quæ non eſt in
dubio capienda *ad tex. in leg. merito ff. pro ſoc. ibi* Iure potius ſuo vti
credendum eſt quam furti conſilium inire.

Non in quam id obſtabat quoniam Reſpondetur quod cum Ber-
11 nardinus ex alio titulo videlicet fideicommiſſi, poſsidere poſſet,
ex poſſeſsione neceſſario non inferebatur aditio *ad tradita per*

Mantic. de Conieƈt. lib. 12. tit. 10. num. 17. Ciriac. contr. cap. 244. n. 77. Buratt. Dec. 207. n. 3. & Dec. 523. n. p. & 9.

12 Et ratio eſt, quoniam ex actu æquiuoco, dubio vel indifferenti, & qui poteſt fieri citra ius & nomen hæredis, non inducitur Aditio hæreditatis *leg. Iulianus* §. *fin. ff. de Acq. hered. leg. p. & 3. ff. de Interr. actiõn. Mantica de Conieƈt. lib. 12. tit. 9. n. 6. Gratian. Diſcept. forens cap. 706. num. 34. & ſeq. vbi plures Rota deciſiones adducit quibus adde Ludou. dec. 165. num. 2. & dec. 460 n. 6. & Buratt. dec. 589. nu. 12.* vbi quod ad excludendam Aditionem ſufficit actus eſſe ambiguos & non neceſsario concludentes.

13 Nec prædictis obſtat *Rom. d. conſ. 247. num.* 4. quatenus firmat fideicammiſſarium poſsidentem, cenſeri potius vti hæredem quam vti fideicommiſſarium poſsidere ad hoc ne delictum præſumatur,
14 quoniam ex capite fideicommiſsi non poteſt quis ſine vitio poſsidere niſi capiat de manu hæredis vel Iudicis *ad late tradita per Mareſcott. Var. reſol. lib. p. cap. p. vbi ampliat & limitat. & plene per Rot. dec. 520. num. 13. par. p diuerſ. & per Beltram. ad Ludou. dec. 7. nu.* 13 vnde ratio excluſionis delicti videtur hoc in caſu retorqueri.

Non inquam obſtat, quoniam replicatur, quod Bernardinus hoc in caſu ex capite fideicommiſsi iuſte poſsidere poterat. Primo quia in teſtamento legebatur facultas capiendi poſseſsionem propria authoritate, quæ vtique magis proderat ad effectum retinendi, cum
15 profit etiam ad effectum acquirendi quando poſſeſsio eſt vacans *vt per Seraph. Dec. 271. num. 4. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 613. n. 5. &* 22. & certum ſit facilius concedi retentionem quam nouam acquiſitionem *leg. 2. vbi* Bald. *C. De fideic. Crauett. conſ.* 148. *num.*
16 2 *Ludou. deciſ.* 425. *num.* 2. Secundo quia quando certum eſt nullas hæredi competere detractiones, fideicommiſsarius poteſt iuſte & ſine vitio poſsidere & ſaltem retinere nec cogitur capere ex manu hæredis ad euitandos inutiles circuitus præſertim de equitate canonica & eſt tunc legitimus contradictor ad impediendam heredis Immiſsionem *Peregr. de fideicom. Art.* 47. *num.* 60. *& Art.* 48. *num.* 48. *Gratian. Diſcept.* 245. *num.* 17. *Ciriac. controu.* 12. *num.* 6. *Mareſcott. qui ponit regulam cum ampliation. & limit. d. lib. p. var. Reſol. cap. p. n. 30. & ſeq. Beltram. ad Ludou. dec. 206. num. 12. Rot. in Senogallien. fideicommiſſi coram Sacrato in impreſſis poſt. Poſtium De ma-*
17 *nuten. dec.* 12. Tertio quia quando fideicommiſsarius pro indiuiſo vna cum defuncto poſsidebat vt hoc in caſu, tunc poteſt iuſte &

abſq;

abſq;vllo vitio continuare poſſeſſionem totius *ad tradita per Mareſ-*
cott. var. Reſol. lib. 2. cap. 138. *num. 36. Lancellott. De Attent. par.*
ſec. cap. 4. limit. p. num. 80. *Beltram. ad Ludou. dec.* 206. *num.* 10.
Neque etiam obſtat quod hoc in caſu D. Marchio Zaualia & Do-
mini litis conſortes fideicommiſſarij excludi videantur a petitione
prædictarum portionum ex non Iure ipſorum, quia ſi ad Bernardi-
18 num non ſpectabant, minus ad ipſos ſpectare poſsint vnde potior
erit conditio hęredis poſſidentis *ad tex. in cap. Ad aures de præſ. cap.*
quod autem De Iure patr. leg. in pari ff. De Reg. Iur. Menocch. De pręſ. lib.
6. præſ. 69. num. 7. Nam Reſpondetur quod Immo hęres grauatus
prætendens deducere, excluditur ex ſuo non Iure, cum non ſit hę-
res eorũ ex quorũ perſona facienda eſſet deductio vnde portio-
19 nes prædictæ vel tanquam derelictæ vel tanquam non petitæ re-
manent in hæreditatæ, & tranſeunt cum vniuerſitate bonorum in
fideicommiſſarium vniuerſalem cum onere ſoluendi cui de Iure de-
debeantur *ad tradita per Peregr. De fideicom. Art.* 47. *num.* 66. *verſ.*
ſed vbi qui legitimam pręrendit Petra in eod. tract. De fideicom. queſt. 15.
20 *num.* 144. ſicut in hæreditate remanet & cum ea tranſit etiam pi-
gnus & depoſitum & quodlibet corpus a defuncto poſſeſſum immo
detentum & quantumuis alienum, quoniam licet non ſit de bonis,
eſt tamen in bonis defuncti, ad quod ſufficit ſola Detentio *leg. Rem*
in bonis ff. de acq. hæred. leg. bonorum §. *in bonis ff. de verb. ſig. leg ſti-*
pulatio iſta §. *habere ff. de verb. oblig. Peregr. de fideic. art.* 44. *num.* 14.
Ludou. dec. 85. *num. 26. Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 616. *num.* 4. vbi quod
21 quando agitur aduerſus hęredem grauatum & non contra tertiũ
ſine controuerſia ſufficit probare rem in hæreditate fuiſſe reper-
22 tam. Adde *tex. in leg. non tantum* 19. *ff. De pet. hæred.* vbi quod
in hæreditatis petitione veniunt etiam quæ non ſunt proprie hære-
ditaria vt pignora, depoſita & alia in quibus ſolam etiam retentio-
23 nem vel detentionem defunctus habebat. Eadem ratione res
depoſitæ commodatę pignoratę teſtatori, ſunt in inuentario deſ-
cribendæ quoniam dicuntur aliquo modo hæreditariæ quatenus
pro eis competit hæreditatis petitio *ad tex. in d. leg. non tantum & in*
leg. item videndum ff. de pet. hęred. Dec. conſ. 633. *num.* 11. *Roſan.*
conſ. 73. *num.* 27. *Fauucc. de Inuent. par.* 3. *n.* 33.
Tertio principaliter mouebar quoniam hoc in caſu conſtabat alia
bona remanſiſſe ex quibus Franciſcus Maria & Carolus fratres
Bernardini potuerunt de prætenſa eiuſdem Bernardini legitima ſa-

24 tisfie-

24 tisfieri; Et licet filius etiam inuentario non confecto, poſſit ex
fideicommiſſo vniuerſali legitimam detrahere, ſicut etiam poteſt
deducere quilibet hęres quicquid ſibi debetur, quia ex hoc non in-
fringitur nec violatur fideicommiſſum vniuerſale de omnibus bo-
nis reſtituendis, cum bona intelligantur ea quæ ſuperſunt ære alie-
no deducto *Honded. conſ. 58. num. 26. lib. p. Mantic de Coniect. lib.
7. tit. 8. Fanucc. De Inuent. par. 7. num. 41. Lud. Dec. 421. num. 1.*
25 *vbi Beltram. num. 15.* Attamen quando conſtat ad filium vel eius
hæredem perueniſse bona ſufficientia de quibus non redditur ra-
tio, pręſumitur ſatisfactus *Natta conſ. 238. num. 8. Couar. var.
Reſol. lib. 2. cap. 6. num. 4. Gratian. Diſept. 570. nu. 20. & Diſept.
643. num. 20.*

Quarto mouebar quoniam in legitimam Bernardini veniebat im-
26 putanda Dos Eleonoræ eius matris a teſtatore ei relictæ Nam dos
data filię imputatur in legitimam nepoti ex ead. filia nato *vt poſt
Bart. Ancar. Alex. Caſtr. probat. Dec. conſ. 180. num. 7. verſ. tertio
reſponderi poteſt & de communi teſtatur. Merlin. De Legitima lib. p. tit.*
27 *2. quæſt. 11. num. 20.* Quemadmodum etiam Dos data nepti ex
filio, imputatur in legitimam eidem filio *ad tradita per Alciat. de
præſ. Reg. p. pręſ. 17. & per Gabriel. Concluſ. 5. De Iurę Dotiũ n. 2. &*
28 *per Surd. Dec. 118 num. 8.* vnde & pater imputat in legitimam filię
Dotem quam illa accepit ab Auoiux. *tex. in leg. Dotem 6. ff. De Col-
lat. bonor.*

Quinto acceſsit quod, cum fideicommittens prohibuerit Detra-
29 ctionem cuiuſqunque quartæ, & filij ſeu nepotes viuentes non
reclamauerint, Ius impugnandi huiuſmodi voluntatem etiam quo
ad legitimam non tranſit ad hæredes extraneos *Roland. conſ. 98. nu.
29. verſ vlterius lib. 2. Cephal conſ. 291. num. 18. lib. 2. qui loquitur
in matre Burſatt. conſ. 355. num. 45. lib. 4. Rim. Iun. conſ. 136. num.
75. & 76. lib. 1. Rerous quæſt. famil. 87. num. 9. verſ. ſed in caſu Mu-
ſtril. Dec. 181. num 11. & ſeq. Amat decíſ. fer. 46. num. 29. Ludou.
Dec. 185. num. 26. & 27. Gratian. Diſcep. forens cap. 983. num. 11.
& num. 14.* vbi oſtendit hanc eſſę veriorem & communiorem ſen-
tentiam quicquid contraſenſerit pro fiſco *Farinac. conſ. 59. num.
40. & ſeq. lib. 2.* quoniam allegati per eum ſolum dicunt Ius pe-
tendi legitimam etiam non agnitam tranſmitti ad hęredes etiam
extraneos, ſed non dicunt Ius impugnandi onus, grauamen, ſeu
prohibitionem legitimę, ad eos tranſire. Ita reſpondit *Gratian. d.*

Diſ-

Diſcept. 983. num. 19. & ita declarat tradita per eum diſcept. 594. num. 11. & ſeq.

ARGVMENTVM.

Sententiæ ſunt exequendę in partibus conformibus. Statutum de duabus conformibus quos liget. Sententia quando ſit diuidua vel Indiuidua.

SVMMARIVM.

1 *Sententię licet in aliquibus difformes, tamen in partibus in quibus ſunt conformes non admittunt appellationem ſi ſunt tres de Iure communi & ſi duę ſecundum Statutum Ferrariæ.*

2 *Forenſis non ligatur Statuto prędicto de duabus conformibus tanquam deciſorio*

3 *Ciuis ex priuilegio habitans poſſidens & onera ſuſtinens iuuatur & ligatur Statuto loci cuius eſt Ciuis.*

4 *Sententia eſt Indiuidua & in parte nulla vel Iniuſta, tota corruit & tunc vtile per inutile vitiatur*

5 *Fallit quando continet diuerſa capitula tunc enim, quot ſunt capita tot ſententiæ reputantur.*

DECISIO III.

APpellauit a ſupradicta ſententia mea D. Marchio Coccapanus ſed Eminentiſſimus appellationem reiecit, ex quo non fuit pro eius parte probata vel nullitas vel Iniuſtitia vel difformitas: Apparuit enim hęc ſententia conformis fere in ſingulis capitibus partim cum prima, partim cum ſecunda vnde locus erat Statuto Ferrariæ lib. 2. cap. 66 vt in
1 partibus conformibus non appellatio ſed exequtio admitteretur *ad tradita poſt alios per Ant. Gabriel. concluſ. p. de exeq. Rei Iudic. n. 5. & in puncto eiuſdem Statuti per Rot. deciſ. 552. nu. 9. par. p. Recentiſsim. quæ eſt Ferrarien. Decimarũ coram Pirouano, & dixi infra Dec. 80. n 23.*
2 Non obſtabat quod appellans tanquam originarius forenſis non ligaretur prędicto Statuto Ferrarię tãquã deciſorio *ad tradita per Frãc.*

in cap. ſi duobus §. *Denique n. 4. de Appell. Bertazzol. conſ. crim. 19. nu. 3. Maſcard. de Interpret. Statut. Concluſ. 7. nu. 77. & in puncto ei uſd. Statuti Rot. in Ferrarien. pecuniaria 14. Martij 1614. quæ eſt Deciſio 529. num. 2. par 2. Recenſ. & coram Buratto deciſio 40.*

3 Quia Reſpondetur quod prædictus D. Appellans tanquam Ciuis ſaltem ex priuilegio habitans ſtabilia poſſidens & onera ſuſtinens ſicuti iuuatur ita ligatur Statutis loci cuius eſt Ciuis *ad tradita per Maſcard. De Interpret. Statut. Concluſ. 6. num. 108. & per Gratian. Diſcept. forens cap. 709. num. 16. & 28. Dixi plenius Dec. 27. num. 12. & ſeq.*

4 Neque etiam obſtabat quod cum ſententia ſit indiuidua, non poſſit pro parte confirmari, & pro parte reformari, ſed iniuſta vel nulla in parte, tota corruit, & vtile per inutile vitiatur *ad tex. in leg. fin ff. De Iuriſd. omn. Iudic. & poſt Bart. Caſtren. & alios Buratt. Dec. 29. num. 15. de quo dixi plura Dec 27. num. 2. & ſeq.*

5 Nã Reſpondetur quod ſententia eſt diuidua, quando continet capitula ſeparata, & tunc tot ſunt ſententiæ quot capita *leg. etiam* §. *ex cauſa ff. De minorib. Burſatt. conſ. 184. nu. 37. Ludouis Deciſ. 552. nu. p. & 6. vbi Beltram. ponit. Illationes Buratt. Deciſ. 29. num. 27. & Deciſ. 50. n. 13. quæ eſt Ferrarien. Compromiſſi de Taſſonis.*

ARGVMENTVM.

An vſuræ poſſint excedere ſortem. Quando exceptio vſurarum impediat exequtionem inſtrumenti. Quando Iniuſtitia dicatur notoria.

SVMMARIVM.

1 *Minor ann. 25 non habet legitimam perſonam ad comparendum in Iudicio*

2 *Sententia lata pro minore comparente valet, ſecus ſi contra eum lata ſit*

3 *Inducta in fauorem, non debent in odium retorqueri*

4 *Seruanda eſt æqualitas in Iudicijs.*

5 *Fauore minoris poteſt Claudicare Contractus*
Nullitas inducta fauore minoris non poteſt niſi ab ipſo regulariter allegari:

6 *Fauore minoris poteſt Claudicare Iudicium*

7 *An*

7 An vſuræ coaceruatę poſſint duplum ſortis excedere
8 An lucrum ceſſans non promiſſum poſſit duplum ſortis excedere
9 Ex vi priuilegij currere poſſunt vſuræ abſque interpellatione
10 Poteſt Papa permittere Iudeis vſurarum perceptionem
Quomodo Iudeis permiſſa ſit vſura in lege Moiſis.
11 Poteſt Papa De Iure ſupra Ius diſpenſare
12 Nõ poteſt Papa Diſpẽſare aduerſus Iura Diuina & ſic vſuras permittere.
13 Poteſt Papa declarare genus aliquod contractus non eſſe vſurarium
14 Dubium Iuris controuerſi, æquiparatur dubio facti
15 Iudex ex Clauſula ſine præiudicio legitimæ exequtionis poteſt admittere exceptiones Iniuſtitiæ notorię tamen
16 Immiſſionem ex ęgidiana Rota non retardat niſi conſtet de notorio grauamine
17 Notoria Iniuſtitia quæ dicatur
18 Ad tollendam notorietatem ſufficit qualisqualis offuſcatio
19 Diſtinguitur Iniuſtitia a notorietate tanquam ſubiectum a qualitate
20 Multa dicuntur notoria quę non ſunt
21 Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat exequtionem
22 Dicitur requirere altiorem indaginem quando non eſt liquida vel in continenti liquidanda
23 Non retardatur exequtio Inſtrumenti exequtiui ſub prætextu vſurę non claræ
24 Exceptio turbida non retardat exequtionem Inſtrumenti
25 Contractus in dubio non eſt Iudicãdus vſurarius in foro exteriori ſecus in Interiori: Simile in Irregularitate vt num. 26.
27 Iurans vſuras ſoluere, tenetur eas ſoluere ſed poteſt eas repetere
28 Poteſt debitor petere relaxationem Iuramenti vſurarij ſaltem ante quam in mora conſtituatur.

DECISIO IV.

IN Cauſa inter Perinatum & Butrium commiſſa ſine præiudicio legitimæ exequtionis, recuſato D. Conſultore fui ego ſubrogatus de conſenſu partium quibus auditis credidi exequendum eſſe grauamen & obiecta Butrio non obſtare.

Nam quo ad nullitatem deductam ex eo quod fuerat
1 relaxatum grauamen inſtante minore qui non habet legitimam per-

perſonam ad comparendum in Iudicio tam ex forma *Statuti lib. 2. cap.* 8. quam ex diſpoſitione Iuris communis *leg. p. C. qui legitimam perſon. leg. ſi præſes C. quom. & quando Iud.* Reſpondebam *ex lege non*
2 *eo minus C. de proc.* quod pro minore ſententia ſuſtinetur licet ſecus eſſet ſi contra eum lata foret *vt poſt tex. in d. leg. non eo minus ducit gl. in leg. p. C. qui legitim. perſon in verbo Aduerſus Ancar. conſ.* 123. *num.* 7. *Bellamer. Deciſ.* 143. *fere per tot. Vant. De nullitat tit. quib. mod. ſent. nulla repar. poſſit num.* 81. *& in tit. De nullit. ex Inhabilit. num.* 36. *Dixit Rota Fer. proponente D. Amato in cauſa inter D. Maſtellarium & D. Panzanum verſ. maxime vero ad fauorem* & eſt
3 ratio quoniam inducta in fauorem non debent in odium & læſionem retorqueri *leg. quod fauore C. De legib. cap. quod ob gratiam De*
4 *Reg. Iur in ſex.* & quamuis ſeruanda ſit æqualitas in Iudicijs *cap. cum inter de except. Amat. deciſ. fer.* 11. *num.* 12. *Buratt. in Ferrarien. pecu-*
5 *niaria Dec.* 4. *num* 4. attamen quemadmodnm contractus poteſt fauore minoris claudicare *ſ. p. Inſt. tit. De Autho tut. leg. Iulianus ſ. ſi quis pupillo ff. De action. empt. Ang. Aretin. conſ.* 128. *num.* 32. *Ludouiſ. dec.* 467. *num.* 5 *Gratian. diſcept* 27. *num.* 39. vbi quod nullitas contractus inducta fauore minoris, allegari non poteſt niſi ab ipſo, de quo tamen videndus eſt *idem Gratian. diſcept.* 691. *num. p.*
6 *& ſeq.* Ita poteſt etiam fauore minoris claudicare Iudicium *d. leg. non eo minus C. de proc. Euerard. in loco a contractibus ad Iudicia & poſt alios Tuſchus concluſ.* 287. *n.* 9. *in litt. C. Ludouiſ. dec.* 467 *n.* 5.
7 Quo vero ad Iuſtitiam non obſtabat quod vſuræ coaceruatæ non poſſint excedere duplum ſortis vt conſuluit Allegatus ex aduerſ *Manent. conſ* 148. *per tot.* & de expenſis & intereſe *poſt Aſin. dixit Magon. dec. florent.* 78. *nu.* 10. *quem refert. Gratian. diſcept.* 987. *num.* 6. *& ſenſerunt Budeus Duaren. Alciat. quos refert. licet non ſequatur Facchin. in loco mox citando,* Reſpondetur enim quod vſuræ videntur deberi licet coaceruatæ per annos, duplum excedant, idq; manifeſte colligitur ex verbis *tex. in leg. vſura* 10. *C. de vſur. & ibi hoc expreſſe docet ſalicet in ſum. & poſt Bart. Bald. Caſtren. probat. Facchin. controu. Iur. lib.* 10. *cap.* 65. *& poſt alios Surd. conſ.* 302. *per tot. & ipſe Manent. in fine conſilij* fatetur. Quod ita ſem-
8 per tentum & iudicatum fuit: Quicquid ſit in lucro ceſſante non promiſſo quod non videtur ſupra duplum coaceruari poſſe *leg. vnic. & ibi Curt. Iun. num.* 55. *C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Seraph. dec.* 186. *n.* 5.

Quod

Quod magis procedit attentis priuilegijs Pontificijs conceſſis Cāpſoribus hebreorum Ferrariæ & faciunt in ſimili *tradita per Surd. dec.*
9 80. *n.* 2. vbi quod ſtante priuilegio currere poſſunt vſuræ a die con-
10 tractus abſq; alia interpellatione. Et quod Papa poſſit permittere Iudeis exercitium vſurarum probat *Nauar. conſ.* 5. *n.* 2. *de Iudeis.* præſertim eo modo quo erat eis permiſſum in lege Moſaica *Deuteronom cap* 23. *ibi* Non fenerabis fratri tuo ad vſuram ſed alieno De quo tamen videnda eſt *Rota Deciſ.* 331. *coram Eruditiſ. D. Merlino part.* 5. *diuerſ. n.* 8. 25. 31. *&* 48. vbi fit etiam mentio de Laudo lato Ferrariæ per D. Doctorem Contugum.
11 Et quod poſſit Papa de Iure ſupra Ius diſpenſare dixit *tex. in cap.*
12 *propoſuit* 4. *de Conceſſione prebendæ* & quamuis dicatur quod Papa diſpenſare non poſsit ſuper vſuris *in cap. ſuper eo de vſuris* ibi Cum vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper eo diſpenſationem poſſe fieri non videmus, & iura diuina quibus vſura prohibetur refert *Oſaſch. dec.* 37. *n.* 6 *& Rota dicta deciſ.* 331. *par.*
13 5. *diuerſ. n.* 31. *&* 32. certum eſt poſſe Papam declarare genus aliquod contractus non eſſe vſurarium ex capite damni emergentis vel lucri ceſſantis vel ratione periculi vel ex alijs *ad tradita per Nauar. conſ.* 39. *de Sponſal. n.* 16. *& ſeq. & per Serafin. Dec.* 88. *n. p.* Certum eſt etiam negari non poſſe quin ſaltem Articulus prædictus de vſuris excedentibus ſortem ſit admodum controuerſus, hoc autem ſufficit ad ſaluandum grauamen ab Iniuſtitia notoria cum dubium iuris controuerſi æquiparetur dubio facti *Ant. Capic. dec.* 10.
14 *n.* 19 *&* 20. *Rot. Dec.* 561. *n.* 4. *par. p. diuerſ.*
15 Et quamuis Iudex ex Clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis poſſit admittere exceptionem Iniuſtitiæ vigore illius verbi, legitimæ, quod importat vt Iudex exequatur iuxta diſpoſitionem legis & quatenus de iure executioni locus ſit & non alias *ad tradita per gl. & Abbat. in cap. conſanguinei & in cap. ea quæ de Re Iudic. Marcheſ. de Commiſſ. par. p. cap.* 16 *n.* 28. *Beltram ad Ludou. Dec.* 232. *n.* 4. Illud tamen intelligendum videtur non de qualibet iniuſtitia ſed ſolum de notoria *ad tradita per Maſtrill. dec.* 158. *a n.* 15. *vſq; ad finem Lu-*
16 *dou. dec* 501. *n.* 6. ſic etiam immiſsionem ex ægidiana Rota non retardat niſi conſtet de notorio grauamine *Buratt. dec.* 785. *n. p. vbi quod ita fuit ſepiſſime deciſum.*
17 Notoria autem Iniuſtitia dicitur quæ non recipit Iuris diſputationem & quæ non habet aliquam dubietatem vt ſi contra caſum legis

clarum iudicatũ eſſet *cap. cum inter de Re Iudic. Rip. in leg. 4. §. condẽnatum ff. de Re Iudic. Cephal. conſ. 201. n. 10. Ant. Gab. Concluſ. p. De exeq. Rei Iudic. n. 9. Buratt. Dec. 597. n. 2. & 3.* vbi quod conſtare
18 debet etiam ex eiſdem actis. Et ad tollendam notorietatem ſufficit qualisqualis offuſcatio *Seraph. dec. 616. num. 9. Buratt. dec. 158. n. 3. & Dec. 251. n. 7. & dec. 597. n 3.* vbi quod notoria non dici-
19 tur Iniuſtitia quæ aliquo colore velari pot. Et diſtinguitur Iniuſtitia a notorietate tanquam ſubiectum a qualitate *Maſcard. Concluſ. 1110. in fine Buratt. Dec. 251. n. 5.* vbi quod debet prius conſtare
20 de iniuſtitia, deinde de notorietate. Et confert *tex. in cap. Conſuluit. 14. de Appel.* ibi Cum multa dicantur notoria quæ nõ ſunt, quod dubium eſt caue ne habeas pro notorio *Bene Felin. in cap. Inter ve-*
21 *ſtras De Iudicijs n 4. Declar 6.* vnde exceptio requirens altiorem indaginem non ſuſpendit exequtionẽ *leg. fin in fine C. de ordin. cogn. Marant. de ord. Iudic. tit. de exeq. ſent. n. 63. Surd. conſ. 199. num. 6.*
22 exceptio autem dicitur requirere altiorem indaginẽ quoties non eſt liquida vel in continenti liquidanda *vt poſt Bart. Bald. Alex. docet Marant. de ord. Iudic d. tit de exception num. 15.* & in ſpecie quod
23 ſub prætextu prauitatis vſurariæ quæ non ſit Clara, patens, & notoria non retardetur exequtio Inſtrumenti exequtiui *Ang. in leg. 4. §. condemnatum n. 4. Imol. n. 9. ff. de Re Iudic. Berous conſ. 85. n. 3. & 8. lib. 3. Surd. conſ. 327. n. 14. & ſeq. lib. 3 put. dec. 67. ſub fin. lib. 3. Rot. dec. 490. n. p. & ſeq. par. p. Recenſ. Gratian. Diſcept. 679. n. 3. & 4. & Diſcept. 920. n. 40. & 50.* & quod non retardetur ſub d. prætextu exequtio ſententiæ, diſponit *Statutum Fer. lib. 2. cap. 72. & di-*
24 *xit Amat. deciſ. Ferr. 43. n. 3.* & generaliter exceptio turbida non impedit exequtionem inſtrumenti *Buratt. dec. 752. n. 6.*
25 Accedit quod etiam in dubio. Contractus non eſt Iudicandus vſurarius *ad tex. in leg. merito ff pro ſoc. & in leg. pater ff. quæ in fraudem credit. Felin in cap. p. n. 3. de Offic. Deleg. Menocch de præſ. lib. 3. præſ.*
26 *122. n. 2. Seraph. dec. 626. n. 5.* Quod indubitanter procedit quãdo verſamur vt hic in foro exteriori, quamuis in foro interiori aliud eſſet *Crauetta conſ. 48. n. 8. Menocch. lib. 3. præſ. 122. n. 5. Maſcard. de prob. Concluſ. 198. n. p. & 2.* & facit quod bonarum mentium eſt etiam ibi, vbi non eſt, culpam timere *cap. pen. de obſeruat. Ieiun.* & conſcientiæ timoratæ in via Dei quodqunq; deuium expaueſcunt *Clem. exiui de Paradiſo de verb. ſig.* ſic etiam in dubio nemo Iudicandus eſt irregularis quo ad forum exterius ſed ſecus quo ad interius

ad tex.

ad tex. in cap. ſignificaſti huius nominis primo de Homicid. Abb. in cap. Ad audientiam eod. tit. quem communiter receptum dixit Nauar. in manuali cap. 27. num. 193.

27 Vltimo quamuis de vſura clare conſtaſſet, adhuc tamen debitor ſoluere tenebatur ſtante iuramento licet potuiſſet ſolutum repetere *cap. Debitores De iureiur. Nauar. conſ. 3. n. 4. de vſur.* neq; obſt. *gl.*
28 *in d. cap. Debitores* quod ſcilicet Creditor teneatur relaxare iuramentum de ſoluendis vſuris *iuxta cap. primum de iureiur.* vel quod poſſit Epiſcopus abſoluere *iuxta cap. Ad aures quod met. cauſ. & cap. p. De vot.* nam Reſpondetur quod quicquid ſit de intellectu gloſæ prædictæ, non congruit certe caſui noſtro ex quo non fuit obtenta neque petita relaxatio vel Abſolutio neq; a creditore neq; ab Epiſcopo. Præterea debitor debet petere huiuſmodi relaxationem antequam in mora conſtituatur *vt docet Abb. in d. cap. debitores de iureiur. n. 4. verſic. ſed primum membrum & in cap. p. eod. tit. n. 6.*

ARGVMENTVM.

Quando pęna Caducitatis incurſa a defuncto, declarari poſſit aduerſus hæredem. Quibus teſtibus magis credatur in concurſu.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas vel iniuſtitia reddit in exequibiles tres, immo etiam mille conformes licet commiſſa ſit exequtio arbitrio iudicis.*
2 *Pactum de retrouendendo etiam cum Clauſula perpetuo pręſeribitur ſpatio triginta annorum. Amplia vt ibi.*
3 *Facultas affrancandi vſuario conceſſa, ei non competit poſt caducitatem.*
4 *Pactū affrancandi & de retrouendendo an tranſeat adhæredem & n. 5.*
6 *Caducitas incurſa p defūctū regulariter declarari nō poteſt aduerſus heredē*
7 *Fallit quando caducitas incurritur ipſo facto*
8 *Fallit etiam quando non conſtat Dominum habuiſſe ſcientiam caducitatis*
9 *Præſumitur ignorantia vbi ſcientia non probatur etiam in his terminis*
10 *Requiritur vltra ſcientiam quod Dominus habuerit tempus ad declarandam caducitatem*
11 *Alienatio quando facta dicatur in perſonam potentiorem & prohibitam.*
12 *Pęna conuentionalis incurſa per defunctum poteſt declarari contra heredē.*
13 *In ęſtimanda teſtium fide quę ſint obſeruanda.*

Teſti-

Teſtibus magis informatis, magis creditur.
14 *In concurſu magis creditur teſtibus dignioribus & magis clericis quam laicis n. 15. & magis diſtinguentibus quam indiſtinctè loquentibus 16.*
17 *Doctoribus diſtinguentibus magis creditur quam ſimpliciter loquentibus.*
18 *Magis creditur teſtibus deponẽtibus in ſpecie quā deponentibus in genere.*
19 *Magis creditur teſtibus adducentibus rationem etiam quando ratio non requiritur & magis adducentibus meliorem.*
20 *Magis creditur deponentibus ſuper affirmatiua quam ſuper negatiua. Plus creditur duobus affirmantibus quam mille negantibus.*
21 *Teſtes debent conciliari diſtinguendo tempora & ad concordiam reduci quoties fieri poteſt.*
22 *Ad ſuſpendendam exequtionem trium conformium requiritur Iniuſtitia vel nullitas notoria*
23 *In dubio iudicandum eſt pro ſententia, & fortius pro ſententijs.*
24 *Facilius inuenitur quod a pluribus quaritur*
25 *In ore duorum vel trium ſtat omne verbum.*

DECISIO V.

COmmiſſa mihi cauſa de partium conſenſu cum Clauſula conſtito de tribus conformibus exequatur Arbitrio Dixi exequendas eſſe ſentẽtias latas ad fauorem R. Nicolai faſoli contra RR. Moniales, quoniã de conformitate conſtabat ex lectura ſententiarum de Iuſtitia vero & validitate ex reuolutione proceſ-
1 ſuum. Vnde non obſtabat quod iniuſtitia vel nullitas, etiam tres conformes reddat inexequibiles licet cauſa & exequtio commiſſa ſit Arbitrio Iudicis *ad tradita per Rot. dec. 826. in princ. par 4. diuerſ. Ludouis deciſ. 189. n. 3. Gratian. diſcept. 581. n 21. & 30. & ſeq.* vbi poſt Socin. Iun. & alios ampliat licet eſſent mille ſententiæ, nõ inquam obſtabat, quoniam ex oppoſitis nulla nullitas vel iniuſtitia reſultabat.

Primum igitur obiectum quod adeſset in Inueſtitura pactum facultatiuum affrancandi quandoqunque, non obſtabat, nam primo Reſpondetur dubitari poſſe an huiuſmodi facultas præſcripta ſit ſi-
2 cut in ſimili pactum de retrouendendo etiam perpetuo & quandoqunque, præſcribitur tamen ſpatio longiſsimo annorum triginta ex veriori & communiori ſententia *Aut. Gabr. Concluſ. 6. de præſcript. n. p.*

n.p. & 11, Tiraquell. de Retract. Conuention. §. p. gl. 2. n. 31. Caualcan. dec. 14. n. p. de Contract. Seraph. dec. 1360. n. 11: latiſſime Surd. dec. 2. n. 7. vbi ampliatur etiam contra principem & licet dictum ſit ſemper & in infinitum. Secundo reſpondetur quod facultas illa cōceſſa eſt & competit vſuario At poſt declaratam Caducitatem Ad-
3 uerſarius a quo moniales cauſam habent deſijt eſſe vſuarius, vnde deſijt etiam habere huiuſmodi facultatē quia qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi & extincto principali cōtractu, extinguntur omnes Clauſulæ illi adhærentes Ita per has rationes & in his terminis *conſuluit Feli n. conſ. 25. n. 23. & 24. quē*
4 *ſequitur Rota deciſ. 115. n. 5. par. p. diuerſorum* Tertio reſpōdetur quod pactum affrancandi de ſui natura tanquā perſonale non tranſit ad hæredes præſertim quando dictum eſt quandoqunque eidem vſuario placuerit *Medices in memorando tractatu Mors omnia ſoluit Concluſ.*
5 *47. n. 129. & 130. par. 2.* licet quod pactum de retrouēdendo ad hæredes hinc inde regulariter tranſeat, *probet poſt alios Caualcan. deciſ. 16. de contractib. n 27. & 28. & plenius Tiraq. de retract. conuent. §. p. gl. 6. n. p. & ſeq.* vbi videtur ampliare non obſtante dictione taxatiua *Ludouiſ. dec. 354. n. 4.* Buratt. *dec. 937. n. p.*
Non obſtabat ſecundum quod pœna caducitatis non ſit tranſitoria
6 & extendibilis vnde incurſa a defuncto, declarari non poſſit aduerſus hæredem *ad tex. in leg. fin in fine C. de Reuoc. Don. Caſſad. deciſ. 2. n. 2. de locat. Beninten. deciſ. Bononien. 37. n. 17. Clar. in §. feudū quaſt.*
7 *65.* nam primo reſpondetur quod quando caducitas incurritur ipſo facto, tunc poteſt fieri declaratio & ab hærede & cōtra hęredē ex veriori & receptiori Doctorū ſentētia *quā probat Hōded. cōſ. 55 n. 94. & ſeq. lib. p. & conſ 80. n. 69. lib. 2. Ant. Gab. concluſ 35. de maleficijs.*
8 *n. 16. Beltr. ad Ludouiſ. dec. 529. n 24.* Secūdo reſpōdetur quod quādo non conſtat Dominum directum habuiſſe ſcientiam caducitatis, is poteſt etiam aduerſus hæredem eam declarare *Honded. d conſ. 55. n. 92. lib. p. & conſ. 80. n. 70. lib. 2. Gab. d. concl. 35. n. 4 de maleficijs Medices in tract. Mors omnia ſoluit par. 2. concluſ. 43. n. 111. Ludou. dec.*
9 *529. n. 17.* pręſumitur autem ignorantia vbi ſcientia non probatur *cap. ignorantia de Reg. Iur. in ſex. leg. verius ff. de prob. & in his terminis Antoninus cum quo parmæ dum eſſet ibi Vicarius Apoſtolicus ego ſæpe diſſerui Reſolut. Canonic. 98. lib. p & poſt Alex. dec. Ruin. dixit Rota coram Ludou. d. dec. 529. n. 19.* Tertio reſpondetur quod non ſolum
10 requiritur ſcientia Domini, ſed etiam quod is habuerit tēpus con-

F que-

querendi & declarandi caducitatem contra defunctũ *Cyn. in d. leg. fin. verſ. vltimo Collige C. de Reuocan. donat. Ruin. conſ.* 70 *n.* 13. *Gabriel. concluſ.* 31. *de Maleficijs n.* 6 Quarto reſpondetur quod Aliena-
11 tio facta fuerat in perſonam prohibitam videlicet in moniales quæ tales dicuntur ad hunc effectũ *Rim. Sen. conſ.* 412. *n.* 4. *& ſeq. Rim. Iun. conſ.* 368. *n.* 14. *& conſ.* 453. *n.p. Corbol. de Cauſ. priuat. ob Alienation. Ampliat.* 12. *n.* 2. *Rot. deciſ.* 179. *n.* 2. *par.* 2. *diuerſ. & coram Ludouiſ. dec* 529. *n.* 6. *& coram Coccino in Ferrarien. bonorum n.* 45. *&* 66. *impreſſa penes Amatum poſt deciſ. Ferrarię* 51: vbi generaliter quod hoſpitalia Eccleſię & loca pia cenſentur perſonę prohibitę ad hunc effectum quia fit in hoc deterior conditio Domini qui non poteſt ſperare quod res poſsit ad ipſum redire per mortem cum Eccleſiæ & loca pia non moriantur *& n.* 68. vbi quod idem eſt in Communi-
12 tate & in Monte Pietatis. vnde cum huiuſmodi Alienatio fuerit contra pactum expreſſum in inueſtitura, potuit in huiuſmodi caſu fieri declaratio pænę conuentionalis aduerſus hæredem *Abb. conſ.* 3. *quæſt.* 9. *Corbol. de cauſ. priuat. ampliat.* 10. *Rip. qui de communi teſtatur in l. g. fin in vltima quæſtione C. de Reuocan. Donat. Gabriel poſt alios Concluſ.* 31. *de Maleficijs n.* 14. *Ludouiſ. dec.* 529. *n.* 20.

Non obſt. tertium deductum ex depoſitionibus ſeptem teſtiũ examinatorum pro non idẽtitate bonorum de quibus agitur, quoniam confunduntur ex alijs teſtibus pro idemtitate deponẽtibus & quibus etiam in cõcurſu eſſet omnino magis credendum & habita ra-
13 tione ad perſonas & habita ratione addicta quæ duo ponderari debent in æſtimanda teſtium fide. Quando non ſolum diuerſa ſed aduerſa deponerent *vt eſt tex. in cap. in noſtra præſentia* 32. *de teſtib. & atteſtat.* ibi Reſpicere oportet ad qualitatem teſtium & ad ipſorũ depoſita ex quibus conuenit motum animi ſui Iudicem informare *Idemque docuit I. C. in leg.* 3. *§. Ideoque ff. de teſtib.*

Et quo ad perſonas cum inter teſtes Re. Nicolai numerentur Rector villæ Coloni & laboratores terrarum de quibus agebatur, de-
14 ducebatur pro eo primo quod teſtibus veriſimiliter magis informatis, magis creditur. *cap. quoties de teſtib. gl. in cap. fin de off Archid. Felin. in cap. in noſtra n.* 10. *in fine de teſtib Gabriel. concluſ.* 10. *de teſtib. n.* 64. Secundo quod teſtibus dignioribus maior eſt fides adhibenda *d. cap. in noſtra vbi Abb. & Felin. de teſtib. gl. in leg. ob carmen. §. ſi teſtes ff. de teſtib. Gabriel. concluſ.* 4. *de teſtib. n.* 34. *Buratt. dec.*
15 903. *n.* 3. & quod Clerici dicantur ad hunc etiam effectum digniores

res quam laici & quod eis in concurſu magis credatur *dixit Abb. in d. cap. in noſtra per illum tex. de proc. gl. in cap. monachus 77. Diſtinx.* vbi quod tantum creditur quatuor Clericis quantũ ſex laicis *ſequitur Felin. in d. cap. in noſtra n. p. Gabriel. concluſ. 4. de teſtib. n. 40. & 61.* quæ magis procedunt in Sacerdote *Ludou. deciſ. 351. n. 10.* Quo
16 vero ad dicti præualebant etiam teſtes actoris primo quia magis creditur teſtibus diſtinguentibus quã indiſtincte deponẽtibus prout
17 etiam doctoribus diſtinguentibus magis creditur quia diſtinguẽs proximus eſt veritati *Salicet in leg. filię n. 2. C. fam. erciſc. Cepha conſ. 240. n. 21. lib. 2. Ceuall. in Theſauro communium opinionum contra communes in prohemio n. 56. Menoch lib. 2 præſ. 71. n. 47. Caualc. deciſ. 16. n.*
18 *9. de contractib. par. 2.* ſic etiam magis creditur teſtibus deponentibus in ſpecie quam deponentibus in genere *vt poſt Socin. Alex. pariſ. & alios tradit Gabriel. concluſ. 4. de teſtib. n. 73. Ludou. dec. 449.*
19 *n. 8. Buratt. dec 903. n. 4.* Secundo quia magis creditur teſtibus adducentibus rationem dicti *leg. ob cauſam §. ſi teſtis ff. de teſtib. Soc. cõſ. 37. n. 13. lib. 3. Felin. in d. cap. in noſtra n. 10.* vbi ampliat etiam quando non requiritur redditio cauſæ ſeu rationis *Gabriel. d. Concluſ. 4. de teſtib. n. 40.* vbi quod inter adducentes rationem magis creditur
20 adducentibus meliorẽ. Tertio quia magis creditur deponentibus ſuper Affirmatiua quam ſuper negatiua *Felin. in cap. in noſtra De teſtibus n. 8. Rot. deciſ. 335. n. 2. par. p. diuerſ. & coram Ludou. dec. 449. n. 3.* Immo magis creditur duobus affirmantibus quam mille negãtibus *vt poſt gl. docet Corſett. ſing. 15. in verb. teſtis Gab. concluſ. 4. de teſtib. n. p. Ludou. dec. 449. n. 3. Buratt. dec. 368. n. 9.*
21 Accedebat quod licet teſtes aliqui viderentur contrarij poterant tamen & debebant diſtinguendo tempora conciliari & cõcordari *iuxta tex. in cap. cum tu & ibi Canoniſtæ de teſtib. Gratian. diſcept. 505. n. 10. Rot. dec. 129. n. 6 par. 2. diuerſ. & corã Ludouiſ. dec. 344. n. 14. & coram Buratto dec. 430. n. 3. & dec. 682. n. 6.*
Vltimo licet teſtes eſſent omnino inconciliabiles, adhuc ex eorum
22 depoſitionibus nõ reſultaſſet nullitas vel Iniuſtitia ſaltem notoria qualis exigebatur ad ſuſpendendam exequtionem trium conformium *ad latiſſime tradita poſt alios per Gabriel. concluſ. p. de exeq. Rei Iudic. n. 8. & ſeq. dixi dec. 32. n. 7. & ſeq.* ſed ad ſummum conſtitue-
23 retur ex facto ambiguo Ius dubium In dubio autem iudicandũ foret pro ſententia *Bertazzo conſ. Ciuli 66. n. 44. Cephal. conſ. 25. n. 42. lib. p. Alciat. de præſ. Reg. 3. præſ. 9.* & fortius iudicandum & ſenten-

ten-

tentiandum eſt pro ſententijs quia plus vident oculi quam oculus
24 & facilius inuenitur quod a pluribus quęritur *can. de quib. 20. Diſt.*
25 Et ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum *cap. in*
omni negotio de teſtib. ſtare etiã poterit in ore duorũ vel triũ iudicum.

ARGVMENTVM

Quis ſit effectus Clauſulæ parito Iudicato & ſine pręiudicio exequtionis. Per Cõſtitutionẽ ſecundi quãdo reuocetur primus procurator.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula parito Iudicato importat vt orator, poſſeſſionem dimittat, fructus reſtituat & expenſas reficiat ante quam audiatur in cauſa.*

2 *Clauſula ſine præiudicio exequtionis non includit expenſas ſicut nec Clauſula Parito Breui*

3 *Clauſula ſine pręiudicio exequtionis vel legitima exequtionis, præſeruat Iudici a quo Ius exequendi non obſtante Inhibitione Iudicis ad quẽ & quid in Clauſula parito iudicato*

4 *Iudex cui committitur Cauſa cum Clauſula parito iudicato habet Iuriſdiſtionem conditionalem*

5 *Exequtio ſententiæ ſpectat ad vltimum iudicem confirmantem*

6 *Agitur ex ſententia confirmante, non ex confirmata.*

7 *Per conſtitutionẽ etiã nullã ſecundi procuratoris etiã nõ acceptãtis cenſetur reuocatus primus, niſi adſit Clauſula Citra reuocationem.*

8 *Procurator, Dñus litis effectus non poteſt reuocari niſi ex noua cauſa.*

9 *Procurator effectus Dominus litis in prima inſtantia, poteſt in ſecunda reuocari.*

DECISIO VI.

IN eadem Appellarunt iterũ RR. Moniales ad Sanctiſſimum & fuit in ſignatura *Iuſtitię* commiſſa
cauſa R.P.D Pirouano cum Clauſula parito Iudi-
1 cato quæ importat vt orator poſſeſſionem dimittat, fructus reſtituat, & expenſas reficiat antequam audiatur in cauſa *ad tex. in cap. fin de Reſt. Spoliat. Rot. dec. 3. de except. in nou. & dec. 2. de lit. context. in antiq.*

Mar-

Marcheſan. de commiſſ. par. p. cap. 2. n. 114. Lancellott. de Attent. par. 2. cap. 18. n. 128. Scaccia de Appellat. quaſt. 19. Remed. 2. n. 116. Martha de Clauſul. par. p. Clauſul. 92. n. p. vbi limitat quoad expenſas
2 quando ſuper eis non adeſſet Res iudicata & ſic eſt pinguior quam Clauſula ſine præiudicio exequtionis quæ non includit expenſas *Mandoſ. de Inhibit. quaeſt. 106. n. 2 Rot. deciſ. 46. de ſent. & Re Iudic. Gratian. diſcept. 349. n. 7.* prout etiã Clauſula Parito Breui non refertur ad expenſas *vt referens Rotam coram Seraph. & Ludouiſ. tradit Martha de Clauſulis par. p. Clauſ. 91. n. 3.*

Sed dubitaui an hoc in caſu ad me vti Iudicem a quo ſpectaret Ius
3 exequendi & ſane quod Clauſula ſine præiudicio exequtionis præſeruet. Iudici a quo Ius exequendi non eſt dubium *Marcheſan. de Commiſſ. par. p. cap. 16. n. 81. Gratian. diſcept. 41. n. 22. Ceſ. de graſſ. dec. 3. n. 4. de ſent. & Re Iud. Seraph. dec. 247. n. p. Beltram. ad Ludouiſ. D. 119. n. 11.* vbi quod idẽ eſt in Clauſula ſine retardatione exequtionis *Ludou. dec. 232. n. p.* vbi quod idem eſt in Clauſula ſine præiudicio legitimæ exequtionis in qua dixit etiã idem *Buratt. dec. 641. n. 18. Iterum Beltram. ad Ludou. dec. 232. n. 4.* vbi quod poteſt ex d. Clauſula Iudex a quo procedere ad exequtionem nõ obſtante inhibitione Iudicis ad quem adducens *Gonſal. Lancellot. Ceſ. de Graſſ. & Rot. in Spoletana attentatorum 5. Iul. 1589. coram Cordub.* quod autem Clauſula parito Iudicato præſeruet Iudicia quo Ius exequẽdi *ſentit. Rota dec. 400. n. p. par. p. Recentiſſimar & coram Ludou. dec. 541. in prin. & n. p* niſi ſit modificata per Clauſulam Arbitrio, tunc enim Iudex cuius Arbitrium reſeruatur, exequitur *Seraphin. dec. 1305. num. p.*
4 & ſuaderi poſteſt ratione nã Iudex cui cauſa cõmiſſa eſt cum Clauſula parito Iudicato exequi non poteſt quoniam habet Iuriſdictionem conditionalem & procedere non poteſt niſi poſt impletam cõditionem & ſic niſi poſt quam fuerit paritũ iudicato & poſt exequtionem ſequtam *vt poſt Socin Alex. & Put. tradit Marcheſ. de commiſſ. par. 1. cap. 2. n. 112. pag. mihi 382. Lancellott de Attent. par. 2. cap. 18. n. 129.* vbi quod non dicitur lis pendere ante quam ſit paritum *Seraph. dec. 945. n. 5. Coccin. dec. 155. n. p. Beltram. ad Ludouiſ. dec. 166. n. 3.* Cum ergo Ius exequendi non ſpectet hoc in caſu ad Iudicẽ ad quem, neceſſario ſpectabit ad Iudices à quibus qui ſententias
5 protulerunt inter quos clariſſimi Iuris eſt ad vltimum Iudicem cõfirmantem ſpectare *Bart. in leg. eos in fine princ. & in leg. præcipimus §. Officijs C. de Iudic. Marant. de ord. Iudic. in cap. de exequtione n. 6. pag.*

mihi 204. Latius Scaccia de Appellat. quæſt. 16. limit. 11. Art. 7. num.
6 *162.* Agitur enim ſemper ex ſententia confirmante & non ex confirmata *Franc. in cap. ex ratione 8. n. 98. de Appell. veſtr. in praxi lib. 8. n. 9. Scaccia de Appell. d. quæſt & d. n. 162. Caſſad. dec. 13. n. 3. de Reſcript.* vnde credidi ad me ſpectare Ius exequendi.

Sed opponebatur etiã pro parte Monialiũ ſiue earũ authoris quod citãdus eſſet ad exequtionẽ procurator cõſtitutus ad appellandũ &
7 qui appellauerat per cuius conſtitutionem cenſebatur reuocatus primus etiã ſi ſecundus nõ acceptaſſet quia ſolũ ad id Domini factũ requiritur *ad tex. in leg. ſi quis cũ procuratorio §. fin ff. de proc. & in cap. non iniuſte vbi Abb. eod. tit. Cremenſ. ſing. 113. & poſt Speculat. Ang. Caſtr. Bald. Boerius dec. 347. n. 2. & 4.* vbi ampliat etiam ſi conſtitutio ſecundi procuratoris eſſet Inualida *Vant de Nullit. ex defect. mandati n 163. Ferentill. ad Buratt. dec. 723. n. 7. & ſeq.* vbi quod per conſtitutionẽ ſecundi etiam nõ acceptantis ac etiã nulliter factã reuocatur primus niſi ſit adiecta Clauſula citra reuocationẽ &c.

Credidi tamen ſufficere citationem primi procuratoris qui erat effectus Dominus litis de cuius exequtione agebatur & cũ nõ ageretur de iudicio Appellationis, nõ videbatur citandus appellans neq; obſtabat Boerius cum alijs allegatis quia non loquuntur de procura-
8 tore Domino litis effecto qui poſt contextationem litis reuocari nõ poteſt inuitus & inuita parte *cap. non iniuſte de proc. leg. ſi quis cũ procuratorio §. fin & leg. poſt litem 17. ff. eod. tit.* niſi ex noua cauſa vt ibi Et quod per Conſtitutionem ſecundi procuratoris, primus effectus Dominus litis non cenſeatur tacite reuocatus & quod nec expreſſe poſſit inuita parte reuocari *firmat Rota corã Buratt. d dec. 723. n. pe*
9 neq; obſtat Vant. loco ſupra citato quatenus oſtendit poſſe procuratorẽ etiam Dominum litis effectum reuocari in ſecunda inſtantia quia licet ſit effectus Dominus primæ inſtantiæ non tamen factus eſt Dominus ſecundę. Nã Reſpondetur quod licet ſit vera doctrina non congruit huic caſui ſed retorquetur ex ſupradictis quoniam agitur de exequtione primæ inſtantiæ vnde primus & non ſecundus videtur citandus.

ARGVMENTVM.

Quando ſit vel non ſit locus Reſtauro ad fauorem Conductoris. Renunciatio caſibus fortuitis quos comprehendat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum eſt probatio probata vlterius non probanda & facit Rem certam & eſt veritas manifeſta*
2 *Inſtrumentum publicum habet pro ſe ſolemnitatis, veritatis & omnem Iuris præſumptionem*
3 *Debitor ex publico Inſtrumento habetur pro Condemnato.*
4 *Inſtrumentũ publicũ non habet exequtionẽ paratam de iure communi.*
5 *Et quid quando eſt Iuratum.*
6 *Habet exequtionem paratam vigore Statuti.*
7 *Competit de Iure Reſtaurũ quando ex iuſto metu impediuntur commercia.*
8 *Petens remiſſionem penſionis, probare debet quantitatem damni paſſi.*
9 *Ad hoc vt competat remiſſio quantum damnum requiratur.*
10 *Conductor tenetur denunciare locatori caſum contingentem in re locata.*
11 *Locatio & venditio fraternizant.*
12 *Emptor tenetur denunciare venditori litem motam ſuper re vendita.*
13 *Contractus a Conuentione, legem accipiunt. Sunt ab initio voluntatis ; ex poſt facto neceſſitatis.*
14 *Generalis Renunciatio caſibus fortuitis an comprehendat inſolitos*
15 *Non videtur valere pactum vt Conductor teneatur ad penſionem etiam in caſu quo re locata non poſſit vti.*
16 *Quando tempore locationis vigebat timor caſus ſuperuenientis, Conductor pro eo agere non poteſt.*
17 *Exceptio firmat Regulam in contrarium in non exceptis*
18 *Ab Arbitri perſona ſemel electa recedi non poteſt*
19 *Arbiter delegare non poteſt.*

DECISIO VII.

DElegata mihi cauſa ab Eminentiſs. Legato de partiũ conſenſu in prima inſtantia Decreui grauamen pro sũma petita ad fauorem DD. de Coſtagutis aduerſus Herculem Pegulam Conductorem Hoſpitij Comaclẽſis motus quoniã Actores fundatam habebãt intentionem in publico locationis Inſtrumẽto quod
1 dicitur probatio probata vlterius nõ probãda *vt poſt Bald. dixit Purpurat. conſ. 31. n. p. inter conſilia Feudalia diuerſorũ Ludouic. deciſ. Peruſ. 26. n. 13. Oſaſch. dec. 72. nu. 4. Amat. deciſ. Fer. vltima n. p.* vbi quod facit

facit rem certã & manifeſtam *Ludouiſ.deciſ.180.n.p.* vbi quod eſt ve-
2 ritas manifeſta. Et habet pro ſe præſumptionem veritatis & ſolẽnitatis *vt poſt Bald. dec. Alciat. & alios dixit Menoch. lib. 2. præſ. 44. n.2. Maſcard. de prob. concluſ. 905. n.p. Buratt. dec. 567. n. 3.* vbi quod
3 habet pro ſe omnem Iuris prçſumptionem. Et debitor ex Inſtrumẽto publico habetur pro condemnato *vt p. ſt Surdum & Rotam tradit.*
4 *Ferentill. ad Buratt. dec. 793. n.7.* Et quamuis de Iure communi non habeat paratam exequtionem *ad tex. in leg. minor. viginti quinque annis cui fideicommiſſum ff. de minor. & poſt Iaſ. & Cagnol. tradit Oſaſcb.*
5 *dec. 129. n. 2. Ludouic. deciſ. Peruſ. 23. n. 32.* etiam ſi ſit iuratum *vt per Scacciam qui de communi teſtatur de Appellat. quæſt. 17. Ampliat. 12. n. 30* licet contrarium *poſt Bart. Fulgoſ. Caſtrenſ. Barbat. Iaſ. Alex. Corſett.*
6 *Senſerit. Marſilius Singul. 356. & Cepolla. cautela 20.* habet certe paratam exequtionem ſaltem quando adeſt Statutũ quod tribuit exequtionem Inſtrumentis prout tribuit *Statutum Ferrariç lib. 2. cap. 20. & fatetur idem Ludouic deciſ. Peruſ. 23. n. 32. loquens in Statuto Peruſino & Scaccia de Appellat. d. quçſt. 17 Ampliat. 12. n. 34.*

Neque obſtabant depoſitiones teſtiũ ſuper prçtenſa remiſſione penſionis ſeu Reſtauro pro damnis paſſis ex cauſa contagij licet vere
7 competat in ſimilibus caſibus quando ex iuſto metu impediuntur cõmercia & mercatores a libera & ſolita negotiatione retrahuntur *ad tradita per Surd dec. 326. n. 18 vbi de Hoſpitio loquitur & per Buratt. dec. 398. n. 3.* non inquam obſtabant quia licet deponerent de damno graui & notabili, non tamen percutiebant certam quantitatem
8 damni paſſi quod requirebatur ad effectum conſequendi remiſſionẽ *Couar. pract. quæſt. cap. 30. n. p. verſ. Alijs placet. Rim. Iun. conſ. 92 n. 15. & 16 lib. p.* Et ratio videtur manifeſta quoniam ignorata quantitate
9 damni, cognoſci non poteſt an competat Remiſſio quæ ſecundum diuerſas Doctorum ſententias non fit niſi quando damnum ſaltem aſcendit ad tertiam partem fructuum vel quando excedit medietatem iuxta communiorem *vt per legiſtas in leg. licet C. locati & per Canoniſtas in cap. potuit de locato vbi fuſius Abb. n. 12. & ſeq. Couar. pract. quæſt. cap. 30. n. p. & 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1333. per tot. Ceuall. in Theſauro com. con.. com. queſt. 57. latiſſime Carocciuſ. De locato par. 4. queſt. p. per tot.* vbi refert ſex diuerſas in hoc Articulo ſententias & in fine præcatur vt ſterileſcant aliquando tot. Doctorũ opiniones.
10 Secundo non obſtabant, quoniam Conductor teneri videbatur ad denunciandum locatori contingẽtiam caſus vt videtur expreſſum in ſi-

in ſimili *in leg. Item quæritur §. exercitu ff. locati* vbi ſi conductor iuſtā habeat cauſam deferendi rem conductam tenetur denunciare locatori & *docet Facchin. controuerſ. Iuris lib. 2. cap. 37. verſ. ego priorem Theſaur. dec. 108. n. p. Riccius Collect. deciſ. 92.* & confert ratio. Quia
11 locatio & venditio fraternizant *Inſt. tit. de locat. in princ. & leg. 2.*
12 *ff. locati* emptor autem tenetur denunciare venditori litem vel caſum in re vendita contingentem, alias venditor non tenetur *leg. emptor C. de euiction. leg. p. C. de peric. & com. Rei vend. Dec. conſ. 74. n. p. Paſett. conſ. 111. n. 10. Riccius poſt alios dec. 91.* Tertio non obſtabāt quoniam legebatur in Inſtrumento pactum Renunciatiuum cuiquūque petitioni Reſtauri vel remiſſionis penſionis ex quouis caſu fortuito etiam inopinato. his verbis adiectis Eccetto che al Sig. Card. Legato non pareſſe per qualche cauſa a lui arbitraria che ſi doneſſe
13 qualche Riſtoro vnde non videbatur a pacto poſſe recedi cum Cōtractus a Conuentione Legem accepiant *leg. p. §. ſi conuenerit ff. Depoſiti & quod ſemel in eis placuit; amplius diſplicere non poteſt cap. quod ſemel De Reg. Iur. in ſex. & quæ ſunt ab initio voluntatis, fiunt ex poſt fa-*
14 *cto neceſſitatis leg. ſicut. 5. C. de action. & oblig.* Quod ſi dicatur ſimplicem licet generalem Renunciationē caſuum fortuitorum non comprehendere caſus inſolitos *vt poſt Bart. Iaſ. Alex. Crauett. docet Gratian. Diſcept. 195 n. 7. Buratt. dec. 210. n. 9. & dec. 354. quę eſt Ferrarien. Affictus n. 5.* quod ampliatur etiam in Renunciatione iurata ſecundum opinionem quam receptiorem eſſe teſtatur *Ceuall. com. op. con. com. quæſt. 702. n. 4 & ſequta eſt Rota in vna Romana Remiſſionis affictus coram Millino quam refert Gratian. d. diſcept. 195. n. 9. & corā Buratto in Ferrarien. Affictus dec. 210. n. 10.* licet contrarium videlicet quod Renunciatio præſertim Iurata comprehendat etiam inſolitos caſus *probet Facchin. controuerſ. Iur. lib. p. cap. 83. & ante eū Bald. Ang. Alex. Imola & alij relati per Ceuall. d. quæſt. 702. n 2. Surd. Dec. 326. n. 4. & n. 52.* vbi ſolum limitare videtur quando caſus eſſet valde inſolitus; Et huic ſententię fauere poteſt *tex. qui pro contraria inducitur in leg. fiſtulas 78. §. fin ff. de contrahen. emption.* vbi diſponitur quod ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum tenetur de inſolito, non autē de ſolito & ita sūmat ibi Bart. quod caſus fortuitus proprie eſt caſus
15 inopinatus & non ex conſuetudine eueniens ſed quod non valeat pactum quod Conductor teneatur ad penſionem etiam in caſu quo re locata vti non poſſit, videtur firmare *Buratt. dec. 359. n. 10.* Tertio reſpondetur remouendo diſputationem Iuris ex facto, quod is de

H quo

16 quo agitur nõ videtur caſus inſolitus ad effectum de quo in cauſa nam potuit præuideri & precogitari cum tempore locationis vigeret eius timor *ad tex. in leg. qui bona 13. §. de illo ff. de Damn. Infect.* ibi ſi ab Initio ruinoſas ædes conduxerint, habent quod ſibi imputēt, *gl in leg. habitatores in verb. vere ff. locat. & poſt Bald. Alex Boſſ. tradit. Ludouic. dec. Peruſ. 106. n. 31. & 32 Rim. Iun. conſ. 92. n. 26. lib. p. Rot. Romana dec. 745. n. 2. & 3. par. p. diuerſ.* Quarto reſpondetur quod licet Reſtauro locus eſſet vtique non poſſet ei locus eſſe niſi ſecundum arbitrium Eminentiſſimi Legati attenta Reſeruatione & exceptione de qua ſupra in Inſtrumento expreſſa quæ quidem excep-
17 tio firmat Regulam contrariam in omnibus non exceptis adeo vt vnius caſus incluſio ſit aliorum omnium excluſio *leg. nam quod liquide §. fin ff. de pen. legat. cap. 2. de Coniug. Leproſ. can. Dominus 32. quæſt. 7. leg. quæſitum §. denique vbi Bart. not. ff. de fund. Inſtruct. Rim. Iun. in terminis locationis d. conſ. 92. n. 19. & 20. Coccin dec. 157. n. 4. Buratt.*
18 *dec. 159. n. 2. & dec. 391. n. 3.* & ab Arbitri perſona ſemel electa recedi non poteſt *leg. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. leg. quidam exiſtimauerunt ff. ſi cert. pet. leg. fin C. de Contr. empt.* vbi quod Arbitro deficiente non recurritur ad Arbitrium boni viri, contraria coniectura immo potius Diuinatione expulſa vt ibi dicitur. Et quamuis cauſa fuerit mihi commiſſa in ſtatu & terminis, exiſtimaui huiuſmodi Arbitrium vel non fuiſſe delegatum vt opus erat videlicet ſpecialiter & expreſſe *ad tex. & ibi tradita in cap. qui ad agendum de procur. in*
19 *ſex.* vel verius credidi tanquam perſonale non eſſe delegabile *ad tex. in leg. ſi cum dies §. quæſitum & in leg. qualem ff. de Arbitr. & in d. leg. quidam exiſtimauerunt ff. ſi cert. pet. cum ſimilib. de quibus ſup. & poſt Rom. Pariſ. Put. docuit Menocch. de Arbitr.* Iudic. *lib. p. quæſt. 54. nu. p.* Ideo Decreui grauamen pro petita ſumma librarum *1052.* Reſeruato Iure reſtauri quatenus competat Arbitrio Eminentiſſimi Legati iuxta formam Inſtrumenti.

ARGVMENTVM.

An pro Legatis competat via exequtiua. An & quando teneatur hæres ſatis dare de legatis ſoluendis. Quid probare debeat fideicommiſſarius ad obtinendum. Quando teneatur hęres vltra vires hęreditarias.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pro Conſequtione legatorũ non cõpetit via exequtiua iuxta opinionẽ Rotæ*
2 *Quam ſeruat etiam in cauſis ſibi commiſſis cum facultatibus A. C:*
3 *Quod pro legatis cõpetat via exequtiua videtur æquior & verior opinio.*
4 *Et videtur de plano procedere ſaltẽ quãdo teſtamentũ non controuertitur:*
5 *Et ſeruatur in Tribunali Auditoris Cameræ.*
6 *Et videtur ſeruanda Ferrariæ attento Statuto.*
7 *Legatarius qui egit via ordinaria, non poteſt ad exequtiuam tranſire:*
8 *Qui cæpit agere ordinarie, nõ poteſt etiã vigore obligationis Cameralis agere exequtiue. Tex. in leg. vbi cæptũ procedit quo ad locũ & quo ad modũ.*
9 *Hæres tenetur præſtare cautionem de ſoluendis legatis.*
10 *Poſſidens immobilia regulariter non tenetur ſatisdare.*
11 *Hæres tenetur ſatisdare de legatis ſoluendis, cuiuſquunq; facultatis exiſtat*
12 *Satisdatio prædicta peti poteſt etiam in ſecunda inſtantia ſed ante Contextationem.*
13 *Agẽs ex fideic õmiſſo tenetur oſtẽdere illud purificatũ eſſe ad fauorẽ ipſius.*
14 *Et probare idemtitatem bonorum pro quibus inſtat.*
15 *Hęres non conficiens Inuentarium tenetur vltra vires hęreditarias Creditoribus & legatarijs.*
16 *Inuentarium Cohæredis, cohęredi non prodeſt.*
Simplex eſt qui ſimpliciter hæreditatem agnoſcit:
17 *De æquitate Canonica hæres præſertim Clericus non tenetur vltra vires hęreditarias licet. Inuentarium non confecerit.*
18 *Hęreditas præſumitur opulenta, niſi contrarium hęres probet, & dicitur titulus lucratiuus.*
19 *In foro Cõſcientię nõ tenetur hęres vltra veras vires hęreditatis & quare*
20 *In foro Cõſcientię ceſſat pręſũptio. Forus conſciẽtiæ eſt tribunal veritatis*
21 *Heres non beneficiatus tenetur vltra vires hęreditarias de Iure Ciuili & in foro contentioſo:*

DECISIO VIII.

COndemnatus R. D. Iulius Cæſar Blanchettus ad ſoluendũ legatũ ſcutorum ducentorum D. Caſandræ de Montibus Appellauit & commiſsa mihi cauſa cum Clauſula conſtito de Re iudicata vel quod alias locus ſit exequtioni, exequatur, ſin minus cauſam appellationis cognoſcat, de

tri-

tribus contigit dubitari. Primo an pro Legatis cōpetat via exequ-
tiua. Secundo an ſaltem hęres teneatur ſatisdare de legato ſoluen-
do. Tertio an in caſu propoſito teneretur hęres ſoluere legatum,
non obſtante obiecto fideicōmiſſo.
1 Quo ad primū quod pro conſequtione legati via exequtiua nō cō-
petat ſenſerunt *Alex. & dec. quos refert & ſequitur Menocch. de Adipis
cen. poſſ. Rem. 4. n. 694. & 696. vbi ſubdit. male ſenſiſſe Angelum So-
cin. Alciat. & alios qui cantrariam ſententiam amplexi ſunt & hanc eſſe
communem opinienem teſtatur Scaccia de Appellat. quaſt. 17. limit. 37. n.
12. & hanc ſequitur Rota Rom. vt in vna vrbeuetana coram Blanchetto
& in alia mediolanen. coram Pamphilio & refert. Gratian. diſcept. 62. n.
18. Ferentill. ad Buratt. dec. 208. in litt. B.* vbi quod Rota procede-
2 re noluit exequtiue etiam in cauſa ſibi commiſſa cum facultatibus
Auditoris Cameræ. Affirmatiua tamen ſententia & ſic quod
3 via exequtiua pro Legatis competat placuit *gl. in §. Illud in verb. De-
creto Authent. de hæred. & falcid. quam poſt Ang Soc. dec. Natt. Iaſon. de-
fendit Ludouic. dec. Peruſ. 23. n. 9. aſſerens hanc eſſe veriorem & equio-
orem opinionem, prout veriorem eam dixit Gratian. d. Diſcept. 62. n. 16.
& quod eam ſeruat Romæ Signatura Iuſtitię & communis ſtilus & praxis,
Marcheſan. de commiſſ. par. p cap. 16. n. 63. Iterum Gratian diſcept. 254.
4 n. 44. & 45.* vbi quod de plano procedit quando teſtamentum non
5 negatur, & hæc opinio ſeruatur in tribunali Auditoris Camerę *Ferē-
6 till. ad Buratt. dec 208. litt. B.* Et videbatur admittēda facilius in caſu
propoſito in quo aderat *Statutum Ferrariæ lib. 2. cap. 20. Rub. quando
de debito apparet per publicum Inſtrumentum in verſ. Habeant etiam locū
prædicta in vltimis voluntatibus & faciunt tradita per Ludouic. deciſ.
Peruſ. 23. n. 32. & per Scacciā de Appellation, queſt. 17. Ampliat. 12. n. 34.*
Ego tamen aſſignaui terminum ad probandum incumbentia & ita
credidi viam exequtiuam in caſu propoſito nō competere motus ex
7 eo quod quādo Legatarius vt hic egit via ordinaria & obtinuit dif-
finitiuam ſententiam, non poteſt amplius redire ad viam exequti-
uam *Grat. conſ. 74. n.* 8. *Boerius dec. 291. n. 12. quos ſequitur Marcheſan.
de Commiſſ. par. p. cap. 16. n. 69. & poſt alios Rota dec. 790. n. p. par. 4. Di-
uerſ. & coram Buratto dec. 208. n. 2. vbi quod in his terminis ceſſat Diſ-
8 putatio.* Sic etiam vigore obligationis Cameralis agi non poteſt exe-
qutiue quando fuit cęptum Iudicium via ordinaria *Rota in Romana
pecuniaria 28. Iun. 1593. coram litta quam refert, & ſequitur coram Bu-
ratto dec. 561. n. 5. vnde textus in leg. vbi cęptum de Iudicijs* qui

loqui-

loquitur quo ad locum ampliari poteſt vt procedat etiã quo ad modum adeo vt Iudicium finiri & terminari debeat vbi & quomodo cæptum eſt.

9 Quo ad ſecundum, teneri videbatur hæres ad ſatiſdandum *ex Diſpoſ. tex. in leg. p. ff. vt legat nom. caueatur & tradit Lancellott. de Attẽt. par. 2. cap. 12. limit. 34. n. p. Scaccia de Appellat. queſt. 17 limit. 37. n. p.*

10 Neq; obſtabat Reſponſio Blanchetti quod ipſe tanquam poſſeſſor bonorum immobilium reuelari deberet ab onere ſatisdandi *leg. ſciẽdum ff. qui ſatiſd. cog. quoniam deſumebatur replicatio ex eod. tex. in leg. p.*

11 *ff. vt legat. nom. caueatur* in verſic. cuiuſqunq; facultatis exiſtat *& dixit Ludouic. deciſ. Peruſ. 62. n. 2.* vbi quod ab huiuſmodi cautione nec etiam Ditiſſimus excuſatur.

12 Et quod cautio prædicta peti poſſit etiam in ſecunda inſtãtia diſponit *tex. in leg. poſtquam heres §. Imperator ff. vt legat nom. caueat. licet tex. in leg. p. §. plane ff. eod. tit.* exigat vt petatur ante litẽ contextatã. Quo ad tertium credidi allegatũ fideicommiſſum non eximere Blã-

13 chettum ab obligatione ſoluendi legatum. Primo quia non conſtabat eueniſſe & purificatum eſſe caſum fideicõmiſſi ad fauorem ipſius Blanchetti; quod ante omnia conſtare debebat *ad late tradita per Pereg. de fideicom. art. 43. n. 35. & 60.* Secundo quia non conſtabat de Idemtitate bonorum fideicommiſſo prædicto ſubiectorum, quã

14 probare tenetur fideicommiſſarius, ſi vult obtinere, alias ſuccũbit *Maſcard. de prob. concluſ. 779. n. 39. Fuſar. de ſubſtit. queſt. 616. n. 20.*

15 Tertio quia Blanchettus erat hæres legantis abſque Inuẽtario vnde non poterat allegare fideicommiſſum nam ſic adeundo quaſi cõtraxerat cum creditoribus & legatarijs hæreditarijs quibus propterea tenebatur etiam vltra vires hæreditarias *iux. tex. in leg. fin. C. de Iur. Delib. & in §. ſi vero non fecerit Auth. de hæred. & falc. Beltram. ad Ludou. dec. 421. n. 15. in fine Buratt. d. 521 n. 6. & 7.* vbi quod nec

16 Inuentarium cohæredis, cohæredi prodeſt vnde vere ſimplex eſt qui ſimpliciter hoc eſt non confecto Inuentario, hæreditatẽ agnoſcit & ſciens ſe ſubicit oneribus quæ ſcire non poteſt.

17 Et quamuis de ęquitate Canonica hæres, etiam Inuentarium non conficiens non teneatur vltra vires hæreditarias *Bald. in leg. hæreditate in fine ff. de acq. hæred. quem refert. Ludou. dec. 181. n. 8.* quę ſeruanda videbatur pręſertim cum Clerico qui licet non conficiat inuentarium non videtur teneri vltra iures hæreditarias *ex traditis per Martam de Iuriſd. par. 4 cap. 75.* attamen dicebam quod allegata Cõ-

cluſio controuerſa eſt *ex allegatis per Ceuall. in Theſaur. com. con. tom. queſt. 411. verſ. ſed contrariam* ſed omni in, caſu videtur primo reſponderi poſſe Concluſionem procedere poſſe quando conſtaret de exauſtione hęreditatis & ſic quod eius vires non ſubſiſterēt ſed do-
18 nec contrarium conſtet, hæreditas præſumitur ſoluendo & opulēta aduerſus hæredem qui non confecit Inuentarium *ad tradita per Beltram. ad Ludou. dec. 266. n. 16. verſ. prędicta vero non procedunt Buratt. dec. 589. n. 23. & 24.* vbi quod ideo dicitur titulus lucratiuus.
19 Secundo reſpōdetur Concluſionem procedere quo ad forum Cōſcientiæ vt vide licet hęres non teneatur vltra veras vires hæreditatis excommuniori ſententia quam firmat *Ceuall. com. con. com. queſt. 411. n. p. poſt Bart. Abb. Iaſ. Alciat. Couar & alios*; & eſt ratio quoniam leges diſponentes hæredem vltra vires hæreditarias teneri, fundamentum habent in pręſumptione quod hęreditas ſit ſoluendo & quod potius hæres ſubtraxerit *ad tex. in §. Sancimus Auth. de hęred.*
20 *& falcid. Ludou. dec. 511. n. 29.* At in foro Conſſientiæ quod eſt tribunal veritatis ex Baldo ceſſat præſumptio *cap. tua nos cap. Is qui fidē*
21 *de Sponſ. Menocch. de præſ. lib. p. queſt. 88. n. 15.* vnde in foro contentioſo ſeruanda eſt lex Ciuilis *ex late cōgeſtis in his terminis per Fanucc. de Inuentar. par. 7. n. 274. & 275. & 289. in fine.*

ARGVMENTVM.

Statutum ſuper Deſertione an ſit Dęciſorium vel ordinatorium. Sententia ſuper Deſertione quando ſit Diffinitiua vel Interloqutoria. Recognitio per habentem notam manum quando ſit admittenda.

SVMMARIVM.

1 *Per Deſertionem lis moritur licet poſſit per Principem reſuſcitari.*
2 *Forēſis nō ligatur Statuto inducēte deſertionē tāquā Deciſorio ſec. aliquos*
3 *Statutum præfigens terminos ad appellandum ſub pęna deſertionis videtur ordinatorium*
4 *Ampliatur etiam ſi Statutum loquatur de deſertione diffinitiua*
5 *Statutum ordinatorium ligat etiam non ſubditos litigantes in loco Statuti ſiue coram ordinario ſiue coram Delegato.*
6 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
7 *Statutum non debet ſic intelligi vt remaneat eluſorium.*

8 Con-

8 *Connexorum idem eſt Iudicium.*
9 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet & non alijs imputare*
10 *Forenſis contrahens in loco ligatur Statuto loci quo ad ſolemnitates adhibendas in contractu.*
11 *Sententia ſuper Deſertione habet vim diffinitiuę*
12 *Sententia diffinitiua non poteſt ab eod. Iudice corrigi etiam ead. die.*
13 *Sētētia ſuper Deſertione quo ad Iudicē nō videtur habere vim diffinitiuę*
14 *Sententia Beneficialis quo ad Iudicem numquam tranſit in Iudicatum.*
15 *Sententia lata ſuper Deſertione diffinitiuę, videtur diffinitiua, lata verò ſuper deſertione interloquutoriæ, videtur Interloquutoria*
16 *Sententia qua negatiue declaratur cauſam non eſſe deſertam videtur diffinitiua & quare vbi vide ſimile de ſententia ſuper incompetentia*
17 *Sententia notorie iniuſta non tranſit in iudicatum.*
18 *Sententia nulla non confirmatur per Deſertionem*
19 *Recognitio per habentem notam manum ſolet eſſe fallax*
20 *Quod quiſq; Iuris in alium ſtatuerit, eo ipſe vti debet*
Seruanda eſt ęqualitas in Iudicijs
21 *Recognitio per habentem notam manū quādo admittatur & n. 22. & 23.*
24 *Sufficit in Recognitione dicere quod ſibi videtur ſcripta manu talis.*
25 *Admittitur atteſtatio per habentem notam vocem.*
26 *Admittitur Recognitio per comparationem ſcripturę*
27 *In dubio Iudicandum eſt cauſam non eſſe deſertam.*
28 *In dubio Iudicandum eſt pro ſententia*
29 *Aduerſus Deſertionem competit Reſtitutio facta exequtione & refectis expenſis*

DECISIO IX.

D. Franciſcus de Nigris ex vna parte & Iacobus de Rimino ex altera tanquam Creditores Iſach. Hebrei obtinuerant ſequeſtra ſuper pecunijs hæreditarijs debitoris prædicti, quorum occaſione prolatæ ſunt tres partim diuerſæ partim aduerſæ ſententiæ. Prima D. Gub. Lugi pro prȩlatione Franciſci: Secunda Gub. Maſſæ pro prȩlatione Iacobi: Tertia D. Prȩtoris Rotȩ declarans deſertam Appellationem Franciſci a ſententia Gubernatoris Maſſæ. Commiſſa mihi cauſa in quarta inſtantia, confirmaui tertiam ſententiam Prætoris ſuper Deſertione motus quoniam licet fue-

fuerit appellatum intra tempora, proſequtio tamen appellationis facta fuerat extra tempora *a Statuto præſcripta lib 2. cap. 65. ſub ex-
1 *preſſa pæna Deſertionis* & certum eſt quod per Deſertionem lis dicitur mori *vt loquitur tex. in leg. 2. ff. Iudic. ſolu.* Ibi mortua lite lis nulla eſt & fingitur retro nihil actũ in odiũ deſerentis *Magon. deciſ. Flor. 55. n.* 10. licet reſuſcitari poſſit ex gratia principis qui poteſt inſufflare ſpiritum vitæ in cauſa mortua *vt poſt Ang. inquit* Capicius *dec. 69. num.* 4.
2 Neque obſt. quod D. Franciſcus tanquam piſaurenſis & ſic forenſis non ligetur prędicto Statuto Ferrarię tanquam Deciſorio quatenus deſertionem inducit *ad tradita per Bertazzol. conſ. crim. 469. n. 9. lib. 2. Maſcard. de interp. Stat. concluſ. 6. n. p. & concluſ. 7. n. 77. Gratian. diſcept. 524. n. 49. Amat. dec. Fer. 2. n. 24.* nam reſpondetur quod im-
3 mo Statutum prædictum præfigens terminos ad appellandum & proſequendum ſub pæna deſertionis videtur ordinatorium *ad tradita per Franc. in cap. ſi duobus §. denique n. 5. de appell. Caſtrenſ. conſ. 140. n. 3. & 4 lib. p. Alex. conſ. 12. n. 12. lib. 6. Put. qui plus dixit dec. 480. n. 4. lib. 2. Rot.* Bonon. *diuerſ. dec. 139. n. 6. & 12. Gratian. diſcept. 486. n. 31. & diſcep. 524. n. 48* qui vtrobique ampliat ſiue ſimus in inter-
4 lcqutoria ſiue in diffinitiua certum eſt autem quod Statuta ordina-
5 toria ligant etiam non ſubditos litigantes in loco Statuti tam corã ordinario quam coram delegato *Maſcard. poſt alios de Interp. Stat. concluſ. 6 n. 200. Martha de Iuriſd. par. 3. cap. 31.* & cum Statutum prædictum ſit ordinatorium quatenus præfigit terminos ad appellandũ & proſequendum vt patet ſenſui & ex aduerſo non negatur, dici nõ poteſt eſſe Deciſorium quatenus inducit deſertionem terminis non
6 ſeruatis quoniam hęc tanquam acceſſoria ſequitur naturam principalis *leg. cum principalis ff. de Reg. Iur. cap. acceſſorium de Reg. Iur. in ſex.* Et ſi Statutum prædictum ligat forenſem quo ad tempora, ligabit etiam quo ad Deſertionem, alias enim in effectu non ligaret in aliquo & prefixio temporum nihil operaretur niſi operaretur commi-
7 natam a Statuto deſertionem & ſic Statutum remaneret ventoſum & eluſorium, quod non eſt dicendum *ad tradita per Maſcard de Interp. Stat. concluſ. 12. n. 17. & in ſimilibus termiuis per Amat. dec. Fer. 2. n. 25.* Confirmatur ratio prædicta quia nihil prodeſſet ligare legem prænalem quo ad prohibitionem delicti, ſi non ligaret quo ad pænam impoſitam delinquenti *ad tex in leg. legis virtus ff. de legib* ibi imperare vetare, punire. Si ergo Statutum ligat quo ad præfixionẽ

ter-

Digitized by Google

terminorum, ligabit etiam quo ad pœnam terminos non ſeruantis quæ eſt hoc in caſu deſertio. Et cum deſertio ipſa ſit quid Connexũ
8 cum ipſa non proſequtione, idem cum illa iudicium ſortietur *ad text in leg. cum autem ff. de nec geſt. & in cap. translatio de Conſtit.* nec videtur conſiderandum quod per deſertionẽ cauſa pereat, quia ſibi debet id imputare forenſis qui tenebatur & poterat ſeruare termi-
9 nos & non ſeruauit & damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet & non alijs imputare *cap. Damnum quod quis de Reg. Iur. in ſex.* & ipſe ſe volens huic pænę, ſubiecit *ad tex. in leg. Imperatores ff. de Iur. Fiſci*. Sic in ſimili ſi forenſis litigans, non ſeruet formas ordinatorias a Statuto præſcriptas ſub pœna nullitatis actus, non poteſt conquęri ſi ſibi actus, iudicium & cauſa pereat nec minus allegare quod ligetur quo ad ordinem agendi & non quo ad nullitatem actorum quoniam id eſſet non ligari contra ſup. dicta n. 5. ſic etiam forenſis contrahens, ſi non ſeruet in contrehendo formã Statuti loci in quo contrahit, contractus erit nullus, neque is prætendere poterit ſeSta tuto ligari quo ad formam contrahendi, & non quo ad nullitatem contractus, quoniam id eſſet in effectu Statuto nullo modo ligari
10 & eſſet aduerſus communem Theoricam *Bart. in leg. Cunctos populos C. de ſum trin. & fid. Cat. n. 13. Abb. conſ. 52. n. 3. lib. 2. Caputaq. dec. 283. par. p. Gratian. diſcept. 9. n. p. diſcep. 353. n. 2. diſcep. 289. n. 8. diſcept. 854. n. 30.* Non obſt. ſecundum obiectum quod cum Prætor ſemel aſſignauerit terminum ad probandum & ſic ſaltem tacite declarauerit cauſam non eſſe deſertam, non potuerit ab hac pronunciatione diſcedere & cauſam expreſse declarare deſertam vt fecit,
11 quia ſententia ſuper deſertione habet vim diffinitiuæ *Franc. in cap. tua nobis de appell. Guid. pap. quæſt. 11. n. p. Scaccia de appell. queſt. 17. li-*
12 *mit. 47. n. 185.* vnde non poteſt ab eodem Iudice reuocari *ad tex. in leg. quod iuſſit ff. de Re Iudic.* ibi quod iuſſit vetuitque Prętor poteſt contrario imperio tollere. Secus eſt de ſententijs *vbi Alex n. 12. 17. & 29.* Immo nec eod. die poteſt Iudex ſuam diffinitiuam ſententiã etiam iniquam corrigere *leg. cum quęrebatur ff. de Re Iudic. de quo tamen dixi det. 24. n. 7. & ſeq.*
13 Non inquam obſtat nam Primo reſpondetur quod ſaltem quo ad Iudicem ſententia ſuper deſertione non videtur habere vim diffinitiuę *ex traditis per Oldrad. conſ. 106. n. 3. Theſaur. dec. 122. n. 12 Scacc. de Ap qu. 17. limit 47. n. 185.* ſic etiam in ſimili dicimus quod ſenten-
14 tia Beneficialis quo ad Iudicem non tranſit in iudicatum licet ſe-

K cus ſic

cus ſit quoad partes *Marant. de ord. Iudic. tit. de ſententia ſub ſumm.* & quamuis huic reſponſioni obſtare videatur diſtinxio illa quod ſē-
15 tentia ſuper deſertione appellationis ab interloquutoria ſit interloquutoria ſed ſententia lata ſuper deſertione appellationis a diffinitiua ſit diffinitiua quam probat *Guid. Pap. quæſ. 11. n p. & poſt Felin. Seraph. dec. 565. n. 10.* vere tamen non obſtat quia procedit & ita loquitur Seraph. quoad effectum admittendę vel reiiciendæ appellationis non autem quoad effectum reuocationis a Iudice faciendæ. Secundo reſpōdetur quod licet ſententia per quam affirmatiue declaratur cauſam eſſe deſertam dici poſſit diffinitiua ſaltem quo ad effectum quia non expectat aliam ſentētiam poſt ſe & quia per eam
16 finitur Iudicis officium, ſententia tamen in qua nos verſamur per quam negatiue declaratum fuit tacite, cauſam nō eſſe deſertam nō videtur dici poſſe diffinitiua, quoniam expectat aliam ſententiam poſt ſe & per eam Iudicis officium non finitur vnde militant Regulæ communi Doctorum conſenſu firmatæ ad dignoſcendam ſententiam interloquutoriā a diffinitiua *Matteſil ſing. 39. Marant. poſt alios de ord. Iudic. par. tertia ſextę partis principalis n. 39 42. 43. & 46. & conferunt ad hoc tradita per Scacciam de Appell. quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. n. 48. & quæſt. 19. Remed. p cōcluſ. 6. n. 54. pag. mihi 561. vbi ex Bart. Iaſ. & Rip.* oſtendit poſſe Iudicem reuocare ſententiam qua pronunciat ſe comperentem licet ſecus ſit in ea qua ſe incompetentem pronunciaret, quia videlicet per hanc expirat Iudicis officium & alia ſententia non expectatur quod non eſt in illa.
17 Non obſt. Tertium quod ſcilicet ſententia Gub. Maſſæ tanquam non iuſtificata ex actis & ſic tanquam notorie iniuſta non potuerit in iudicatum tranſire *ad tex. in cap. inter cæteras de Re Iudic. & ibi not. Gabriel. concluſ. 10. de ſententijs n. p. Scaccia de App. quæſ. 15. n. 206. Beltram. ad Ludou. dec. p. n. 6. Buratt. dec. 293. n. 2 & dec. 823. n. 2.* & in
18 ſpecie quod ſententia continens expreſſum Iuris errorem tanquā nulla non confirmetur per deſertionem *tex. eſt in leg. ſi expreſſim 19. ff. de App.* non inquam obſt, quoniam de huiuſmodi Iniuſtitia præſertim notoria tunc non docebatur nam ad id quod dicebatur non conſtare de credito Iacobi ex quo deficeret legitima recognitio litterarum quæ non fuerant in forma recognitæ ſed ſolum per haben-
19 tem notam manum quę recognitio ſolet eſſe fallax *Buratt dec. 611. n. 6.* Primo reſpondetur quod defectus probationis præſertim quādo non eſt omnimodus & totalis non videtur conſtituere notoriam in iuſti-

iniuſtitiam *ex allegatis infra dec. 33. n. 15.* Secundo quod etiam lit-
terę productę pro D. Nigro erant eod. modo recognitæ vnde ſi non
probant illæ nec iſtæ probabunt & vel neutra probatio erit admit-
20 tenda vel vtraque, quia quod quiſque Iuris in alium ſtatuerit, eo
ipſe vti debet *vt in Rub. & tot. tit. ff. quod quiſque Iuris* præſertim in
Iudicijs in quibus ſeruanda eſt æqualitas *cap. cũ Inter de except. Amat.
deciſ. Fer. 11. n. 12 Buratt. dec. 4. n. 4. quæ eſt Ferrarien. pecuniaria.* Ter-
21 tio reſpondetur quod huiuſmodi recognitio admittitur in ſcriptu
ris quæ fieri ſolent abſente parte & abſque teſtibus *Rot. dec. 570. n. 1.
par. p. diuerſ. Buratt. dec. 624. n. p.* huiuſmodi autem ſunt litteræ miſſi-
uæ productæ pro Rimino, licet productæ pro D Nigro cum ſint lit-
terę cambij, forte non ſint huiſmodi & in ſcripturis etiam publicis
ſufficit prædicta recognitio *vt poſt Put. dixit Ludouiſ. dec. 38. n 5. &
22 ibi Beltram.* Admittitur etiam de ſtylo Romanæ Curiæ eadem re-
cognitio in omnibus ſcripturis in quibus teſtes non ſunt neceſſarij
& etiam extra Curiam ſaltem quo ad ſemi plenam probationem *Rot.
dec. 124. n. 2. & 4. par. 2. diuerſ* Immo quo ad plenam probationem
23 *vt probat Amat. dec. Ferr. 2 n 19 & 21.* ſed concurrentibus admi-
niculis vtique plene probat *Rot. d. dec. 124. n. 3. & corã Buratto dec.
292. n. 15. & dec. 386. n. p. & 4 & dec. 624. n. 2. Amat. dec. Fer. 2. n. 19.
& 30. late Gratian. diſcept. 895. n. 31. & prius diſcept. 710. n. 9. & ſeq.*
24 & quod ſufficiat in Recognitione ſcripturę dicere quod ſibi vide-
tur ſcripta manu talis, dixit *Seraph. dec. 522. n. p. & 4.* in ſimili etiam
25 admittitur atteſtatio per habentem notam vocem *Buratt. dec. 634.
26 n 4.* Admittitur etiam recognitio per comparationem litterarum
*tam ex Statuto Ferrariæ lib. 2. cap. 21. quam ex diſpoſitione Iuris commu-
nis Amat. deciſ. Fer. 26. n. 4. & ſeq.*

27 Non obſtat quartum quod in dubio Iudicãdum ſit appellationem
& Cauſam non eſſe desertã *Caſtr. in leg. p. per illum tex. ff. ſi quis cau-
tion. Dec. in cap. vt dilectus de appell. & in leg. quoties nihil n. 2. ff. de Reg.
Iur. Tiraq. in tract. Le mort. Saiſit le vif par. 6. Decl. 6. n. 10. Vant. de
nullit. tit. quib. mod. ſent. null. n. 128. Ludouic. deciſ. Peruſ. 35. n. 10.* hĩ
Primo reſpondetur quod non ſumus in dubio ex ſupradictis quę vi-
dentur dubitationem excludere Secundo quod etiam ſi verſaremur
28 in dubio, adhuc cum hic adſit vna ſententia pro deſertione, in
dubio pro ſententia ſententiandum & iudicandum foret *poſt Fulgoſ.
Cephal. conſ. 25. n. 52 lib. p. Bertazz. conſ. Ciuili 66. n. 44 Alciat. de praeſ.
Reg. 3. praeſ. 9. n. 8.*

29 Quæ

29 Quæ omnia facilius procedunt attenta Conſtitutione Rotali n. 29. quæ tribuit remedium reſtitutionis aduerſus deſertionem facta tamen exequtione & pręſtita cautione vt ibi & loqui videtur etiam in caſu in quo victus optimum ius in meritis foueat, licet quando de hoc conſtaret notorie, forte dubitari poſſet.

ARGVMENTVM.

Ad quem Iudicem ſpectet Ius exequendi ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet exequtioni demandari per Iudicem qui eam tulit*

2 *Clauſula ſine praiudicio exequtionis etiam legitimę præſeruat Iudici a quo Ius exequendi*

3 *Sententia debet exequtioni demandari per Iudicem confirmantē & quare*

4 *Quando declaratur cauſa Deſerta, exequtio fit non per Iudicē declarantem Sed per eum a cuius ſententia fuerat interpoſita appellatio deſerta.*

DECISIO X.

IN ead. cauſa pro parte D. Nigri interpoſita fuit Appellatio ad Eminentiſſimum Legatum qui commiſit cauſam in meritis cognoſcendam ſine pręiudicio exequtionis ſed cum notarius mihi ſignandas litteras exequtoriales attuliſſet, ſignare eas nolui, quoniam credidi ius exequendi ſpectare ad D. Gub: Maſſę.

1 Primo quoniam agebatur de exequenda ſententia per ipſum lata & regula eſt quod ſententia debet exequtioni demandari per Iudicē qui eam tulit *cap. quo ad conſultationem de ſent. & Re Iudic. leg. cum quadam puella ff. de iuriſd. omn. Iudic. Marant. de ord. Iudic. tit. de exeq. n. 2.*

2 & Clauſula ſine pręiudicio exequtionis ſiue etiam legitimę exequtionis prœſeruat iudici a quo ius exequendi *Marcheſ. de commiſſ. par. p. cap. 16. n. 85. Gratian. diſcept. 41. n. 22. Seraph. dec. 247. n. p. Ludou. dec. 232. n. p. & 4. Buratt. dec. 641. n. 18. & dixi ſup. dec. 6. n. 3.*

3 Secundo quia, licet quando ſententia confirmatur in meritis, demandanda ſit exequtioni per Iudicem confirmantem, quoniam

agi-

agitur ex ſententia confirmante & non ex confirmata *Bart. in leg. eos & in leg. præcipimus §. officijs C. de Iudic. veſtr. in praxi lib. 8. cap. vlt. verſ. quod ſi non tempore Scaccia de Apell. quaeſ. 11. n. 162 Burat. Dec. 22. n. 8.* vbi quod ſpectat exequtio ad Iudicem qui vltimam
4 ſententiam tulit. Attamen quando cauſa declaratur deſerta, exequtio fit per Iudicem a quo non autem per Iudicem declarantem *Bart. & DD. in leg. ſi contra C. de Appell. Bald. in Auth. ſi quis litigantium C. de epiſcop. Audien. veſtr. in praxi lib. 8. cap. vlt. verſ. ſed dices Marant. de ord. Iudic. tit. de exeq. n. 1.*

ARGVMENTVM.

In Inueſtitura accepta pro perſonis quæ ſuccedere ſolent ſecundum conſuetudinem vſuum Ferrariæ qui ſuccedant. Beneplacitũ Apoſtolicũ quando pręſumatur Alienans Rẽ emphyteoticã quãdo incidat in caducitatẽ & quando alienans partẽ cadat a parte vel a toto.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vniuerſalis excludit etiã filiũ in Inueſtitura accepta pro ſe & filijs & illis perſonis quę ſuccedunt ſecundum conſuetudinem vſuum Ferrariæ.*
In ẽphyteoſi accepta pro ſe filijs & heredibus, filius nõ ſuccedit niſi ſit hęres
2 *Fœmina eſt finis Agnationis & principium Cognationis*
3 *Poſt triginta annos Beneplacitũ Apoſtolicũ etiã nõ enunciatũ pręſumitur*
4 *Emphyteoſis poſt 30. annos habet præſumptionẽ vtilitatis & ſolẽnitatis*
5 *Alienãs Rem emphyteoticã irrequiſito Domino directo cadit ab emphyteoſi*
6 *Nemo plus Iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habeat*
7 *Alienans partem rei emphyteoticæ non cadit niſi a parte alienata.*
8 *Quod maxime procedit in emphyteoſi Eccleſiaſtica*
9 *Fallit quando Res erat vnicum corpus.*
10 *Per contractum ſine traditione non incurritur caducitas.*

DECISIO XI.

REu. D. Alexander Teſtius vnus ex Cappellanis meis in vicariatu Sancti Romani tanquam Rector Cappellæ præſentationis erectę in ead. Eccleſia habebat quaſdam terras emphyteoticas deuolutas per obitum Luciæ tintonæ filiæ primi inueſtiti pro ſe & deſcendentibus & pro illis

perſonis quę ſuccedere ſolent de iure & ſecundum conſuetudinem vſuum Ferrariæ: petebat inueſtituram huiuſmodi terrarum ex vna parte Caliſtus hæres *extraneus* in teſtamento inſtitutus a d. Tintona; ex alia vero parte eamdem petebat Ferdinandus nepos ex ſorore eiuſdem Tintonæ cum autem prædicti vnanimes me huius controuerſiæ Iudicem conſtituiſſent Dixi Inueſtituram faciendam eſ-
1 ſe, prout facta fuit hæredi teſtamentario, motus *ex Diſpoſitione Statuti Ferrariæ lib. 2. cap. 122. tit. de vſibus & Rebus ab alio recognitis* vbi expreſſe diſponitur quod in inueſtitura accepta pro ſe & filijs & pro illis perſonis vt ſup. hæres vniuerſalis excludat etiam filium niſi filio fuerit alio titulo relictus idem vſus ſpecialiter & expreſſe.

Sic etiam de Iure communi emphyteoſis accepta pro ſe & filijs & hæredibus non tranſit ad filios niſi ſint hæredes *vt post Bart. Alex. & communē docet Clar. in §. emphyteoſis quæſt. 37. ſub initium* vbi quod hoc procedit tam in emphyteoſi laicali quam in Eccleſiaſtica.

Præterea in eod. Statuto immediate ante locum ſupra citatum diſponitur quod in prædictis Inueſtituris appellatione filiorum vel liberorum veniant ſolum deſcendentes ex linea maſculina vſque ad quartum gradum incluſiue ſecundum Ius Ciuile computandū vnde ex verbis ipſis patet hoc in caſu incluſio caliſti tanquam hæredis vniuerſalis & excluſio Ferdinandi etiam tanquam deſcendentis ex linea trāſuerſali & fœminina quamuis enim fœmina ſit in linea maſ-
2 culina effectiue, nō tamen eſt in linea cauſatiue eſt enim finis lineæ maſculinę & principium fœmininæ, finis agnationis & principium cognationis, finis propriæ familiæ & principium alienæ *leg. pronunciatio §. fin leg. familiæ §. fœminæ ff. de verb. ſig. leg. Aſſumptio §. filia ff. Ad municip. Ludou. dec. 514. n. 11. Beltram. ad eundem dec. 293. n. 24.*

Et quamuis aduerſus hæredem prædictum obiectum fuerit quod in prima Inueſtitura primus acquirens promiſerat expedire Beneplacitū Apoſtolicū, de cuius tamē expeditione nō apparebat, Reſpōdi
3 quod poſt lapſum annorum triginta beneplacitum Apoſtolicū etiā non enunciatū præſumitur interueniſſe *Seraph. Dec. 792. n. p. & 2.* vbi plus dixit quod ex curſu ſupra decennium præſumitur ex communi *Idē Seraph. Dec. 1042. n. 3. & Dec. 1228. n. p. Riccius in Collect. Dec. 1008 qui ampliat & limitat. Rot. Dec. 179. n. p. par. 2. Diuerſ.* vbi quod ex lapſu annorū triginta cū poſſeſſione omnino preſumitur *Amat. Dec. Per. 10. n. 11. Maſcard. de Interpret. Stat. Concluſ. 4. n. 4.* vbi quod hec opinio fuit ſæpius per Rotā canonizata & tamē ad cautelā conſului vt

nou-

nouus emphyteota pollicèretur expeditionẽ Beneplaciti quatenus opus eſſet & in ſpecie quod cõceſſio ẽphyteoſis poſt triginta annos acquirat nõ ſolũ ſolemnitas ſed etiã vtilitatis prȩſũptionẽ *dixit Ludou. Dec. 343. n. 5. vbi Beltrã ampliat. & Mantic ȩ, Seraphini & alias Rotȩ*
5 *Deciſiones cumulat.* Obiciebatur eid. hȩredi quod eius auctrix Titona alienaſſet irrequiſito Domino directo partẽ Rei emphyteoticæ & quod ꝑpterea cecidiſſet ab omni cõmodo iuxta diſpoſitionẽ *textus in leg. fin. C. de Iur. emphyt.* & ſic tranſmittere non potuerit ad hæ-
6 redem ius quod ipſa non habebat *per regulam legis nemo plus Iuris ff. de Reg. Iur. iuncto tex. in leg. nihil eſt 24. ff. de verb. ſignif.* vbi quod hæreditas non eſt aliud quam ſucceſſio in vniuerſum Ius defuncti.
7 & quamuis reſponderetur quod alienans partem rei emphyteoticæ non cadebat a toto ex communiori & æquiori ſententia *Grammatic. Dec. 49. per tot. Clar. in ſ. emphyteoſis quȩſt. 13. in fine Ludou. Dec. 219.*
8 *n. 2. & 7. vbi Beltram.* quæ opinio maxime procedit in emphyteoſi Eccleſiaſtica hoc eſt recognita ab Eccleſia quæ eſt mater æquitatis *Bald in cap. p. ſ. ſi vero Qualiter olim feudum pot. alien. Alex. conſ. 99. lib. 5. Grammat. d. Dec. 49. n. 2. in fine* attamen replicabatur quod
9 immo alienans partem cadit a toto ſaltem quando emphytota rem vti propriam alienauit & res tota erat vnum corpus *vt poſt Coman. Cephal. Rolan. Natt. oſtendit trentacinq. variar. Reſol. lib. 3. Reſ.* 8. *de Iure emphyteotic. Beltram. ad Ludouiſ. Dec. 219 n. 7.* ſed ex facto difficultas ceſſauit quoniam licet contractus venditionis de parte dictarum terrarum diceretur celebratus non tamen fuerat tradita
10 poſſeſſio & cũ Alienatio non dicatur cõſumata niſi poſt traditionem ad effectum caducitatis, res remanebat integra & deuolutionis pæna ceſſabat *Imola in cap. potuit n. 49. de locato Alex. in leg. ſi a me n. 4. ff. Ad leg. falc. Marſil. ſing.* 412. *Clar. in ſ. emphyteoſis quæſt. 13. verſ. ſed nunquid Tiraquell. de Retract. municip.* §. *p. gl. 2. n. 43. vbi alios refert & de cõmuni teſtatur, & vide quȩ dixi infra Dec. 193. n. p. & 2.*

ARGVMENTVM.

Sportulæ Iudici quando debeantur. Stylus Curiæ quomodo probet & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Sportulȩ de Iure cõmuni partĩ debẽtur in cõtextatione, partim in fine litis*

2 *Et*

2 Et debentur etiam ſi cauſa fuerit concordata
Idem in ſalario Aduocati
3 Ex Stat. Fer. Iudici Sportula debẽtur terminata cauſa & ſi cõcordetur ante publicatũ proceſsũ, debetur quarta pars, ſi vero poſt, debetur Dimidia
4 Ablatiuum abſolutum importat conditionem
Quę ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione
5 Seruanda eſt aequalitas in Iudicijs.
6 Actus Iudiciales & alij regulariter celebrantur expenſis petentis, deinde ſuccumbentis fallit in copia libelli
7 Stylus in loco vbi viget facit Ius & ſententia contra eum lata eſt nulla
8 Stylus ordinatorius attenditur licet contra Ius & licet non obtentus in contradictorio iudicio
9 De ſtylo ordinatorio loci poteſt Iudex einſdem loci ſe extraiudicialiter informare
10 Stylus reſpiciens modum probandi tanquam deciſorius eſt concludenter probandus

DECISIO XII.

IN Cauſa vertente coram Rota inter Francum & Maſios fuit dubitatum an pars ad inſtantiam partis cogi poſſet ante ſententiam ad deponendas ſportulas ſeu ſalarium Iudicis & notarij totum vel dimidiũ prout ad hoc Francus inſtabat & fuit diſtinguendo reſponſum quod aut loquimur de Iure communi Aut. de Iure Statutario Aut. de Stylo.

1 Quo ad primum de Iure communi Sportulæ partim debẽtur in Cõtextatione, partim in fine litis & tam ab actore quam a Reo *tex. eſt cum gloſ. in verb. prębitis Sportulis in Auth. offeratur C. de litis context. & tex. in Auth. de Iudic. in §. ne autem vbi gl. & Bart.* ibi ne autem labor ſit ſine mercede; Sancimus Iudices, duos aureos ab vtraque parte in contextatione litis accipere & duos in fine negotij. Et

2 Sportulæ Iudici debentur licet ab eo cauſa non fuerit diffinita, ſed a partibus concordata, dummodo per eum non ſteterit quin ſentẽtiam ferret *Franc. in cap. Statutum §. Aſſeſſorum in fine de Reſcript. in ſex. Iaſ. in §. tripli n. 58. Inſtit. tit. de Action Caualcan, Deciſ. 41. n. 48. par. p. de Iudicijs Gratian. diſcept. 561. n. 34. & prius diſcept. 55. n. 15.* vbi quod idem eſt in ſalario Aduocati quod tamen de Iure præſta-

tur in

tur in fine litis *vt per eūdē Gratiā. diſcept. 56. n. p. vbi de cōmuni teſtatur.*
3 Quo ad ſecundū *ex forma Statuti lib. 2. cap.* 84. Iudici non debetur integra Sportula niſi per ipſum terminata cauſa; ſi vero concordata fuerit, tunc ſi ante publicatum proceſſum, debetur quarta pars, ſi vero poſt, debetur dimidia. Præterea in eod. Statuto lib. 2. cap. 63. conſtituitur quod non depoſito ſalario vt ibi, Inſtantia pereat actori vnde ſuper depoſito ipſo faciēdo vel ab actore vel a Reo nihil diſ-
4 ponitur quoniam Illud Ablatiuum Abſolutum non depoſito &c. importat conditionem *leg. ſi debitor §. p. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolu. Bart. in leg. p. in 3. quæſt. ff. de condit. & Dem. Amat. deciſ. Fer. 5 1. n. 38. Ludou. Dec. 492. n. 7. Buratt. Dec. 696. n. 2.* At quę ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione & conditio nil ponit in eſſe *leg. ſi quis in conditione ff. de condit. & dem. Cephal. conſ. 5 1 7. n. 6 o. lib. 4. Amat. Dec. Fer. 4. n. 97.* Immo colligi potius poteſt ex municipali Diſpoſitione prędicta, quod ſi cogi non poteſt actor inſtante reo ad deponendum ſalarium, ſi malit inſtantiæ peremptionem pati, minus co-
5 gi poterit Reus inſtante actore quoniā ſeruanda eſt ęqualitas in Iudicijs *cap. cum inter de except. Amat. dec. Fer. 1 1. n. 1 2. Buratt. in Ferrarien. pecuniaria Dec.* 40. *n.* 4. & non debet actori licere quod Reo non permittitur *cap. non licet actori de Reg. Iur. in ſex. & leg. non debet actori ff. eod. tit.* Quod ad tertium, ſtylus eſt vt deponatur ſalarium ante ſententiam ſed ab eo qui inſtat pro expeditione & videtur ra-
6 tionabilis cum Regulaliter actus Iudiciales & alij celebrari ſoleant & debeant ſumptibus petentis, deinde ſucumbentis *ad tradita per DD. in leg. Is apud quem C. de edendo. Card. in Clem. cauſam quę ſt. 22. de elect. Marant. de ord. Iudic. tit. de Actorum editione n.* 54 *&* 55. vbi quod fallit in edenda copia libelli quę datur Reo ſumptibus actoris. Et generaliter inſtans pro actu, tenetur ad expenſas actus *leg. ſed & ſi §. p. vbi Bart. ff. ad exhiben. Menocch. de Arbitr. caſ. 228. nu. p. & ſeq. Thomat. Dec Macerat. 9. n. 13.*
7 Et quomodoqunque ſit, Stylus in loco in quo viget indubitanter facit Ius *cap. quam graue de Crim. Falſ. Felin. in cap. ex parte p. n. 16. de Reſcript. Dec. conſ. 699 n. 5 Gratian. diſcept. 191. n. 15.* Et ſententia lata contra Stylum eſt nulla ſicut lata contra legem *Gabriel. poſt alios Concluſ. 7. de Senten. n. 21. Mart. de trib. vrb. cap. 5. n. 33.* Et quando Stylus reſpicit ordinatoria eſt attendendus licet ſit pręter & cōtra Ius & licet non ſit obtentus in contradictorio Iudicio *ex traditis per Crauett. de Antiquit. temp. par. 4. cap. p. n. 36. Menocch. de præſ. lib. 2.*

præſ. 8. n. 13. Creſcent. in vna Spoletana dec. p. de Conſtit. n. 2. & de ſty-
9 lo ordinatorio loci vbi Iudicium pendet poteſt ſe Iudex eiuſdem loci extraiudicialiter informare etiam partibus non vocatis *vt poſt Bart. Bald. Dec. Boer. dixit Ludou. Dec. 484. n. 6. 8. & 9. & prius n. 5.* vbi quod ſtatur etiam aſſertioni notarij *Buratt Dec. 24. n. 15. & ibi*
10 *Ferent. n. 33. & Dec. 217. n. 3.* ſi autem Stylus reſpiceret modũ probandi vel alias concerneret cauſæ Deciſionem, eſſet vtique cõcludenter probandus tanquam Deciſorius *ad tradita per Coccin. Dec. 192. n. p. & per Buratt. Dec. 882. n. 5.*

ARGVMENTVM.

Interpretatio ſcripturæ & conuentionis dubię ex quibus ſit deſumenda & in dubijs quando media via ſit eligenda.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura Dubia declaratur ex ſolito & ex conſueto ſumitur interpretatio quę cęteris pręualet.*
2 *In Societatibus attenditur Conſuetudo.*
3 *Conſuetudo non inducitur ex actibus difformibus*
4 *Quod dicitur de toto quo ad totum, dicendum eſt de parte quo ad partem.*
5 *Sententię partim conformes, partim difformes ſunt exequendæ in partibus conformibus. Teſtes partim ſingulares partim conteſtes, probant in parte in qua ſunt contextes.*
6 *Valet argumentum a ſententia ad probationem.*
Sicut ſententię ita atteſtationes in minori ſumma dicuntur conformes.
7 *Socius in re Indiuiſa in qualibet parte, partem habet.*
8 *In re Dubia certius eſt verbis inſeruire & ab eis non eſt recedendum niſi de manifeſta mente contraria conſtet.*
9 *verba ſunt in dubio Intelligenda aduerſus eum qui poterat clarius loqui.*
10 *Sumenda eſt interpretatio aduerſus eum qui ſe fundat in verbis dubijs.*
11 *In dubijs media via eſt eligenda ſaltem quando dubium non eſt in Iure ſed in facto.*
Ruſticanum videtur diuidere queſtiones per medium.
Licet tamen Arbitratoribus habentibus facultatem decidendi & incidendi.

DE-

DECISIO XIII.

FRigatus acceperat a lutio vt vulgo dicitur ad bonam & realem ſoccidam ſeu ſocietatẽ quaſdam vacchas cum pacto diuidẽdi Capitale poſt quinquennium & interim cum onere ei reſpondendi pro fructibus ſuæ partis libras octo annuas pro qualibet vaccha factoria vt dicũt & libras ſex proqualibet primaticia his verbis additis cioe della ſua parte. Dubitatum eſt an pactum intelligeretur de reſpondendo pro ſingulis capitibus totius capitalis an vero pro medietate attentis illis verbis geminatis, partis ſuæ &c. D. Auditor Eminentiſſimi Legati delato Lutio actori iuramẽto in ſupplementum, condemnauit frigatum pro fructu ſingulorum capitum totius capitalis. Commiſſa mihi cauſa in ſecunda inſtantia Credidi ſcripturam ſocietatis eſſe obſcuram & ideo ſumendam eſſe claram
1 eius interpretationem a ſolito & conſueto *ad tex. in leg. ſi de Interpretatione ff. de legib. Innoc. in cap. cum olim tibi in princ. de verb. ſig. Abb. in cap. certificari de ſepult. Euerard. in topica in loco Ab. vſitato verſ. immo generalius Surd. Dec. 166. n. 35. & 36.* vbi generaliter quod actus & contractus debent interpretari ſecundum conſuetudinem regionis & quod interpretatio quæ ſumitur ex cõſuetudine, cæteris prævaleat *dixit Maſcard. de Interp. Stat. Concluſ. 2. n. 156.* &
2 in ſpecie in ſocietatibus eſt attendenda & inſpicienda conſuetudo *vt poſt Bald. & pet. de vbald. docet Ant. Gab. Concluſ. p. de conſuetudine n. 6.* vnde fuerunt mihi exhibitę hinc inde atteſtationes & fides ſed adeo diuerſę immo adeo aduerſæ vt nõ ſolum non tollerẽt dubitationem ſed augerent vel ſaltem cum ex illis colligeretur quod Stylus non erat vniformis, eius probatio pro neutra parte conclu-
3 debat quoniã ſiue Stylus ſiue conſuetudo non inducitur ex vſu difformi *Bart. in leg. 2. n. 22. ff. ſol. matr. Dec. conſ. 215. n. 2. Crauett. conſ. 96. n. 5. Gratian. diſcept. 561. n. 26. Ludou. Dec. 162. n. 8.*

Pro Lutio autem colligi videbatur ex fidibus pro vtraque parte exhibitis hoc vnum quod eiuſdem Lutij prætenſionem fouebat quod videlicet pacta conſueta licet quo ad quantitatem reſponſionis eſſent Difformia, erant tamen in hoc vniformia quod Reſponſio fieri conſueuiſſet ex fructibus ſingulorũ capitum totius capitalis vnde ſaltem quo ad hanc partem in qua conformes erant atteſtationes,
4 videbantur probare & fidem mereri quia quod dicitur de toto, quo

ad to-

ad totum, dicendum eſt de parte quo ad partem proportionabiliter
5 *leg. quæ de tota ff. de Rei vindic.* Et ſicut dicimus in ſententijs quod licet ſint in aliquibus difformes, merentur tamen exequtionem in parte in qua ſunt conformes *vt poſt gl. Dec. & alios docet Gabriel. Cõcluſ. p. de exeq. Rei Iudic. n. 5. Ferentill. ad Buratt. Dec. 368. n. 13. & Dec. 567. n. 9. & 10.* Ita etiam teſtes & atteſtationes partim ſingulares & partim contextes, probare debent in parte in qua contextes reperiuntur *ad tradita per Ludouiſ. Dec. 558. n. 2.* quoniam valet
6 argumentum a ſententia ad probationem *leg. lege Iulia 24. ff. de manumiſſio* vbi quod ſicut inter plures ſentẽtias præfertur ſentẽtia pro libertate ſic & probatio *Rom. in Aut. Similiter C. Ad leg. falcid. in primo ſpeciali piæ cauſæ Euerard. in loco a ſententia ad probationem* & ſicut in ſententijs in minori ſumma ineſt maior ad inducendam conformitatem *vt dixi Dec. 80. n. 22. & Dec. 88. n. 7.* Ita etiam teſtes deponentes de diuerſis ſummis, cenſentur contextes in ſumma minori *vt poſt Cuman. Alex. Aug. firmat Ludouiſ. in d. Dec. 558. quæ eſt Sabinen. Alluuionis n. 2. & ibi Beltram. poſt Farinac. teſtatur de communiori & quod eam Rota paſſim ſequitur.*

Adiuuabat etiam Lucium quod Diuiſio Capitalis non erat facienda niſi poſt quinquennium vnde pendente quinquennio totum Capitale Remanebat in Dominio eiuſdem Lutii & videbatur hoc idem Innuere *Statutum lib. 2. cap. 32.* dum diſtinguit Dominum & tenentem ad Soccidam. Vel ſaltem ipſe lutius ſi non tanquam Dominus,
7 tanquam Socius in Indiuiſo capitali in qualibet parte, partem habebat *ad tex. in leg. meuius §. duobus vbi Bart. n. p. ff. de leg. 2. Ludou. Dec 548. n. 10.*
8 Sed frigato fauebant verba pacti quibus in dubio certius & melius eſt in ſeruire *ad tex. in leg. p. §. ſi is qui nauem ff. de Inſtit. action. Ludouiſ. Dec. 522. n. 3.* & a verbis & eorum proprietate non eſt recedendum niſi conſtet de manifeſta mente contraria proferentis *leg. non aliter ff. de leg. 3 leg. voluntatis C. de fideic. Menoch. de præſ. lib. p. queſt. 26. n. 3.*
9 & 10. immo etiam in dubio verba erant intelligenda contra Lutiũ actorem in cuius poteſtate fuerat legẽ apertius dicere *ad tex. in leg. veteribus ff. de pact.* ibi Ambiguam pactionem venditori & locatori
10 nocere & quia ſummenda eſt interpretatio contra ſe fundantem in verbis dubijs *leg. labeo ff. de contr. empt. Corn. conſ. 59. n. 5. in fine Ludou dec. 128. n. 8.*

Ego per modum amicabilis compoſitionis, partes aſſentientes ad con-

11 concordiam traxi & diuiſi quæſtionem *iuxta tex. in cap. Afferte cum ibi not. de præſ. licet aduerſus gloſam in leg. neſennius ff. de neg. geſt.* quæ ruſticanum putat diuidere quæſtiones per medium ſed vel non obſtat quia loquitur in Iudice non autem in Arbitratore qualem me partes ipſę conſtituerant cum facultate non ſolum decidendi ſed incidendi, vel videtur intelligenda in dubio iuris nã in dubio facti videtur poſſe procedere Regula quę deſumitur ex d. cap. Afferte cum ſimilibus in quibus eligitur media via tanquam tutiſſima Ad quod conferunt *tradita per Tiraquell. de Iure primogen. queſt. 17. opin. 4. & per Menocch. de Retinen. poſſ. Remed. 3. n. 755. & per Gratian. diſcept. 820. n. 2. & per Cenall. in Theſauro commun. opinion. cõt. comm. quæſt. 248. n 54. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Laudemium quantum & a quo debeatur. Cadens ab emphyteoſi an cadat a pacto luendi. Inſtrumenta inter alios acta quando probẽt.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium debetur ab emptore rei emphyteoticæ & quid ſi emat cum pacto retrouendendi.*
Agens ad Caducitatem probare debet emphyteoſim per ſcripturam.
2 *Inſtrumenta inter alios acta ſemiplene probant inter alios.*
3 *In Antiquis plene probant.*
4 *Quod tempus dicatur Antiquum in materia Inſtrumentorum & teſtium.*
5 *Inſtrumenta inter alios acta, plene probant fauore Dotis.*
6 *Valet Argumentum a Dote ad Eccleſiam & piam cauſam.*
Inueſtitura probat Dominium bonorum.
7 *Laudemiũ de Iure cõmuni eſt quĩquageſima pars pretij fundi emphyteotici*
Et ex forma Statuti Ferrarię eſt vigeſima pars:
Et ſoluitur etiam de melioramentis.
8 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*
9 *Cadens ab emphyteoſi cadit etiam a pacto correſpectiuo luendi*
10 *Reſeruari poteſt liquidatio in exequtione facienda.*

DECISIO XIV.

Ommiſſa mihi cauſa in ſecunda Inſtantia inter V. R. D. Benatum & D. Bonettum confirmaui cum modificatione de qua infra ſententiam D. Iud. a quo non obſtantibus obiectis pro parte D. Bonetti quæ credidi non obſtare.

N 1 Primo

1 Primo quia Laudemium debetur non a venditore ſed ab emptore rei emphyteoticæ quia ſoluitur pro Inueſtitura quam emptor accipit *gl. in leg. fin C. de Iur. emphy. in verb. accipere & in verbo Auaritia Iaſ. ibid. n. 40. Gozzad. conſ. 65. n. p. Clar. in §. emphyteoſis quæſt. 23. verſ. vlterius quæro Peregr. de Iur. fiſc. lib. 6. tit 4. n. 48.* quod an procedat quando emptio contrahitur cum pacto de retrouendendo *tradit late tiraq. de Retrac. Conuent. §. 6. gl. p. n. 4. & ſeq. Theſaur. Deciſ. 75. per tot.* vbi quod ſenatus pro Affirmatiua Iudicauit.

Secundo quia licet Agenti ad caducitatem ſpectet onus probandi per ſcripturam Rem quę deuoluta prætenditur eſſe emphyteoticã *ad gl. in leg. p. C. de Iur. emphyt. Iaſ. ibid. poſt Bald. n. 61. Clar. in §. emphyteoſis quæſt. 4. Seraph. Dec. 869. n. p.* attamen quod fundus de quo agebatur eſſet emphyteoticus Cappellæ Circumciſionis cuius erat Rector D. Benatus ſatis conſtabat ex duobus Inſtrumentis ex quibus apparebat venditum fuiſſe Caſale prędictum tanquam de Iuri-
2 bus eiusdem Cappellæ quæ quidem Inſtrumenta licet tanquã inter alios acta ſolum ſemiplene probent *vt poſt Bart. Alex. Rom. Felin. docet Maſcard. de prob. Concluſ. 1268. n. 3.* Attamen quando ſumus in
3 Antiquis vt hic, plene probant *Aretin. conſ. 15. n. 3. & poſt Socin. Dec. Menoch. Maſcard. d. Concluſ. 1268. n. 8. Ludou. Dec. 434. n. 9.* vbi quod Antiquis Inſtrumentis indubitata lux veritates aſſiſtit. Vide-
4 bamur autem in Antiquis verſari licet dicatur ad id exigi ſpatium centum annorum iuxta opinionem quam communiorem *dixit Ceph. conſ. 250. n. 18. lib. 2. Cornazz. Dec. 45. Beltram. ad Ludou. Dec. 389. n. 7.* vbi tamen quod in materia teſtiũ ſufficiunt ſexaginta anni. Sed & quod in Inſtrumentis, nonaginta ſufficiant *ex ſententia Rotę oſtendit poſt alios Maſcard. de prob. Concluſ. 103. n. p. vſq; ad 9.* & quod id Iudicis Arbitrio relinquatur *firmat Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 3. n. 2. Pute. Dec. 13. de fid. Inſtrum.* vbi quod Rota ſæpe reſoluit tempus etiam ſexaginta & quinquaginta annorum dici tempus antiquum *late Crauett. de Antiq. temp. par. p. n. 2. & ſeq.*
5 Sed quamuis ceſſaſſet Antiquitas, attamen cum Inſtrumenta inter alios acta etiã non antiqua plene probent fauore Dotis *Curt. in leg. Admonendi ff. de Iureiuran. n. 139. Rom. ſing. 540 incipit. verba enunciatiua Maſc. qui de com. teſtatur de prob. Concluſ. 1268. n. 11.* Idem di-
6 cendum videbatur fauore Eccleſię, Quoniam valet argumentum a Dote ad Eccleſiã ſeu piã cauſã *cap. p. §. Donare qualiter olim feud. pot. alien. in vſib. feud. cũ aliis adductis ab Euerard. in loco a Dote ad piã cauſ.*

Quæ

Quæ facilius hic procedebant quoniam aderant Recenſiores Inueſtituræ factæ alijs de Bonettis cum ſolutionibus Canonum & laudemiorum quæ ſufficienter probant in hac materia *ad tradita per Seraph. Dec.* 869. *num* 2.

Tertio quia quamuis diceretur laudemium non deberi niſi inſpecta quantitate deducta in pactum de Affrancando & pro qua fundus poterat affrancari *ad tradita in ſimili per Afflict. Dec.* 80. *per tot.* id ta-
7 men non videbatur verum quoniam de Iure communi Laudemium eſt quinquageſima pars prætij ſeu æſtimationis loci hoc eſt fundi empyteotici *vt loquitur tex. in leg. fin. C. De Iur. emphyt. in verſ. ne auaritia Iaſ. in ead. leg. fin n.* 40. *&* 44. vbi quod etiam de melioramentis ſoluitur. Et ex diſpoſitione Statuti debetur pro laudemio vigeſima pars Iuris ipſius recognoſcentis *vt legitur in St. Fer. lib.* 2. *cap.* 122. *verſ. poſſit autem Recognoſcens.*

Præterea videbatur quod pactum Affrancandi appoſitum in fauorem vſuarij nō poſſet ab Aduerſario allegari ante ſuſceptam Inue-
8 ſtituram quoniam ante non erat vſuarius & qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi *leg. in delictis §. ſi extraneus ff de Noxal. leg. ex facto §. ſi quis autem ff. ad trebell. Rim. ſen. conſ.* 27. *n.* 2. *in puncto Felin. conſ.* 25. *n.* 23. *&* 24. *quem ſequitur Rota Dec.* 115.
9 *n.* 5. *par. p. Diuerſ.* vbi firmatur quod cadens ab emphyteoſi, cadit etiam a pacto luendi ſeu Affrancandi quod eſt correſpectiuum *& n.* 6. *Reprobatur Alciatus contrarium ſenſiens de præſ. Reg.* 3. *præſ.* 45.

Dixi ergo teneri D. Bonettum ſuſcipere Inueſtituram & ſoluere debitum laudemium iuxta liquidationem in exequtione faciendam
10 quæ Clauſula licet præſeferre videatur incertitudinem quæ ab eſſe debet a ſententia, non tamen obſtat Incertitudo quę venit ante exequtionem certificanda *Oſaſch. Dec. Ped.* 129. *n.* 9. *in fine vbi de veriori & receptiori teſtatur & n.* 16. *vbi quod Senatus ita ſemper iudicauit Ludouiſ. Dec.* 220 *n. p. Buratt. Dec* 545. *n.* 4. In exequtionem ſententię ſuſcepit Inueſtituram Bonettus & ſuper quantitate Laudemij concordauit.

ARGVMENTVM.

Ad petendam Reſtitutionem In Integrum quod mandatum requiratur. Citationis Defectus ex quibus ſanetur. Clerius quando ligetur Statuto laicali.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ad petendam reſtitutionem in integrum requiritur ſpeciale mandatum.*
2 *Et ſecundum aliquos requiritur ſpecialiſſimum & indiuiduum.*
3 *In iudicialibus a Reiectione etiam tacita requiritur appellatio expreſſa nec ſufficit contradictio.*
4 *Ad pronunciandū Capitula pro confeſſis requiritur prima Citatio ſimplex & ſecunda cum combinatione ſecundum Statuta Ferrariæ.*
5 *Non ſeruata forma Statuti Actus corruit.*
6 *Clerici non ligantur nec iuuantur Statuto Ferrarię niſi fuerit acceptatum vt idem Statutum diſponit quod facere potuit.*
7 *Quo ad ordinatoria Clericus litigans corã ſeculari ligatur Statuto laicali.*
8 *Solemnitas Citationis poteſt ſuppliri per æquipollens.*
9 *Quando non adeſt totalis defectus citationis, Rota reſpondet intrare arbitrium ad ſanandam nullitatem.*
10 *Intimatio Decreti ſupplet defectum citationis in interloqutoriis.*
11 *Citationis defectus purgatur per comparitionem partis vel procuratoris.*
12 *Ex Diuturnitate temporis præſumitur Citatio interueniſſe.*

DECISIO XV.

D. D. Ruperelli vti hęredes Vincentij fuerant condẽnati per duas conformes ad ſoluendum Benato & Lanfranco lib: 1087. pro pretio piſcium venditorũ Marchioni Turchio & Marchioni Scandiani qui dicto vincentio ſiue Paulo perino eius ſocio prædictũ pretium exburſauerant. Appellantibus Ruperellis & cauſa mihi commiſſa in tertia inſtantia ex quo aderat Clericus & ſic non erat locus Statuto de duabus Credidi Recte & rite fuiſſe iudicatum per DD. Iudices a quibus non obſtantibus exceptis nam opponebatur primo quod ſententiæ videbantur iniuſtæ ex quo aduerſus lapſum termini ad opponendum petita fuerat pro parte minorum reſtitutio in integrum & conceſſa non fuerat. Sed primo
1 Reſpondi non conſtare de ſpeciali mãdato Procuratoris qui Reſtitutionem petijt, & tamen illud ad id requirebatur *leg. Illud 25. ff. de minor. Gloſ. in cap. qui ad agendum de proc. in ſex. Bald. & alij relati per*
2 *Gratian. diſcept. 762. n. 9. & 10.* Immo quod requiratur mandatum ſpecialiſſimum & indiuiduum nec ſufficiat Clauſula Totiesquoties

opus

opus fuerit, *tenuerunt Cin. & alij relati per Ceuall. com.con.com.quaſ.*
3 *135. in princ. verſ.* quo ſuppoſito. Secundo reſpondi quod cum per proceſſum ad vlteriora fuerit tacite reiecta petitio reſtitutionis, neceſſaria erat appellatio & ſimplex contradictio non ſufficiebat *vt in his terminis docet poſt Felin, & alios Gratian diſcept 673.n. 3. Seraphin. Dec. 383.n.8. & additio ad eiuſdem Deciſionem 227.* Et in Iudicialibus id eſſe generaliter verum *oſtendit Vant. de nullit. tit quibus mod. ſent. null. n.62. Cepoll. caut. 226. Amat. Dec. Fer. 61. n. 2.* Et hæc eo magis procedebant quo Ruperelli fuerant Reſtituti aduerſus lapſum termini ad probandum Secundo apponebatur quod ſententiæ prædictæ laborarent vitio nullitatis ex quo non apparebat niſi de vnica
4 Citatione ad reſpondendum capitulis & deficiebat ſecunda cum comminatione quod alias haberentur pro confeſſatis *iuxta formam a Statuto Ferrar. præſcriptam lib. 2. cap. 47.* qua non ſeruata videbatur nulla pronuuciatio illa Capitula haberi pro confeſſis cui tamen in-
5 nitebatur Iudicium & creditum actorum quod aliunde non plene conſtabat, nulla in quam videbatur dicta pronuncia nō ſeruata forma Statuti *ad diſpoſita per idem Statutum lib. p. cap. 2. tit. de obſeru. Stat. & ad tradita per DD. in leg. non dubium C. de leg. & per Maſcard. de Interp. Stat. Concluſ. 9. n. p. 34. & 59. Paſett. conſ 150 n. p. & 2. Maſtrill.*
6 *Dec. 99. n* 4. & quamuis ſimus in Clerico qui ſicuti non ligatur, ita non iuuatur Statuto niſi probetur quod a Clero fuerit acceptatum *vt diſponit idem Statutum lib. p. cap. 5* quod potuit valide diſponere *vt poſt Felin. docet Paſett. conſ. 102. n. 2. & 3.* Attamen acceptatio & obſeruantia Statuti prædicti non controuertebatur Ac etiam de Iu-
7 re communi Clericus litigans coram ſeculari legatur Statuto laicali *Marta de Iuriſd. par. 4. cent. p. caſ. 31. & caſ. 63.* vbi quod ligatur etiam conſuetudine Iudicij fori ſecularis quando in eo litigat. Sed ex facto primo Reſponderi poterat quod in proceſſu aderat prima Citatio ad reſpondendum Capitulis & ex quo pars non reſpondit inſtabatur pronunciari Capitula pro confeſſis & ad id partem citari vnde Iudex mandauit notificari & facta notificatione Capitula fuerūt pronunciata pro confeſſis niſi ad primam quæ quidem notificatio videbatur habere vim citationis cum comminatione & ſatisfacere menti Statuentium & litteræ Statuti ex qua colligitur ad pronuncianda capitula pro cōfeſſis ſufficere duas citationes prout hic duæ
8 præceſſerāt. Ad quod etiā confert quod ſolemnitas citationis poteſt impleri per æquipollens *Felin. in cap. cum dilecta de Reſcript. in ſex.*

n.6. poſt medium Caſſad. Dec.2. Re Iudic. n.2. & per tot. vant. de nullit.
9 *tit. quib. mod. ſent. null. n.* 116. *ſub med.* Sic etiam quando non adeſt totalis defectus Citationis Rota reſpondet pro arbitrio ad ſanandam nullitatem *Buratt. Dec.* 849. *n.* 4. & prędicta facilius procedũt quãdo vt hic ſecunda illa citatio non concernit diſenſioné ſed eſt meri Iuris poſitiui *ad tradita per per eund. Vant. de nullit. d. tit. quibus mod.*
10 *ſent. null. n.* 109. Adde quod Intimatio Decreti ſupplet. defectũ Citationis in Interloqutorijs *Seraph. Dec.* 1047. *n.* 4. *Ludou. Dec.* 457. *n.* 8. & 10. *Buratt. Dec.* 606. *n.* 6. Secundo reſpondetur quod cũ pars & poſt primam Citationem &, poſt notificationem Decreti ſępius comparuerit & potuerit negare Capitula & ſe defendere & non fe-
11 cerit, non poteſt amplius allegare Citationis defectum quoniam ille per partis cõparitionem & præſentiã omnino ſuppletur & purgatur *vt poſt Abbat. Dec. & alios dixit Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. nulla n.* 116. *in princ. & prius n.* 107. *Caſſad. Dec.* 2. *de Iudit. n.* 3. *Ludouſ. Dec.* 27. *n.* 3. & 9. *vbi* Beltram. *n.* 11. ampliat etiam ad cõparitionem procuratoris Accẽdebat quod cum Iudicium actũ fue-
12 rit anno 1623. & tunc Interpoſitum Decretum Capitula haberi per confeſſis, & ab eo non fuerit appellatum, ex Diuturnitate tẽporis ad quam decennium ſufficit ad hunc effectum præſumi poterat interueniſſe citatio *ad tex. in cap. bona de electiom. Ruin. conſ.* 64. *n.* 4. & 6. *lib.* 5. *Menocch. de preſ. lib.* 2. *preſ.* 22. *n.* 3.

Quod ſi dicatur Rotam Romanam non habere Capitula pro confeſſis Reſpondeo *vt dixi Dec.* 67. *n.* 12. & *ſeq.*

ARGVMENTVM.

Clauſula ſine præiudicio triũ conformium & Dummodo ſententia non ſit tertia præſeruat Iudicia quo Ius exequendi. Inhibitio emanata vigore Commiſſionis conditionalis an afficiat. Quę exceptiones opponi poſſint poſt ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Notoria Iniuſtitia requiritur ad ſuſpendẽdam exequtionẽ triũ conformiũ.*
2 *Clauſula ſine preiudicio trium conformium & Dummodo ſententia non ſit tertia preſeruat Iudicia quo Ius exequendi.*
3 *Inhibitio emanata vigore Commiſſionis conditionalis non inducit attentata quamuis in vigore videatur afficere vt. n.* 4.

5 Co-

5 *Cognoſcere de viribus Inhibitionis ſpectare videtur ad Iudicẽ Inhibentẽ.*
6 *Exceptio Inuentaris opponi poteſt in exequtione & quando & quare.*
7 *Exceptio compaſſibilis cum ſententia poteſt etiam poſt ſententiam opponi de Iure & ex forma Statuti & quando.*

DECISIO XVI.

IN eadem Cauſa appellantibus Ruperellis ad Sanctiſſimum commiſſa fuit cauſa Rotæ Ferrariæ cũ Clauſula ſine præiudicio trium conformium & nomine eiuſdem Rotæ emanauit inhibitio iuxta formã Cõmiſſionis Lanfrancus autem & Benatus petebant a me committi exequtionem ſententiarum.

Et quidem quo ad Iuſtitiam, concedenda videbatur exequtio quia de conformitate triũ conſtabat ex inſpectione & lectura ſententiarum nec aduerſus eas oſtendebatur aliqua notoria vel nullitas vel
1 iniuſtitia qualis exigitur ad ſuſpendendam exequtionem trium cõformium *ad tradita per Gabriel Concluſ. p. de exeq. Rei Iudic. n. 8. vbi quod etiam ex ſententia multorum nec notoria ſufficit Maſtrill. Deciſ. 158 n. 15. & ſeq. Ludouiſ. Dec. 501. n. 6. Dixi Dec. 32. n 8. & ſeq.*

Quo vero ad iuriſdictionem, ſpectare videbatur ad me ius exequẽdi tanquam ad vltimum Iudicem confirmantem *ex his quę dixi Dec.*
2 *10. n. 3.* & quia Clauſula ſine præiudicio trium conformium præſeruat Iudici a quo ius exequendi ſicut de Clauſula dummodo ſententia non ſit tertia *dixit Ludouiſ. Dec. 119. n. 8.* & de Clauſula ſine præiudicio exequtionis vel legitimæ exequtionis *dixi ſup. Dec. 6. n. 3.*
3 Neque obſtabat inhibitio Rotalis quoniam emanata vigore cõmiſſionis conditionalis non inducebat attentata *Put. Dec. 13. vt lite pend. Caſſad. Dec. 2. & 9. eod tit. Ludouiſ. in ſimilib. termin. Dec. 119. n. 8. & n. 11. vbi Beltram. refert. idem fuiſſe alias ſępe deciſum & præſertim in Spoletana attentatorum coram Corduba 5. Iun. 1599. Lancellott. de Attent. par. 2. cap. 20. limit. 13. n p. & 2 Ferentill ad Buratt. Dec. 177. quę eſt Ferrarien. Dotis n. 9. verſ. limitatur ſecundo. Idem Buratt. Dec.*
4 *879. n. p.* licet quod huiuſmodi inhibitiones cõditionales ROTÆ ROM. de rigore debeant afficere *allegans Put. Dec. 12. vt lit. penden. dixerit Lancellott. de Attent. par. 2. cap. 20. Ampl. 14. n. p.* ſed loquitur in clauſula conſtito *Melius Buratt. Dec. 652. n. 4. & ſeq. vbi ampliat.*
5 Et ego ob reuerentiam Rotæ noſtræ credidi fore modeſtius abſtinere

nere

5 nere vnde ad eam partes remiſi pro moderatione inhibitionis &eo libentius quo etiam de iure ſpectare videtur ad iudicem inhibentē, & non ad inhibitum cognoſcere de viribus inhibitionis præſertim emanatæ vigore commiſſionis quæ directa eſt ipſi Iudici inhibenti non autem inhibito *Ant. de Butr. ſed. de ſen. Berorus Abbas & poſt eos Lancellott. de Attent. par. 2. cap. 20. Declarat. ſexta per tot. Rot. Dec. 74. n. 7. & dec. 124. n. 5. par. 2. Recenſ. Buratt. dec. 652. n. 3. &* 8. vbi etiam generaliter quod Iudex Delegatus in dubio cognoſcit de ſua iuriſdictione. Sed cum Rotæ placuerit nihil expreſſe decernere ſed oreremus ad me remittere, commiſi exequtionem ſententiarum primo ſimpliciter ſed cum poſtea fuerit exhibitum inuentarium, moderatus ſum camdem exequtionem in bonis hæreditarijs cū hæres conficiens inuentarium non teneatur vltra vires hæreditatis creditoribus hæreditarijs. *ad tex. & ibi not. in leg. fin. C. de Iur. Deliber.* &
6 exceptio inuentarij opponi poſſit etiam in exequtione *vt autoritatibus & rationibus plene probat Fanuc. de inuentar. par. 8. n. 3. & 4.* vbi ampliat etiam in Iudicio ſummario & exequtiuo *& litet. n. 7. & ſeq.* limitet, nulla tamen ex limitationibus illis huic caſui congruebat.
7 Et ratio concluſionis eſt quoniam exceptio compaſſibilis cum Sententia & quæ *Sen*tentiam non inpugnat poteſt opponi poſt ſententiam *Bart. & Iaſ. in leg. p. C de iur. & fac. ignor. Boer. dec. 43. n. 8. & ſeq. Ruin. conſ. 52. in fine l. 2. & conſonat Stat. lib. 2. cap. 72.* vbi diſponitur opponi poſce poſt ſent. quamlibet exceptionem compaſſibilem cum ſent. dummodo non fueirt cognita & tacite vel expreſſe reiecta.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum quando ſuſpendat exequtionem vel non & alia quæ in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Pendente Articulo Reſtitutionis in integrum commiſſa prout de iure non eſt innouandum. Pendente Reſtitutione in integrum datur manutentio etiam aduerſus Rem iudicatam*
2 *Reſtitutio in integrum petita poſt commiſſam exequtionem iuris & facti non ſuſpendit.*
3 *Sufficit ad hunc effectum captum eſſe exequtionem & dicitur capta poſt rela-*

relaxatum mandantum.

4 *Fortuus id procedit poſt realem exequtionem.*

5 *Poſt ceptam exequtionē Reſtitutio non ſuſpendit licet cōmiſſa cū Clauſula Arbitrio, quia intelligitur prout de iure. Et quid quando exequtio eſt nulla n. 7. & 15.*

6 *Arbitrium tribuit Ius pręferendi æquitatem rigori ex cauſa rationabili*

7 *Arbitrium extendi poteſt ad retardandā, non ad retractandā exequtionē.*

8 *A ſentētia de exequēdo ex Sta. Fer. non datur appellatio ex quouis capite.*

9 *A ſententia de exequendo non datur Appellatio de Iure communi.*

10 *Inſtrumentum habens Clauſulam iuramenti & pactum de non appellando non admittit Appellationem etiam ex capite notoriæ nullitatis vel iniquitatis ex St. Fer.*

11 *Obligatio Cameralis non admittit Appellationem ſuſpenſiuam.*

12 *Inſtrumētū iuratum habet de iure paratā exequtionē ex ſentētia multorū.*

13 *Iuramentum tranſit ad hæredes iurantis quo ad effectus extrinſecos non quo ad animę Reatum. Idem in obligatione Camerali.*

14 *Non competit Reſtitutio aduerſus ſententias niſi docto de illarū Iniuſtitia.*

16 *Quod nullum eſt, nullum præſtat impedimentum.*
Actus nullus non meretur nomen actus.

17 *Appellatio nulla etiam cum inhibitione non cauſat attentata.*

18 *Nullitas quę ſententiam non impugnat poteſt poſt ſententiam opponi ſicut alia quęlibet exceptio ſimilis.*

19 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*

20 *Sententia continens expreſſū errorē iuris vel facti, non eſt exequibilis.*

21 *Pupillus habet fori electionem & trahit & non trahitur.*

22 *Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis eſt inſanabilis.*

23 *Pupillus non habet ligitimam perſonam ad iudicia.*

24 *Notificatio pro pupillo eſt facienda tutori.*

25 *Qui cū alio cōtrahit nō pręſumitur ignorare cōditionē eius cū quo cōtrahit*

26 *Qui cum alio litigat, non præſumitur ignorare conditionem collitigantis.*

27 *Nullitas proueniens ex defectu citationis eſt inſanabilis.*

28 *In Delatione iuramenti an pars ſit citanda & n. 42. & 43.*

29 *Priuilegium naturale præfertur accidentali.*

30 *Pro paupere & pauperiore eſt in dubio iudicandum:*

31 *Falſa Demōſtratio nō vitiat etiā ſententiam quando de corpore conſtat.*

32 *Ex duabus demonſtrationibus probatur idemtitas Rerum & perſonarū.*

33 *Heres repræſētat perſonā defuncti & vna & eadē cū eo perſona reputatur.*

34 *Vbi cæptum eſt iudicium, ibi eſt etiam terminandum.*

35 *Inſtantia cæpta cum defuncto etiam laico tranſit ad heredē etiā Clericū.*
36 *Tempus ad appellandum quando incipiat currere.*
37 *Tutor non poteſt procuratorem conſtituere niſi in caſibus & quare*
38 *Tutor principaliter datur perſonæ & ſecundario bonis.*
39 *Tutor tenetur de falſa moneta fabricata in domo popilli & quare*
40 *Citationis ſolemnitas poteſt impleri per æquipollens.*
41 *Nunciatio etiam puero facta valet & quare.*
42 *Nemo citandus eſt ad actum quem impedire non poteſt.*
43 *Ab actuali delatione iuramenti non datur appellatio.*
44 *Mulier iurare debet abſente parte.*
45 *De Stylo ordinatorio poteſt ſe Iudex extraiudicialiter informare.*
46 *Non poteſt Iudex miſericordiam contra iuſtitiam exercere nec etiam pro vidua vel paupere.*

DECISIO XVII.

Illuſtriſſima Domina Donna Clara Varana, præſtito per ipſam iuramento ſuppletorio contra filias q. D. Franciſci Perondelli condutoris obtinuit a D. Loc. ſententiam fauorabilem in ſumma ſcutorum centū quinquaginta pro refectione damnorum ex quo cōductor defecerat in conſignanda quantitate fæni in Inſtrumento promiſſa & cum nemo appellaſſet ex aduerſo obtinuit ab eod. D. Loc. exequtionum & capturam pignorum Sed petentibus aduerſarijs tanquam pupillis reſtitutionem in integrum Eminentiſſimus commiſit mihi tanquam Rotæ Prætori cum Clauſula Reſtituat prout de Iure vnde ante omnia inhibui quoniam pē-
1 dente diſcuſſione Articuli Reſtitutionis in integrum commiſſę pro vt de iure, nihil eſt innouandum & debent omnia conquieſcere. *Marcheſ. de commiſſ. par. 2. cap. p n.70.& 71. Lancellott. de Atten. par. 2. cap. 18. n. 126. Scaccia de Appellat. quæſ. 19. Remed. 2. n. 121. Rot. Dec. 778. n. p. par. 3. diuerſ.* Immo pendente Reſtitutione in integrum datur manutentio etiam aduerſus rem iudicatam *Ceſ. de Graſſ. Dec. 4. n. 4. de cauſ. poſſ. & prop. Rot. Dec. 111. n. 8. par. p. Recenſ. & corā Buratt. Dec. 823. n. 8.* poſtea vero cauſa cognita conceſſi petitam reſtitutionem abſque tamen præiudicio exequtionis.
2 Primo motus quoniam reſtitutio in integrum petita poſt commiſsā exequtionem maxime iuris & facti non ſuſpendit exequtionem

Odd.

Odd. de Reſt. in integ. quæſ. 43. *Ant. 6.n.* 91. *& art.* 7.*n.* 95. *Beninten. Deciſ. Bonon.*85.*n.*15. *Caſ. de Graſſ. Dec.p.n.*14. *de Reſt. in integ.Put. Dec.*10.*eod tit.Beltram. ad Ludouiſ. Dec.*458.*n.*10.*vbi plus dixit Rota coram eod. Ludou. Dec.* 120. *n.* 18. *& coram Buratto Dec.* 95. *n.* 4. *&*
3 *Dec.*783. *n.*16 Immo cum ad hunc effectum ſufficiat cæptam eſſe exequtionem & cæpta dicatur poſt relaxatum grauamen *Put. Dec.* 285.*Rot.Dec.*138.*n.*2. *& Dec.* 545. *n.* 5. *par.* 2. *Recenſ. & ſæpius Deciſum refert Beltram. ad Lud. Dec.*458.*n.* 10. *Ferentill.ad Baratt. Dec.*
4 268.*n.*6.fortius denegari poterat hoc in caſu reſtitutio ad effectum ſuſpenſiuum cum facta fuiſſet realis exequtio *ad tradita per Rotam Dec.*826.*n.p.ſub finem par.*4.*diuerſ.*& magis etiam deneganda videbatur a me cui commiſſa erat cum clauſula prout de iure cum Rota
5 poſt cæptam exequtionem deneget reſtitutionem etiam ſi reſtitutio commiſſa ſit Arbitrio eiuſdem Rotæ quoniam Arbitrium intelligitur non liberum ſed regulatum & prout de iure *leg. fin. §. ſed & fin.*6.*C.Com.delegat. Bart. in extrau. ad reprimendum in verb. videbitur n.* 8. *Pariſ. conſ.* 56. *n.* 5. *lib. p. Rot Dec.*826. *in princ. par.* 4 *diuerſ.*
6 quamuis arbitrium tribuat ius detrahendi aliquid ex rigore & præferendi æquitatem *vt per Rot. Dec.* 506.*n.p.par.*2. *Recenſ. Ludou.dec.* 189.*n.*3 *vbi Beltram. late in ver. arbitrium.* Intellige tamen ex cauſa rationabili vt declarat, *Rot, Dec.* 165. *n.* 2. *par. p. poſthumarum.* Et intellige quando arbitrium tribuitur Iudici, alias habenti faculta-
7 tem procedendi prout de iure *Buratt. dec.*15.*n.*3. & poteſt arbitriũ extendi ad retardandam, licet non ad retractandam exequtionem *Rot. coram Lud. dec.* 70.*n.p.& coram Buratto dec.*138.*n.p. & dec.*247. *n.p.&*2. vbi ampliat ſecundum dictum licet exequtio eſſet nulla *& Dec.*769.*n.p.quibus in locis aliæ quoque Rotæ Deciſiones referuntur.*
8 Secundo mouebar quoniam Statutum lib. 2. cap. 72. verſ. & a Sẽtentia diſponit quod a ſententia de exequendo ad effectum retardãdi exequtionem non admittatur Appellatio etiam ex capite notoriæ nullitatis & iniuſtitiæ ac etiam ex capite minoris ætatis vel denunciationis Euangelicæ & ita vigore Statuti prædicti dixit Rota noſtra appellationem non deuoluere *coram Amato Dec.*43.*n.*3.*&*
9 *prius n.* 2. late comprobat etiam in terminis Iurris communis non dari appellationem *de quo Idem Amat. dec.*57.*n.*8.*& Scaccia de Appell.*
10 *quæſt.* 17. *limit.* 10. *num. p.* Tertio quoniam hoc in caſu fuerat actũ vigore Inſtrumenti habentis clauſulam iuramenti & ſimul etiam pactum de non Appellando quibus conuerrentibus idem Statutum

lib.

lib. 2: cap. 71. in fine prohibet appellationem etiam ex capite notoriç nullitatis vel iniquitatis & decidit Rota *coram Amato Dec. Fer. 26. num. p.*

11 Quarto quia fuit actum vigore obligationis Cameralis quç quo ad effectum ſuſpenſiuum non admittit Appellationem *Martheſ. de Cōmiſſ. par. 2. cap. 2. n. 27. Lancellott. de Attent par. 2. cap. 12. limit. 53. nu. 59. Scaccia de appell. quęſt. 17. limit. 9. n. 4. & ſeq.* vbi quatuor huius rei rationes adducit.

12 Accedebat quod Inſtrumentū iuratum etiam ex diſpoſitione iuris cōmunis habet exequtionem paratam *ex ſententia Bart. in leg. 2. ſub. finem ff. de iureiur. Fulgoſ. Alex. Caſtr. Iaſ. Barbat. Corſett. quos refert. & ſequitur Marſilius ſing. 556. & Capolla caut. 20 dixi ſup. vbi vid. Dec. 7. n. 5.* & ſic minus videtur admittere appellationem ſuſpenſiuam *& bene facit tex. in cap. debitores de Iureiur.* neq; obſtat quod Franciſcus qui iurauit iam deceſſerit quoniam licet quo ad vincu-

13 lum periurij & Animæ Reatum iuramentum non tranſeat ad hæredes, attamen quo ad effectus extrinſecos & efficaciam ad eos trāſit quando eſt interpoſitum ſuper contractu alias licito & valido *Rom. ſing. 232. Pariſ. conſ. 64. n. 93. lib. p. Ruin. conſ. 20. n. 4. lib. 4. Rolan. conſ. 17. n. 15. lib. p. Medices in tract. mors omnia ſoluit concluſ. v 8 n. 162. & 163. Ferentill. ad Buratt. dec. 564. n. 3. & 4.* vbi idem eſſe probat in Obligatione Camerali.

Quinto mouebar quoniam ex lectura proceſſus conſtare videbatur

14 de bono iure actricis & ſic de iuſtitia ſententiæ At reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam non cōpetit. Niſi docto de illius iniuſtitia ſaltem non notoria, quia videlicet fundamentum reſtitutionis eſt lçſio, quæ ceſſat Iniuſtitia ceſſante *Rot. Dec. p. de Reſt. in integ. in nouis Beltram. ad Ludouiſ. Dec. 459. in litt. A. Buratt. Dec. 130. num 2. & ibi Ferentill. num. 14. Idem Buratt. Dec. 404. num. p.*

15 Exaduerſo autem deducebatur quod quando exequtio eſt nulla, etiam poſt eam petita reſtitutio in integrum concedenda videtur quo ad omnem Iuris effectum *ad tradita per Rot. dec. 111. p. p. Recēſ.*

16 & quia quod nullum eſt nullum præſtat impedimentum *cap. non praſtat de Reg. Iur. in ſex.* & actus nullus non meretur nomen actus

17 *leg. 4. §. condemnatum ff. de Sent. & Re Iudic.* Sic etiam quando appellatio eſt nulla etiam ſi emanauerit inhibitio non eſt locus reuocationi attentatorum *ad tex. in cap. non ſolum de appell. in ſex Rot. dec. 75. n. p. de appell. in Antiq. Amat. dec. Fer. 21. n. 11.* Et nullitas quæ non impu-

impugnat ſententiam ſed exequtionem eſt compaſſibilis cum ſententia & ideo poteſt poſt ſententiam opponi *Bart. in leg. in fundo n. 16. ff. de Rei vindic. Rol. conſ. 28. n. 3 lib. p. neguſant de pignor. par. 5. memb. 4. n. 10. Beninten Dec. Bonon. 77. n. p. & 11. Buratt. Dec. 337. n. 18. dixi ſup. dec. præcedenti n. 6. & 7.*

Deducebatur autem nullitas in propoſito caſu ex triplici capite.

19 Primo quoniam ſententia damnauerat pro Margherita Catherinã vnde cum in ſententia legeretur expreſſus error perſonæ, erronea & nulla remanebat ſententia cũ omnibus inde ſequtis & ſic etiam exequtio eodem vitio laborabat *ad tex. in leg. cũ principalis ff. de Reg. Iur. & cap. Acceſſorium de Reg Iur. in ſex. Buratt. Dec. 91. nu. 2. & 3.*

20 Et ſententia continens errorẽ expreſſum non ſolum tanquã Iniuſta ſed etiã tanquã nulla, redditur inexequibilis *ad tradita per Dec. in leg. p. n. 11. C. de error Calcul. Afflict. Dec. 47. n. 3. Seraph. Dec. 641. n. p. & 2.* qui loquitur etiam in errore facti, Et de errore Iuris eſt *tex. in leg. ſi expreſſim 19. ff. de appellat. & Relat. late Gabr. d. concluſ. 7. de ſent. n. p. 2. & 3.*

Secundo quoniam pupillæ aduerſariæ ſtatim poſt ſententiam & an-
21 te exequtionem Recurſum petierunt ad Eminentiſſimum Legatum eumque in Iudicem elegerunt, quod poterant *vigore leg. vnicæ C. quando Imp. inter pup. & vid* vnde cum poſt huius modi variatio-
22 nem fori, ſuſpẽſa eſſet Iuriſdictio D Loc., exequtio ab eo poſt cõmiſſa, nulla remanſit ex inſanabili defectu iuriſdictionis *ad tex. in leg. p. §. fin ff. ad Tertull. leg. p. §. hæc verba ff. quod quis q. Iuris leg. 2. in fine ff. de pęn. Vant. de nullit. ex defectu Iuriſdic. n. 6.*

Tertio quia ſententia fuit exequtioni demandata ante quam fuerit intimata legitime procuratori & Domino *vt diſponit Stat. lib. 2. cap. 70.* nam licet fuerit intimata procuratori ſeu actori, non tamen
23 fuit intimata tutori ſed domi pupillis qui non habent perſonã legitimam ad iudicia *leg. 2. C. qui legit. perſ. habent. Stan. in lud.* Ideo
24 notificatio videbatur omnino facienda tutori *ad tex. in leg. emilius ff. de minor. Surd. Dec. 297. n. 6. Ludou. Dec. 496. n. p.* vbi quod Citatio exequta contra minorem ei non nocet. Neq; actori prodeſſe poterat excuſatio ex ignorantia pupillaris ætatis, nam ſicut qui cũ
25 alio contrahit vel eſt vel debet eſſe non ignarus conditionis eius
26 cum quo contrahit *leg. qui cum alio ff. de Reg. Iur.* ita qui cum alio litigat vel ſcit vel ſcire debet conditionem eius cum quo litigat arguendo a contractibus ad iudicia & in hac ſpecie dixit *Martha De*

Iuriſd. par. 3. cent. 2. cap. 3.

Quarta nullitas addebatur ex eo quod Domina Donna Clara iura-
27 uerat parte non citata & ſic actus remanebat nullus ex inſanabili defectu citationis *ad tex. in cap. p. de cauſ. poſſ. & propr. cap. inter quatuor de mai. et obed. leg. de vnoquoq; ff. de Re Iudic. Vant. de nullit. ex de-*
28 *fect. citationis n. 9.* quod autem in Delatione iuramenti debeat pars citari *dixit gl. in leg. centum* §. *ſi quis abſente ff. de confeſſis Ang. in leg. in bonæ Fidei per illum tex. ibi cauſa cognita ff. de Iureiur.* vbi ſubdit quod cautus in hoc eſſe debet Aduocatus alias Delatio erit nulla *Capic. dec. 35. n. 3. Theſaur. dec. 68. n. p.*

Quinto demum videbatur etiam in dubio magis fauendum pupil-
29 lis quam viduæ quoniam priuilegiũ naturale pupillaris ætatis præfertur accidentali priuilegio viduitatis immo etiam paupertatis *ad tex. in leg. qui habent 3. vbi Bald. ff. de Tutel. Marcheſ. de Commiſ. par. 2. cap. 4. n. 31. Affl. & Carauit. in Conſt. Regni & poſt eos Scacc. de appellat. queſt. 7. n. 128. licet referat Couar., contrarium ſentientẽ*
30 Et maxime quia pupilli ſupponebantur etiam pauperes pro quibus eſt in dubio Iudicandum §. *ſi quis in nomine magni Dei Auth. de Eccleſiaſt tit.* ibi quæ pauperior eſt *& tex. in leg. quoniam in plerisque in fine & eſt lex. finalis ex græco C. de Sacroſ. Eccleſ.* ibi quod eſt in cæteris indigentius *Marcheſ. de commiſſ. par. p. cap. 28. n 48. Rot. Dec. 72. n. 7. p. p. diuerſ.* Sed prædicta credidi non obſtare. Ad Primũ enim Reſpondetur quod in ſententia condemnatæ legebãtur Eleonora & Catherina non ſimpliciter ſed vti heredes patris & nomini-
31 bus de quibus in actis; falſa autem demonſtratio non vitiat quãdo aliunde de vero corpore conſtat §. *ſi quis in nomine Inſt. tit de legat. leg. demonſtratio 17. ff. de cond. & Dem. & in his termin. Seraph. Dec. 701. n. p.* vbi quod ſententia continens errorem in nomine non vitiatur ſi de corpore conſtat, prout hic per relationem ad acta conſtabat ad quæ ſe referebat ſententia ac etiam ex duabus demõ-
32 ſtrationibus ex quibus ſatis probatur Identitas rerũ & perſonarũ *gl. in leg forma ff. de cenſib. Bart. in leg. demonſtratio in ſept. quæſ. ff. de Condit. & Demonſ. Maſcard. de prob. concluſ. 874. n. 2. & concluſ. ſeq. Rot. Dec. 459. n. p. par. p. diuerſ.*

Ad Secundum reſpondetur quod cum lis fuerit cõtextata cum defuncto maioris nõ licuit pupillis eius hæredibus variare forũ, quo-
33 niam inſtantia cæpta cum defuncto tranſit ad hęredem qui repreſentat perſonam ipſius & eadem cum illo perſona reputatur *Auth. de Iu-*

34 *de Iureiur. a morien.præſt. in princ.cum ſimilib.* Et ſicuti defunctus va-
35 riare non potuiſſet *contra tex. in leg. vbi captum ff. de Iudicijs.* ita nec hæres potuit *ad tradita per Giurbam. Dec. 82 n. 2. Aſin. in praxi §. 2. cap. 12. num. 4. Buratt. dec. 431. n. p. & 3. Surd. dec. 110. n. 2. & ſeq.* vbi excommuni & veriori decidit inſtantiam cæptã cum defuncto laico tranſire ad Clericũ eius hæredem non ſecus ac quando laicus efficitur Clericus incoato iudicio. *de quo tamen videmart. de Iuriſd. p. 3. caſ. 33. & par. 2. cap. 2.*

Ad Tertium Primo Reſpondetur quod Statutũ *d. lib. 2. cap. 70.* tã in Rubro quam in nigro diſponit quod ſi procurator non appellauerit, Dominus poſſit appellare ſed nõ clare diſponit quod preciſe fieri debeat notificatio ſententię non ſolum procuratori ſed etiam Dno niſi forte ad effectum inducendi ſcientiam, & vt ei currat tẽpus ad appellandum a die notificationis ſi procurator non appellet ſi tamen ipſe Dominus non fuerit citatus ad ſententiam vel fuerit
36 ſententiæ præſens vt ibi dicitur & conſonat idẽ Statutũ *lib. 2. cap. 65.* in quo diſponitur, tempus ad appellandum currere a die ſcientiæ illati grauaminis. Sic etiam de iure communi citato perſonaliter ad ſententiam currit tempus ad appellandum a die prolatæ ſẽtentiæ, alias vero a die ſcientiæ tantum *vt poſt alios probat Gratian. diſcept. 364 n. p. & 2. Scaccia de Appellat. quæſt. 12. n. 9. Buratt. Dec. 19. n. 7. & ibi Ferentill. n. 17.* Secundo reſpondetur quod licet ex verbis & mente Statuti colligi poſſet ſententiam eſſe neceſſario, procuratori & domino notificandam, attamen videri poſſet Statuto ſatisfactum per notificationem factam actori & pupillis in eorum habitatione quoniam ſtricte ſumpto vocabulo pupillus dicitur Dominus nam tutor non eſt proprie dominus ſed quaſi Dominus ex ſa-
37 liceto & hæc eſt Ratio quare tutor non poteſt procuratorem conſtituere ſed actorem quia procuratorem ſolus Dominus conſtituere poteſt *leg. p. ff. de proc.* ibi mandato Domini *leg. neque C. de proc. §. Interdum vbi gl. fin inſt. tit. de curator. Oinot. in d. §. interdum n. 3. Amat. Dec. Fer. 27. n. p. & ſeq.* vbi affert tres limitationes quæ tamen hunc caſum non percutiunt. Tertio reſponderi poteſt ponderando verba Statuti in fine capitis prędicti quatenus diſponit Dominũ appellare poſſe ſi tutor pro eo comparens non appellauerit a ſententia, ſupponit ergo poſſe pupillo fieri notificationem ſententiæ nam ſi tutor comparet & notificatio facienda eſt procuratori & Domino vtique dicto caſu fieri nõ poteſt niſi tutori & pupillo & ita patet notifica-

Digitized by Google

tificationem tunc pupillo factam ſuſtineri, nec dicatur quod eo ca-
ſu tutor comparebat & ſecus eſt quando non comparet, nam re-
plicatur quod ſi ipſe non comparuit, pro ipſo comparuit Actor qui
eius perſonam repreſentat & dicitur Actor quia tutoris perſonam
& officium agit *vt dixit Bart. & Aldob. & poſt eos Otnot. in §. Inter-
dum n. 3. inſt. tit. de curator.* vnde videbatur ſufficere notificatio fa-
cta pupillo quaſi Domino, & actori quaſi tutori. Quarto Citatio &
notificatio facta ad domum pupillorum veriſimiliter innoteſcit tu-
38 tori qui ſolet etiam cohabitare, cum tutor principaliter detur per-
ſonæ & ſecundario Rebus *§. certæ vbi gl. in verb. perſonæ Inſt. tit. qui
39 teſt. tut. dar. poſ facit tex. in leg. p. C. de falſ. monet.* vbi de falſa mo-
neta fabricata in Domo pupilli tutor tenetur quoniã vt ibi dicitur
Tutorem ignorare non oportet quod in Rebus pupilli geritur. Id
40 que videtur poſſe ſufficere quoniam citationis ſolemnitas poteſt
impleri per æquipollens *ad tradita poſt Bald. & alios per Felin. in cap.
cum Dilecta n. 6. poſt med. de reſcript. Caſſad. Dec. 2. n. 2 & per tot. de Re
Iudic. Vant. de nullit. tit. quibus mod. ſent. nulla n. 116. ſub med. facit
41 etiam tex. in leg. De pupillo 8. §. p. ff. de oper. nou. nunc.* vbi nunciatio
etiam puero facta valet, quoniam vt ibi dicitur ſufficit vt poſſit Do-
mino renunciari & licet Surd. ſup. dixerit poſſe notificationem fie-
ri ſoli tutori, non tamẽ dixit nõ poſſe aliquo caſu fieri pupillo quod
probat tex. præallegatus *& tex. in leg. ſi dictum §. pupillo ff. de eui-
ction* vbi quod poteſt pupillo fieri denunciatio quando tutor non
apparet præterea ſi ſoli tutori fieri poteſt notificatio, cum hic facta
fuerit actori protutore, abundat quę facta fuit etiam pupillo.
Ad Quartum Reſpondetur quod cum *Iudex* in ſententia mandaue
rit iuramentum deferri, vtique conſtat id feciſſe parte citata & cau
ſa cognita vt exigit tex. inductus ex aduerſo nec ex alijs contrarijs
42 colligi videtur quod ad actum ipſum iurandi citanda ſit pars & fa-
cit ratio quod nemo citandus eſt ad actum quem impedire non po-
teſt *ad tradita per Felin. in cap. cum olim de Re Iudic. Marant. de ord. Iu-
43 dic. tit. de citatione n. 5. Theſaur. dec. 68. n. 2.* facit etiã quod a Dela-
tione actuali ipſius iuramenti non datur Appellatio *Seraph. de iura-
ment. priuileg. 102. n. 6. & 7. Scaccia de appell. quæſt. 17. limit. 34. n.
8.* Accedit quod ratio tex. *in leg. ad perſonas ff. de iureiur.* videtur hoc
in caſu excludere citationem & partis præſentiam ſaltem ex quo
44 ſumus in muliere in qua regula fallit quoniam ratione honeſtatis
iurare debet abſente parte *Auth. vt litigan. iurent. §. ſi vero mulier.*

& per.

& per illum tex. Bart. in d. leg. Ad perſonas n. 2. in fine & n. 3. pariter in fine ff. de Iureiur. & ibid. ſequitur Iaſ. n. 4. & reſpondet Romano & Abbati contrarium arguentibus. Accedebat demum atteſtatio Notarij de Stylo non ſeruari vt pars citetur ad videndum iurare in ſupplementum quæ videbatur ſufficere præſertim coram Iudice
45 procedente ſola facti veritate inſpecta. Immo quilibet Iudex poteſt eſſumere & ſequi extraiudiciales informationes ſuper ſtylo ordinatorio *Bart. in leg. 3. in fine ff. de teſtib. Bald. in leg. p. in fine C. vt quæ deſunt Aduocatis Iud. ſupp. Boer. conſ. 8. n. 17. Rol. conſ. 44. n. 36. lib. p. Decian. conſ. 5. n. 45. lib. p. Ludon. Dec. 484. n. 6. & 8. & ibi Beltram. & prius n. 5.* vbi quod omnino creditur atteſtationi notarij *Buratt. Dec. 24. n. 11. vbi Ferentill. n. 33. Dixi ſup. Dec. 12. n.* 8. & omni in caſu pretenſæ nullitates minus obſtabant cum conſtaret de Iuſtitia ſententiæ & de bono iure actricis quo ſtante, ſententia etiam nulla poteſt non ſolum exequi cum reſeruatione deuolutiui ſed etiam confirmari *vt dixi Dec. 71. n. p.*

Ad quintum & poſtremum Reſponſio Reſultat ex omnibus prædictis præſentum ſimul iunctis quæ ſi non poſſunt ſingula, multa iuuāt & dubitationem excludunt. Vnde cum non verſemur in dubio, ceſ-
46 ſat ſuppoſitum, & retorquetur obiectum. Et confert ad hoc *tex. exodi cap. 23.* pauperis quoque nō miſereberis in Iudicio Ad idē *tex. in cap. ex tenore 11. de foro competenti* vbi quod ita ſumus viduis in Iuſtitia debitores, vt alijs iniuſtitiam facere non debeamus & *tex. in cap. nuper 6. de Donat. int. vir. & vxor.* vbi quod Ecclesia tenetur Dotes protegere viduarum & Iudex in cauſis viduarum debet ſe fauorabilem exhibere, contra Iuſtitiam tamen non eſt eis fauor Eccleſiaſticus concedendus Vnde patet nec fauore viduę vel pauperis poſſe Iudicem contra Iuſtitiam, miſericordiam exercere, eſſet enim hæc, iniqua miſericordia vt in ſimili dixit *tex. lib. 2. Macchab. cap. 6. Hieron. in can. ſed illud 45. Diſt. Ambroſ. in can. eſt iniuſta 23. queſt. 4. Grammatic. Dec. 94. n. 6.*

ARGVMENTVM.

Quando & quomodo exceſſus vitiet exequtionem: Modica vel minima quando ſint vel non ſint attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Exceſſus etiam modicus totā vitiat exequtionē quando eſt etiā in ſētentia*
2 *Stylus A. C. ſuſtinet ſententiam & mandatum pro ſumma debita, ſed*

non exequtionem.

3 *Depoſitum deſiuit eſſe integrum ex defectu vnius nummi.*

4 *Attentata purganda ſunt vſque ad obolum.*

5 *Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus vſque ad nummum.*
Dos etiam in vno nummo excludit fœminam ſtante Statuto excluſiuo Fœmina dotatę.

6 *Exceſſus non vitiat quando poteſt aliqua excuſatione defendi.*

7 *Nomine partis venit Dimidia. Nomine particulæ Dimidia Dimidiæ & ſic quarta pars totius.*
Quarta pars dicitur modicum reſpectu totius.
Dictio in circa ſaluat aliquando quartam partem.
Poteſt ex probabili opinione pro refectione ſcrotina ſumi quarta pars cœnę in diebus ieiunij.

8 *Quæ dicatur modica quantitas.*

9 *Si de modicis modice, de minimis minime curandum videtur*
Modicum & nihilum æquiparantur in omni fere prædicamento.
Paruus defectus non vitiat.
Paruitas Rei excuſat ab omni genere peccati.

10 *Conductio nulla eſt in vno nummo.*
Rota in purgatione attentatorum, modicum defectum non attendit

11 *An ex defectu vnius nummi debiti pro canone inducatur caducitas.*
Inobedientia etiam in minimo committitur.

12 *Defectus formæ etiam in minimo vitiat actũ licet fauorabilem piæ cauſæ*
Leuis ſolemnitatis omiſſio non vitiat.

13 *exceſſus ex errore proueniens non vitiat exequtionem.*

14 *Preſumptio Doli ſicut actio ceſſare videtur in modica quantitate*

15 *Ad ſuſpendendã exequtionẽ nõ admittũtur exceptiones altioris indaginis*

16 *Facilius eſt retardare faciendum quam retractare iam factum.*

17 *In foro in quo agitur ſola facti veritate inſpecta ſuſtinetur exequtio pro rata veri debiti.*

DECISIO XVIII.

APpellarunt iterum Perondelli ad Eminentiſſimum qui ex ſupradictis appellationem reiecit ſed quia de nouo opponebant & probare videbantur exceſſum in ſententia & exequtione Idem Eminentiſſimus mihi commiſit vt iterũ audirem prout feci. Et primo quidem fuit propoſitus exceſſus

ceſſus quindecim curruum fæni ex quinquaginta contentis in ſententia quoniã fatebatur in Capitulis Dom. Varana ſe recepiſſe prętium curruum quindecim fæni de an 1633. in ratione ſcutorum nouem pro quolibet curru & pro reſiduo fæni ſibi debiti pro anno illo. Ex proceſſu tamen & calculo coram me repetito conſtitit pretium illud fuiſſe bonificatum in computum perſionũ affictus & ſic adhuc pro anno illo Dominam Locatricem remanſiſſe creditricem fæni & damni paſſi ob fænum non conſignatum. Sed ex eodem calculo remanere dicebatur adhuc exceſſus qui non videbatur ſic euitari poſſe in ſexta parte vnius currus fæni ex quinquaginta de quibus Domina iurauerat & in effectu redactus ad æſtimationem damni de quo quærebatur, erat exceſſus circiter vnius ſcuti ex centum quinquaginta in quibus D. Loc. condemnauerat. Dicebatur autẽ quod
1 exceſſus etiam modicus immo & minimus irritat exequtionẽ & ſẽtentiam totam *Bald. in leg. certi condictio §. quoniam n. 3. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in leg. ſi non fortẽ §. ſi certũ n. 2. ff. De condic. Indeb. Afflict. Dec. 218. n. 3. & 4. Ludou. Dec. 198. n. p. & ibi Beltram. declarat. n. 3.* quando exceſſus non eſt ſolum in exequtione ſed etiam in ſententia *Idemque ſentit Buratt. Dec. 49. n. 12. & iterum Ludou. Dec. 480. n. 5. & Dec. 485. n. 4.* vbi deciditur nullum mandatum exequtiuum relaxatum pro ſalmis ſexdecim frumenti vbi quindecim ſolum debebantur & ſic ob exceſſum vnius ſalmæ *Ferentill. ad Buratt Dec. 91. n. 4.* Et quã-
2 uis coram Aud. Cam. & Signat. Inſtit. De Stylo ſententia exceſſiua ſuſteneatur pro ſumma debita, exequtio tamen non ſuſtinetur neq; etiam pro sũma debita ſed ob exceſſum partis, tota vitiatur *Rot. Dec. 40. Dec. 51. Dec. 66. apud Zacchiam de oblig. Camer. Ferentill. ad Buratt Dec. 91. num. 5. in fine.*
3 Conferunt ad prædicta, multa ſimilia & primo depoſitum quod nõ ſuffragatur niſi ſit integrum, definit eſſe integrum quando deficit etiã vnus nũmus *Tiraquell. de Retract. conuent. §. 4. gl. 6. n. 23. Rot. corã Cantuccio in impreſſis apud Cencium de Cenſib. Dec. 195. n. 5. & coram Greg. dec. 480. n. 4. & facit tex. in leg. 2. C. Debitorem vend. Pig. impid. non poſ.* vbi quod Debitor non impedit venditionem pignoris niſi ſoluat vel deponat vniuerſum debitum ſortis & vſurarum ita vt nec modicum de ſorte vel vſuris deſit.
4 Secundo. Attẽtata purganda ſunt vſque ad obolum & ſi obolus deficiat, non dicuntur purgata *Bald. in cap. conquerente per illum tex. de Reſt. Spoliat. Rip. in leg. naturaliter §. nihil commune n. 30. ff. de acq. poſſ.*

Abb.

Abb. in cap. Accedens 2. in vlt. not. vt lit. penden. Tiraq. de Retract. cõuent. §. 4. gl. 6. n. 23. & ſeq. Lancellott. de Att. par. 3 cap. 31 n. 25. & n. 155
5 Tertio Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus vſque ad nummum & ſi nummus deſit, non dicitur reſtitutus *ad tex. in d. cap. conquerente in verb. Integre de Reſt. Spoliat. Paris conſ. p. n. 147. Cep. Conſ. 19. n. 4. Rot. Dec. 319 in nou. Tiraquell. de Retract. conuent. §. 4. gl. p. n. 23. Gabriel. Concluſ. p. de Reſt. Spoliat. n. 11.* Et alia plura ſimilia in quibus minimus & vnius nummi defectus vitiat *refert. Tiraq. de Retrac. conuent. d. §. 4. gl. 6. n. 23. 24. & 25. & ſeq. facit quod ex Bald. tradit Cephal. conſ. 502. n. p.* quod mulier etiam in vno nummo dotata excluditur ſtante Statuto excluſiuo fæminæ dotatę. Prædicta tamen non obſtantibus credidi non eſſe recedendum a iudicato.

Primo quia cum fęnum fuerit venditum in rationem ſcutorum ſeptem in aliquibus annis, & in alijs in rationem ſcutorum ſex & D. Loc. in omnibus annis damna taxauerit in rationem ſcutorum ſex & ita ſequtus ſit minorem æſtimationem etiam in annis in quibus poterat, maiorem ſequi, remanere poteſt ex hoc abundanter com-
6 penſatus prætenſus exceſſus ſi quis adeſſet & quando poteſt exceſſus aliqua excuſatione defẽdi non videtur vitiare *ad tradita per Ludouiſ. Dec. 198. num. p.*

Secundo quia hic agitur nõ ſolum de modico ſed de minimo exceſſu, habito reſpectu ad totam ſummam prout habendum eſſe *docet tex. & ibi Bart. in leg. ſcio ff. de In integ. Reſt. min.* Agitur enim de cẽteſima parte immo de dimidia centeſimę partis & ſic non agitur ne-
7 que de parte neque de particula nam nomine partis intelligitur dimidia *leg. nomen filiarum §. portionis ff. de verb. ſign.* & nomine particulæ venit dimidia dimidiæ & ſic quarta pars totius *Bart. in leg. 2. C. quand. & quib. quart. pars deb. lib 10. n. p. Rip. in leg. ſi vmquam C. De Reuoc. Don. n. 14.* & quarta pars dicitur etiam quid modicum reſpectu totius *ad tex. in leg. ſi quis in ſuo C de Inoff. teſtam. Ludou. dec. 344. n. 11.* vbi quod Dictio in circa quæ ſolet ad modicam quantitatem referri, capere poteſt aliquando quartam partem *Buratt. dec. 722. n. 3 faciunt tradita per Dianam Reſol. moral. par. p. Tract. de Ieiunio Reſol. p. vbi quod ex Rainaldo & Figliuccio* poteſt pro Refectione ſeu collatione ſerotina in diebus Ieiunij ſumi quarta pars cænæ cõſuetę idque in celebri Theologorum Accademia reſolutum *refert idem figliuccius to. 2. trac. 27. par. 2 cap. 3. queſ 7. n 33.* Et licet quę
8 dicatur modica quantitas relinquatur iudicantis Arbitrio *ad tradita per*

ta per Menocch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 145. n. 4. attamen quod vſ-
que ad duos Aureos quantitas dicatur modica, *dixit tex. in leg. Ideſt ff de Dol. Bart. in leg. ſi oleum §. merito n. p. ff. eod. tit. de Dolo* Accedat
9 quod ſi de modicis modice, de minimis minime curandũ eſt ſump-
ta proportione *ex leg. qua de tota ff. de Rei vindic. ad tex. in leg. magiſtratibus ff. de Iuriſd. om. Iud. & in leg. ſcio 4. ff. de in integr. Reſt. minor. & in leg. 4. in fine ff. de edil edic.* Immo de Iure in omni fere prædi-
camento modicum & nihilum æquiparantur quoad omnes fere Iu-
ris effectus *leg. p. §. p. ff. de itin. act priuat. leg. ſi debitori ff. de Re Iudic. leg. quicquid in calore 49. ff. de Reg. Iur. leg. ſolent ff. de off. proc. & leg. tapè & ſi quæſtiones de Simon. tex. qui vltra quatuor intellectus gl. videtur optime probare in Auth. de hared. & falc. in princ.* ibi Parum nihil
cogitans. Sic etiam paruitas materiæ excuſat ab omni genere pec-
cati *vt poſt Diu. Thom. 2. 2. quæſ. 59. art. 4. docet Nauar. in manuali preludio 9. n. 12. Azzor. Inſtit moral. lib. 4. cap. 9. quæſ. 7. Sanchez. de matrim lib. 9. Diſput. 46. n. 9.* vbi ampliat etiam ad Res venereas:
quamuis an in Rebus venereis detur huiuſmodi paruitas ſeu leuitas
materię quæſtio ſit *de qua per Dianam Reſol. moral. par. 3. tract. Miſcellan. 5. Reſol. p. per tot. & latius par 5. tract. 5. de paruitate materiæ Reſol. 5. per tot.* & generaliter quod in Iure noſtro paruus ſeu modi-
cus Defectus non habeat vitiare, *dixit Bald. in leg. quamuis ff. de cõd. & Dem. Rom. in leg. 2. ff. ad ſen. Conſ. Sillan.*

Neque obſtant ex aduerſo deducta. quæ licet forte procedere poſ-
ſent in modicis, prout in modicis loquuntur, non tamen recipienda
videntur in minimis *ad tradita per Odd. de Reſt. in integ. par. p. quæſt. 4. art. 12. n. 101. & 105.* & quæ de vnico nummo dicuntur, hyper-
bolica vel ſaltem theorica & ſpeculatiua potius quã practica vidẽ-
tur & alegiſtis potius adinuenta quam a legibus cõſtituta cum nec
10 vnquam reperiantur deciſa Immo contrarium probat *tex. in leg. ſi quis ante 10. ff. de acq. poſſ.* vbi conductio nulla dicitur quæ pro vno
nummo fit. Idem in vẽditione quod videlicet pro vno nummo nul-
la ſit quando ſumus in re valoris notabilis *probat poſt alios Dec. in leg. immaginaria n. p. ff. de Reg. Iur.* vnde licet vſque ad obolum purgan-
da dicatur attentata *attamen in vna Tarraſina Illegitimitatis corã D. Oradino 10. Decembris 1557.* cum Attentans ſoluiſſet lib. 855. & re-
ſiduum conſiſteret in modico, Domini ordinarunt vt eo non atten-
to procederetur in cauſa principali *vt refert Lancel. de Att. p. 3. cap.*
11 *29. n. 23.* Neque etiam obſtat quod Defectus in ſolutione Canonis

etiã in vno nummo debito licet ex maiori ſumma, caducitatem inducat *Bald. in leg. cum allegas 15. n. 13. C. de vſur. & conſ. 290. ſub med. lib. 2. Socin. conſ. 167. n. 7. in fine lib. 2 Rolan. qui teſtatur de cõmuni conſ. 17. n. 14. lib. 2. Gratian Diſcept. 152. n. 7.* nam reſpondetur id poſſe procedere ratione inobedientiæ quæ etiam in minimo committitur *Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 61. n. 27. Gratian. Diſcept. 152. n. 11. & facit tex. in leg. vnic. §. p. ff. ſi quis Iuſdicenti non obtemp.* in illis verbis. Is videtur non obtemperaſſe, qui quod extremum eſt, non fecit. præterea quãdo ex canone maiori deficeret vnicus nummus, periculoſa eſſet opinio ſupradicta cum ex Defectu illius nummi non deficiat Recognitio Domino debita At quãdo totus Canon in vno nummo conſiſteret, non eſt mirum ſi minimum conſideretur quoniam ex eo minimo, prouenit aliquid quod eſt maximum, videlicet Recognitio debita Domino directo & ex defectu illius nummi non ſoluti, deficit tota recognitio nec dici poteſt parum offendere qui offendit in toto nec quod parum deneget qui totum denegat ſicuti nec parum dat que totũ dat vnde & dixit *Diuus Gregorius Homil. 5. in Euangel.* quod multum reliquit, qui quantumlibet parũ,

12 totum deſeruit Et licet etiam dicatur quod Defectus formę etiã in minimo vitiat actum *Neuizzan. conſ. 77. n. 2.* vbi ampliat etiam ſi agatur de fauore piæ cauſæ quia nihil omittendum eſt ex ſolemnibus *Leg. Diuus ff. de Ininteg. Reſt. min.* & nihil videtur actum quando ſupereſt aliquid agendum *leg. cum Sillanianum in fine C. de his qua vt indignis Buratt. Dec. 124. n. 20.* Alibi tamen dicitur quod leuis ſolemnitatis omiſſio non vitiat *leg p. §. fin ff. de ventr. inſpic. Neuizzan. d. conſ. 77. n. 15.* pręterea hoc in caſu non videbatur agi de forma *ad tradita per Felin. in cap. cum dilecta de Reſcript. n. 6.* vbi ponit ſigna magis tralia ad dignoſcendam formam.

13 Tertio mouebar quoniam quando ex errore & non ex dolo prouenit exceſſus non vitiatur totum ac multum vtile per modicũ inutile *vt poſt Bal. Imol. Barb. Alex. Iaſ. & alios plures probat Tiraquell. de Retract. conuention. §. 4 gl. 6. n. 29. Gratian. Diſcept. 152. n. 8.* Error autem hoc in caſu poterat optima ratione præſumi potius quã Dolus

14 tam ratione qualitatis perſonæ, quã quia pręſumptio Doli ceſſare debet ſicut & ceſſat Actio Doli in quantitate minori duobus aureis *vt in d. leg. Ideſt ff. de dolo & per Bar. in leg. ſi oleum §. merito ff. eod. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 141. n. 2. Idem Menoch. poſt Crauet. & Ruin. de preſ. lib. 5. preſ. 3. n. 20. & 71.*

Acce-

Accedat quod ex calculo repetito exceſſus non ſolum modicus &
15 minimus ſed etiam turbidus erat,& ſi ad ſuſpendendam exequtionē requiruntur claræ probationes *leg. fin. in fin C. de ord. cognit. Surd.*
16 *conſ. 91. n. 6. lib. p. Buratt. Dec.* 803. *n.* 9. Clariores exigi debent quãdo non ſolum agitur de retardanda ſed de retractanda exequtione cũ facilius ſit impedire faciendum quam reuocare iam factum *leg. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui vel alien. Iur.* quod eo magis procedebat hoc in caſu in quo fuerat conceſſa Reſtitutio quo ad effectũ deuolutiuum,in quo ſi quod extaſſet grauamen,diſcuti poterat & reformari Interim ad cautelam & pro omni caſu quo ex errore adeſſe potuiſſet prætenſus licet minimus exceſſus,ad compenſandũ,abſolui ab expenſis factis poſt Decretum quod in reliquis confirmaui
17 Eo etiam facilius quo tanquam Rotæ pretor habebam facultatẽ procedendi ſola facti veritate inſpecta *vt in Conſtitutione nu.* 7. & quãdo agitur ſola facti veritate inſpecta,ſuſtineri pot. exequtio pro rata veri debiti & pro reſiduo retractari refectis imperſis & damnis per debitorem paſſis ratione exceſſus *vt poſt Neuizzan. conſ.* 77. *n.* 9. 10. *& ſeq. docet Coſta de Ratione ratę queſt.* 137. *n.* 16. *in fine verſ. Rurſus Reſpondetur*.

ARGVMENTVM.

Prouiſio quæ maturat in fine officij an debeatur officiali diſcedenti, an vero ſuccedenti.

SVMMARIVM.

1 *Peccat qui vtitur Iuriſdictione non ſua.*
2 *Quod tuum non eſt ſcire debes ad alium pertinere.*
3 *Qui locum vſurpat alienum, nulla ſe poteſt ignorantia defendere.*
4 *Iudex nulliter vel iniuſte procedens tenetur partibus ad damna & pro commiſſis & omiſſis ex leui culpa. Declara vt ibi.*
5 *Nemo debet cum alterius damno lucrati vel cũ alterius lucro damnificari.*
Non debet eſſe labor ſine mercede nec merces ſine labore.
6 *Ad terminum penſionis maturatum prope mortem anteceſſoris an teneatur ſucceſſor vel hæres.*
Penſio quando dicatur anticipata vel poſticipata.
7 *Commoda ſequntur in commoda.*
Onus tutelæ ſequitur emolumentum ſucceſſionis.
Ferendus non eſt qui lucrum amplectitur & onus ſubire recuſat.
8 *Qui altari ſeruit, de altari viuere debet.*

Qui

Qui Spiritualia ſeminat temporalia metit.
9 *Salarium officiali debetur proportionabiliter ad laborem.*
Aucto vel diminuto labore, ſalarium diminuitur vel augetur.

DECISIO XIX.

D Gubernator Melariæ poſt acceptam a Communitate Caſtellatam Vini quæ Gubernatori tribui conſueuit tempore vindemiarum remotus, ſeu promotus diſceſſit fere ſtatim ab officio, ſucceſſor vero eam tanquam ſibi debitam ſequeſtrauit & Anteceſſor inſtetit coram me tanquam Rotæ prætore pro inhibitione quam tamen ego denegaui motus tam ratione iuriſdictionis quam ratione iuſtitiæ.

Primo quia Prætor Rotæ non iudicat in primis Inſtantijs ſed in cauſis primarum Appellationum vt diſponit Conſtitution. 18. Qui au-
1 tem vtitur iuriſdictione non ſua in alienam meſſem, falcem immittit & grauiter peccat *D. Tho. 22. q 60. Ar. 2. & 6.* vbi quod iudiciũ ſine autoritate eſt peruerſum *Nauar. in Manual. cap. 25. n. 18.* Nec
2 ei prodeſt Ignorantia quia quod tuum non eſt, ſcire debes ad aliũ pertinere vt reſpondit Imperator occupanti poſſeſſionem vacantẽ
3 *in leg. fin C. vnde vi* & quod qui locum vſurpat alienum, nulla ſe poſſit ignorantia defendere *tex. eſt in leg. p. C. vt dig. ord. Seru. lib. 10.*
4 & Iudex ſic procedens tenetur vtrique parti reſtituere expenſas & damna quæ ex cauſa vel occaſione occupatæ Iuriſdictionis amerſerint *ad tex. in cap. fin de Iniur. & dam. dat.* vbi etiam quod nec excuſat Ignorantia ſcire debentem ex facto poſſe veriſimiliter iniuriã contingere vel Iacturam *gl. in cap. Paſtoralis §. quia vero de off. Deleg.* vbi ampliat licet pars non appellet, quam gloſam communiter receptam eſſe teſtatur *Nauar. in Manuali cap. 25. n. 12. Azor. Inſt. mor. par. 3. lib. 13. cap. 25. Dub. 1.* vbi quod Iudex tenetur ex leui culpa ad reſtitutionem pro commiſſis vel omiſſis in officio & pro his quæ negligenter vel ignoranter egit, licet in hoc benignius loquatur *Nauar. d. cap. 25. n. 13. verſ. quinto peccat* quatenus innuit ſatis eſſe, Iudicem vidiſſe mediocriter proceſſum ſicut econtra durius loqui videtur *Iaſ. in leg. in Actionibus ff. de in lit. iuran. n. 35.* quatenus poſt Bald. & Ang. ait dari iuramentum affectionis contra Iudicem male iudicantem niſi intelligas in Iudice doloſo.

Se-

Secundo quia credidi ſucceſſorem fouere bonum Ius nam Anteceſſor ingreſſus eſt officium, vt mihi confeſſus eſt, de menſe Auguſti & habuit Caſtellatam de menſe Septembris ſubſequentis anni præteriti vnde ſi diſcedens de menſe Octobris retineret aliam Caſtellatam habitam de mẽſe Septembris anni præſentis, ſequeretur quod ipſe Anteceſſor in ſpatio vnius anni habuiſſet duas Caſtellatas, & ſucceſſor per annum nullã haberet & ſic duplex ſequeretur abſur-
5 dum videlicet Alium ex alterius damno lucrari, & alium ex alterius lucro damnificari *contra tex. in leg. Iure ſuccurſum 7. ſ. fin ff. de Rit. nupt. & in leg. ſequens 1 5. ff. ad ſen. conſ. Syllan.* & alter haberet ſuperfluum, alteri deeſſet neceſſarium & ex alterius copia, alterius proueniret inopia *contra Diuum Bernard. de interiori Domo cap. 26.* & alius haberet laborem ſine mercede, alius mercedem ſine labore *contra tex. in Auth. de Iudicibus in §. ne autem labor.*

Tertio conferebat ad hoc, quod in ſimili dicitur quando deficit
6 prope terminum penſionis aliquis titularis & quæritur an ad ſoluẽdum teneatur heres Anteceſſoris an vero ſucceſſor in beneficio & reſoluitur quod ſi penſio erat impoſita & ſoluebatur anticipate ratione fructuum futurorum, tenetur ſucceſſor qui debet illos percipere, ſi autem poſticipate & ratione fructuum præteritorum, tenetur hæres defuncti qui eos Percepit: In dubio autem quilibet pro rata temporis vel potius pro rata fructuum *Paris de Reſign. quæſ. 8. n. 22. Grattan. diſcept 5 48. n. 43. Coccin. dec. 3 27. n. 2. & 3. Buratt. dec. 670. n. p. & 3.* vbi quod penſio dicitur impoſita anticipate quando primus terminus impoſitionis ſolui debet ante perceptos fructus. Cum igitur hoc in caſu conſtet quod Caſtellata datur & data fuit anteceſſori anticipate ante præſtitũ ſeruitium & ſic ratione futuri ſeruitij & non præteriti, conſequens eſt vt debeatur non diſcedẽ-
7 ti, ſed ſuccedenti qui futurũ illud ſeruitium præſtare debet *ad tex. in leg. ſecundum naturam ff. de Reg. Iur.* vbi commoda ſequuntur in cõmoda *& in cap. qui ſentit. eod. tit. in ſex. & in §. fin Inſt. tit. de legit. patr. tut.* vbi tutelæ onus ſequitur emolumentum ſucceſſionis *& in leg. vnic. ſ. pro ſecundo C. de Cad. toll.* vbi ferendus non eſt qui lucrum amplectitur & onus ſubire recuſat *& confert tex. in can. caritatem in can. quicunq; in can. Eccleſiaſticis 12. q. 2. Amat. deciſ. Fer. 22. n. p. & 2.*
8 *& melius dec. 35 n. 3.* eſt autem pluſquam certum quod ſicut Beneficium datur propter officium & qui altari ſeruit, de altari viuere debet *can. p. 44. diſt. cap. cum ſecundum 13. de preb.* & qui ſpiritualia ſeminat,

minat,

minat, temporalia motit *Diuus Paul. ep. p. ad Car. cap. 9. relatus in*
9 *cap. ſi Epiſcopus 6. de off. ordin. in ſex.* Ita ſalarium prouiſio, honorariũ debetur & ſoluitur officiali correſpectiue & proportionabiliter ad laborem & ſeruitium præſtitum vel præſtandum *Auth. de Iudicibus §. ne antẽ labor ſit ſine mercede &c.* vt ſi labor deterret, merces inuitet
4 *vt dixit Diu. Bern. Ad eugen. de cõſider. lib. p. cap. 5. & faciunt tradita per Menocch. de arbitr. caſ. 505. nu. 3. & 4. & poſt alios per Thomat. dec. Macer. 10. n. 25.* vnde etiam Aucto vel diminuto labore ſalariũ quoque minuitur vel augetur *Felin. in cap. cũ olim n. 2. de ſent. & Re. Iudic. Rom. conſ. 25. n. 2. Rot. dec. 354. n. 4. par. p. Recenſ. Buratt. dec. 508. n. 6. & dixi Latius infra dec. 87. n. 5. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Appellatio Conſortis quando proſit Conſorti. Ex quibus euitetur Reuocatio Attentatorum Clauſula ſola facti veritate inſpecta quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio litis conſortis Regulariter prodeſt conſorti*
2 *An Regula procedat quando conſortes nõ poſſidẽt pro Indiuiſo & n. 5. & 9.*
3 *Reſtitutio in Integrũ cõpetẽs litis cõſorti nõ prodeſt cõſorti in cauſa diuidua*
4 *Realis Diuiſio excludit Conſortium.*
6 *Tot ſunt ſtipulationes quot res in ſtipulationem deducta. Et tot legata quot res legatæ.*
7 *Valet Argumentum a Contractibus ad Iudicia*
8 *In Iudicio quaſi contrahitur.*
9 *Valet argumentum a contractibus ad quaſi contractus.*
10 *Quando non eſt eadẽ cauſa defenſionis Appellatio conſortis, conſorti non prodeſt.*
11 *Actus non operantur præter intentionem Agentium.*
12 *Vt Appellatio conſortis proſit cõſorti requiritur ſciẽtia quę nõ præſumitur.*
13 *Sufficit tamen ſcientia procuratoris & probatur etiam coniecturis.*
14 *Requiritur ſcientia infra tempus datum ad appellandum.*
15 *Ad effectum Attentatorũ requiritur ſcientia appellati certa & concludẽs.*
16 *Ignorantia litis pendentiæ excuſat ab Attentatis.*
17 *Ignorantia Appellationis excuſat ab Attentatis.*
18 *Ignorans non dicitur contemnere.*
19 *Requiritur Intimatio Appellationis Iudici & partis ad effectum reuocandi attentata in primis & ante omnia, alias ſolum reuocantur in fine per*

viam Iuſtitiæ.

20 *Pars quę dilationem à Iudice datam ignorat, non attentat.*

Dubius æquiparatur Ignoranti.

21 *Quando attentata non ſunt liquida reiciuntur ad merita & quare.*

22 *Attentare eſt Delictum.*

23 *Dubium Iuris controuerſi æquiparatur Dubio facti.*

24 *In dubio pronunciandum eſt non conſtare de Attentatis.*

25 *Exceptio requirens altiorem facti vel Iuris indaginem remittitur ad merita cauſæ.*

26 *Spoliatus non reſtituitur ante omnia ſi conſtet de notorio eius non Iure.*

27 *Attẽtata non reuocantur ſi conſtet de notorio non Iure petẽtis reuocationẽ.*

28 *Debet tamen conſtare ex confeſſione vel Re Iudicata.*

29 *Habens facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta non tenetur in primis attentata reuocare.*

30 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta reducit cauſã ad terminos iuriſgẽtiũ.*

31 *habens facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta non tenetur ſuper emergentibus pronunciare cuiuſmodi ſunt Attentata.*

32 *Habens facultatem prędictam non tenetur ſeruare ordinatoria iudiciorũ.*

33 *Rota Romana ad effugiendos circuitus aliquando ſuſpenſa attentatorum reuocatione procedit ad merita.*

DECISIO XX.

CVm Illuſtriſſima Domina Margerita Taſſona Canana euinxiſſet ex ſententia Rotali quædam bona a D. Nicolao & alijs de paſqualibus quæ ipſi emptionis titulo poſſidebant, inſtituerunt Iudicium ſaluiani vnico libello contra Ludouicum Carolum, & vincẽtium Naccaram poſſeſſores diuerſarum terrarum quæ prædictis actoribus in caſu euictionis hypotecatæ reperiebantur & obtenuerunt a D. Loc. fauorabilem ſententiam a qua *Car*olus quidem appellauit nomine proprio Naccara vero non appellauit vnde aduerſus eum relaxata fuit exequtio & apprehenſa poſſeſſio per Paſquales qui fructus etiam perceperunt. Commiſſa mihi cauſa tanquam *R*otæ Prætori etiam cum facultate attentata reuocandi. Inſtabatur pro parte hęredum Naccaræ defuncti Iudicio cõtextato, reuocari exequtionem cum omnibus inde ſequtis poſt appellationem caroli litis conſortis Vnde dubitatum fuit an Appella-

tio caroli prodeſſet Naccaræ litis conſorti. In quo quamuis Regula
1 ſit quod Appellatio conſortis prodeſt conſorti quando eſt eadem
cauſa defenſionis *leg p. & 2. C. ſi vnus ex plur. app. cap. vna ſententia*
73. de Appell. Lancellott. de Atten. par. 2. cap. 12. Ampl. 11. n. 4. vbi loqui-
tur etiam ad effectum attentatorum Scaccia de App. quæſt. 7. n. 58. Trenta-
cinq. var. Reſol. lib. p. Reſol. 5. de minorib. n. 3. Buratt dec. 315. n. 7.
2 Primo tamen Regula prædicta videtur poſſe limitari quando agitur
de diuerſis rebus poſſeſsis pro diuiſo per ipſos conſortes *ad tradita*
per Afflict. dec. 213. n. 4. vbi dicit per omnes Dominos de conſilio fuiſ-
ſe concluſum quod licet Ius hypotecæ ſit Indiuiduum contra plures
3 hæredes, ſi tamen Res ſint inter eos diuiſæ Reſtitutio vni compe-
tens alteri non prodeſt *Idem ſenſit idem Afflict. in Conſt. Reg. Obſcurita-*
tem vt ibi per Addent. d. Deciſioni quę videtur a fortiori trahi poſſe
ad caſum noſtrum quoniam ibi agebatur de pluribus hæredibus
qui vnam perſonam repreſentãt, hic autem agitur de perſonis om-
nino diuerſis & quæ nullam repreſentãt identitatem *& facit ad hoc*
4 *Diſtinxio Bart. in leg. 2. C. de conſort. eiuſd. lit.* & quod Realis diuiſio
excludit conſortium *ad tex. in leg. ſi quis duas ædes §. ſi quis partem ff.*
Com prad & poſt dec. Couar. & alios docet Gratian. diſcept. 874. n. 12.
5 & quamuis Deciſio Afflicti loquatur in Reſtitutione in integrũ quę
eſt remedium perſonale & extraordinarium vnde non videtur ex-
tendenda ad appellationem *arg. tex. in leg. 2 C. ſi vnus ex plur. ap.* qui
dum dicit appellationem conſortis prodeſſe; reſtitutionem vero nõ
prodeſſe intelligendus videtur in cauſa & Re diuidua nam in Indi-
uidua etiam reſtitutio prodeſt *vt in leg. p. C. ſi in communi cauſ. Reſt.*
poſtu & expreſſe id ſentire viſa eſt gloſa in leg. ſi quis ſeparatim §. fin. in
verb. obtinere ff. de Appell. vbi dicit ſufficere cauſam eſſe communẽ
ſequitur Alba conſ. 507. n. 17. lib. 3. Maſtrill. dec. 264. n. 37. & 38. ſed
quod in diuiduis appellatio conſortis alteri non proſit *dixit Salicet.*
in Rub. ſi vnus ex plurib. n. 3. Trentacinq. Var. Reſol. lib. 2. Reſ. 5. n. 7. de
6 *minor.* & facit ad hoc vltra prædicta quod tot ſũt ſtipulationes quot
Res in ſtipulationem deductæ *leg. ſtipulationes non diuiduntur leg. ſcire*
debemus ff. verb. oblig. & tot. ſunt legata quot Res legatæ leg. 2. ff. de leg.
7 *2.* ergo etiam tot. Iudicia reputantur quot Res in Iudicium deductę
arguendo a contractibus ad Iudicia quod licet, *ex late traditis per*
8 *Euerard. in loco a contractibus ad Iudic.* & quia in Iudicio quaſi contra-
9 hitur *leg. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul.* & argumentum magis valet a
contractibus ad quaſi contractus *leg. ſi pupilli §. ſi quis ita ff. de neg.*
geſt.

geſt. leg. Ait prætor in princ. & in §. non ſolum ff. de minor. faciunt etiam tradita poſt Gratian. & alios per Ferentill. ad Buratt. dec. 644. n. 10. vbi quod Diuerſitas Rei reddit cauſam diuerſam.

Secundo ad diuerſitatem Rerum accedere videbatur diuerſa cauſa defenſionis quia ſaltem cum hic fuerit intentatum Saluianum, poterat contra vnum ex Conſortibus eſſe concludenter probatũ vtrũque extremum poſſeſſionis Rei controuerſæ & non contra aliũ Idẽ

10 que dici poterat ſuper Idemtitate At quando non eſt eadem omnino cauſa defenſionis, Appellatio Conſortis, conſorti non prodeſt *ad tex. in d. leg p. C. ſi vnus ex plur. & in cap. vna ſententia de Appellat. & in leg. ſi quis ſeparatim* 10. *§. fin ff. eod. tit. de Appell. & poſt alios tradit Scaccia de appellat. quæſt. 5. n. 18. Ferentill. ad Buratt. dec. 315.*

11 *in litt.* A. *in fine* Accedebat etiam quod Carolus appellauit nomine proprio, vnde ſibi ſoli & nõ conſorti prodeſſe videbatur appellatio, quoniã actus agentium non debent operari vltra ipſorum intentionem *leg. non omnis ff. ſi cert pet. & limitata cauſa, limitatum producit affectum leg. In agris ff. de acq. Rer. dom. Et faciunt tradita per Ferentill. ad Buratt. dec. 318. n. 6. & per eumd. Buratt. dec. 54. n.* 12.

12 Tertio Ad hoc vt proſit appellatio conſortis, requiritur ſcientia in conſorte qui prætendit appellatione iuuari & ſcientia etiam in his terminis non præſumitur niſi probetur *Rota poſt Abb. & alios dec.* 883. *in fine par. 3. Diuerſ & poſt ſalicet & Felin. late Gratian. diſcept.* 111. *n.* 36. vbi quod hæc eſt verior opinio & n, 37. vbi quod maxime procedit in Re diuiſibili ergo fortius in Re actualiter diuiſa

13 prout hoc in caſu. Et quamuis ex aduerſo dicatur ſufficere ſcientiam procuratoris ac etiam per coniecturas eam probari *vt probat idem Gratian. diſcept.* 115. *n.* 46 *poſt Bart. dec. Ruin. & alios* & quod hoc in caſu cõſtat ſcientia procuratoris qui ante exequtionem obtinuit ſuperſederi vigore appellationis interpoſitæ per conſorrem,

14 attamen Replicatur quod ſcientia exigi videtur infra tẽpus datũ ad eppellandum *gl. in leg. 3. §. p. ff. de appell. Bart. in leg. ſi quis ſeparatim §. fin ff. eod. Salic. in Rub. C ſi vnus ex plur. ap. n. 3. ſoc in conſ. 132. lib. p. quos refert & ſequitur Trentacinq. Var. Reſol. lib. 2. Reſ. 5. n. 7. de minorib. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 12. n. 6.* vbi

15 fortius loquitur de Adhęſione. Præterea ad effectum attentatorũ requiritur ſcientia Appellati vt infra dicam nec ſufficit ſcientia coniecturalis & pręſumpta, ſed requiritur plena, certa & concludens *Put. dec. 6. de prob. Mobed. dec.* 160. *eod. tit. Rot. dec.* 21. *de Dol. & con-*

Digitized by Google

tum in Antiq. Lancellott. de Atten. par. 2. cap. 20. decla. p. n. 10. & n. 21.
16 Quarto Ignorantia litis pendentiæ excuſat ab Attentatis *ad tex. in Clem. 2. vt lit. penden.* ibi Ad citati notitiã *& probat Lancellott. de Att. par. 2. cap. 4. limit. 27. n. p. & 6.* vbi quod etiam ignorantia iuris excuſat *& n. 18.* vbi quod id procedit licet habeatur aliqualis ſcientia.
17 Sic etiam pari ratione excuſat ab Attẽtatis ignorantia appellationis *Rot. Dec. 38 de ap. in nou. & coram Caſſad. Dec. 3. eod tit. n. p. & 6. Marant. de ord. Iudic. in cap. de appellatione n. 391.* & ratio eſt quoniã ad attentandum requiritur Dolus & contemptus *Rot. Dec. 5. de Reſt. Spol. in nou. & Dec. 2. eod. tit. pariter in nou.* ceſſat autem in ignorante Dolus *leg. nemo videtur dolo facere & leg. qui in ius §. nemo videtur vbi Dec. & Cagnol. ff. de Reg. Iur.* ceſſat etiam præſumptus contemptus
18 quoniam ignorans non dicitur contemnere *Abb. in cap cũ ſit in fine de appell. egid. Dec. 541. Menocch. conſ. 74. n. 12 lib. p. Lancellott. de attẽ. par. 2. cap. 4. limit. 27. n. 8 & fuſius ead. par. 2. cap. 12. Ampl. 15. a n. 202*
19 vbi quod licet ad effectũ deuolutiuum ſufficiat appellare attamen ad effectum ſuſpenſiuum requiritur intimatio appellationis factæ iudici & pacti *Minſing. obſeru. 44. n. 3. cent. 4.* vbi quod non facta intimatione attentata reuocantur non in primis & ante omnia ſed in fine per viam iuſtitiæ ſcilicet ſi appellans vincat & appellatus ſuccumbat in meritis cauſæ principalis. In hoc autem caſu deficere videbatur ſufficiens intimatio quia licet fuerit ſuo tempore intimata appellatio conſortis, ſcientia tamen alterius vel declaratio quod vellet inhęrere appellationi prędictæ nõ peruenit ad notitiam partis niſi cum Decreto ſuperſeſſorię; longe poſt exequtionem inti-
20 matæ vnde pars quæ dilationem ignorauit, non attentauit *vt in his terminis dixit Rota Dec. 562. n. 2. par. 2. Recens & Dec. 5. de ſent. ex com. in nou. & poſt eam Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 12. n.* 8. vbi quod debet fieri intimatio Adhęſionis ſicut intimatio appellationis. Et colligi poterat etiã coniectura excluſiua doli & contẽptus iudicis, ex eo quod Paſquales abſtinuerunt ab exequtione contra Carolum cuius appellatio fuit eis intimata vnde ſi fuiſſet eis intimata etiam pro Naccara, veriſimiliter ex facto præſumi poteſt faciendum & ſic quod abſtinuiſſent etiam contra eum ſed quia pro eo non fuit facta huiuſmodi intimatio, Paſquales remanſerunt in bona fide quę ab attentatis excuſat ex ſupradictis & negari non poteſt quin ſaltem Paſquales eſſent rationabiliter dubij de appellatione Dubitans autem præſertim ad euitandam pęnam, ignoranti ęquiparatur

ratur *leg. manifeſtiſſimi* §. *ſin autem neſcius C. de furt. leg. fin. C. de condit. Indeb. vbi Bart. & Bald. notant.*

21 Quinto quando attentata non ſunt liquide probata, reſeruanda ſunt ad merita cauſæ & interim procedendum eſt in negotio principali quia requirunt probationem exactam claram & euidentem *Lancellott. de atten. par. 3 cap 26. n. 98. & cap. 31. n. 156. Buratt. Dec.*
22 *4. n. 4. Dec. 177. n. 2. & Dec. 644. n. 4.* et ratio rationis eſt quoniam attentare eſt ſpecies delicti *Felin in cap. p. vt lit. non content. n. 8. Rot. Dec. 7. vt lit. penden. in nou. Lancell. de atten. par. p. in præfat. n.* 104. *& ſeq.* vbi ponit rationem, in delictis autem requiruntur meridiana leue clariores probationes *leg. ſciant. cuncti C. de prob.* nec referre vi-
23 detur an Dubium ſit in facto vel in Iure quia Dubium iuris controuerſi æquiparatur dubio facti *vt poſt Innoc. Felin. & alios docet Ant. Capic. Deciſ* 10. *n.* 20. *Rot. Dec. 565. n. 4. par. p. Diuerſ. Gratian. Diſcept.* 170. *n.* 3. *Natta conſ. 42. de ſent. excom lib. 5. n. 8.* vbi quod ignorantia etiam iuris probabilis æquiparatur ignorantiæ facti & excuſat a culpa & a pæna *Rot. in Romana Cenſus Dec. 132. n. 7. par. 2. diuerſ. vbi poſt Capicium & Crauettam* quod error iutis dubij æqui-
24 paratur orrori facti. Et in Dubio etiam pronunciandum eſt non conſtare de attentatis & capienda eſt interpretatio pro excluſione attentatorum *ad tex. in leg. merito ff. pro Soc. Bart. in leg. non ſolum* §. *ſed et probari n. 3. ff. de nou. oper. nunc. Coccin. Dec. 252. n. 4. Buratt. dec.*
25 644. *n.* 9. & exceptio requirens altiorem facti vel iuris indaginem debet ad merita reſeruari *ad tex. in leg. in hac actione 3.* §. *ibidem ff. ad exhibere Capic. Dec. 2. n. 20. & poſt Marſil. & Menocch Gratian. diſcept. 170. n. p. & ſeq. & concordat Stat. Fer. lib. 2. cap. 16. & melius cap. 42. de incidentibus & emergentibus reſeruandis.*

26 Sexto quemadmodum ſpoliatus qui eſt ante omnia reſtituendus *cap. conquerente de Reſt. ſpol & ibi Bald.*, ſi tamen ante omnia conſtet de notorio eius non iure in negotio principali & in re cuius reſtitutio poſtulatur, non reſtituitur *cap. p. vbi Abb. de Reſt. Spol. Paris conſ. p. lib. p. n. 170. Socin. Reg. 124. in prima limit. Ant. Gab. qui quamplu-*
27 *res congerit. concluſ. p. de Reſt. Spoliat. n. 61. 103. & 110.* Ita etiam attētata quæ ſunt ante omnia purganda *Bald. in cap. conquerente de Reſt. Spol. Abb. in cap. accedens 2. in ſec. not. vt lit. pendere & alij relati per tiraq. de retract. conuent.* §. *4. gl. 6. n. 23. & ſeq.* Attamen non re uocātur ſi conſtet ante omnia in meritis de notorio non iure petentis reuocationem *gl. & Innoc. in cap. ſignificaſti de Diuortijs Rot. Dec. 13. de Reſt.*

Reſt. Spol. incipit nota quod ſi conſtet in antiq. ęgid. Dec. 101. *incipit ſi cōſtet de nō iure Caſſad. Dec. 3. n. 4. de Reſt. Spol. latiſſime Lancellott. de Attē. par. 3. cap. 24. quæſt. p. n. 21. & ſeq. vbi adducit rationes & n.* 52 vbi quod procedit etiam in profanis ex probabili multorum ſententia & ex idemtitate rationum *& prius n.* 47. vbi quod ſufficit conſtare veriſimiliter *ex ſententia Abbat. Caſſad. & aliorum* & quod conſtito de bono iure attentantis licet non notorio Rota exerceat arbitrium pro Reiectione attentatorum *eſt Deciſio ieuſd. Rotæ 682. n. 3. par. p. Recens*

28 *& coram Buratt. Dec. 569. n. 5.* & quamuis alibi dicatur quod ad prędictum effectum conſtare debeat de non iure ex partis confeſſione vel ex re iudicata *Seraph. Dec. 1306. n. 6. Ludou. Dec. 465. nu. 9. Buratt. Dec.* 4. *n. 9. & Dec.* 173. *n. 4. quæ eſt Ferrarien. Dotis* & in Spolio idem dixit *Seraph. dec. 983. n. 7. & poſt Beroum Imolam Iaſon. Buratt. Dec. 22. n. 6. & ibi Ferentill. n. 40.*, hic tamen ſatis videbatur quod clarius conſtaret de non iure quam de attentatis.

29 Septimo Iudex habens facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta prout illam habet Prætor Rotæ Ferrarienſis ex erectione Sanctis. Clem. 8. *vt in eius Conſtitutione n. 27.*, non tenetur in primis & ante omnia reuocare attentata, ſed poteſt, ſi velit ea differre & reſeruare ad merita & interim procedere in negotio principali *Lancell. de atten. par. pri. in præf. n. 45. & par. 3. cap. 30. quæſ. p. n* 212.

30 cuius concluſionis triplex eſt ratio. Prima quia Clauſula ſola facti veritate inſpecta redigit cauſam ad terminos iuris gentium *Bart. in extracag. ad reprimendum in verbo figura ad finem Brunus in tract. de forma fol. 66. verſ. ſimile eſt de Clauſula* ſed quod reuocentur attentata in primis & ante omnia conſtitutum eſt a iure poſitiuo *ad tex. in Rub. nil nou: ap. pend. cum ibi not. & in cap. non ſolum de app. in ſex & in leg. appellatione C. de appell. Lancellott de att. par. p. in pref. n. 46. &*

31 50. Secunda eſt quia Iudex habens facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta non tenetur ſuper emergentibus pronunciare *Bald. in leg. Ait pretor §. permittitur n. p. ff. de minor. Aſini. in praxi Iudic. §. 3. cap. 15. n. p. Lancell. de atten. par. 3. cap. 30. n. 213.* & certum eſt quod attentata reſpectu cauſæ principalis, dicuntur acceſſoria, incidentia & emergentia, cum in ipſo iudicio emergant *ad tradita per Bart. in leg: p. C. de ord. cog. & dixit Oldrad. conſ. 206. ſub finem Rot. Dec. p. n. 2. de ap. in nou. & coram Put. Dec. 19. vt lit. pend. & coram Mohed. Dec.* 100. *de Iudic.* vbi deciditur quod commiſſio cauſæ cum incidentibus & emergentibus comprehendit etiam attentata

Lan-

Digitized by Google

Lantellott. d. par. 3. cap. 30. n. 69. & 90. Tertia ratio eſt. quoniam
quod attentata reuocentur, reſpicit meritum & ſubſtantiam Iudi-
cij & Iuſtitiæ ſed quod reuocentur in primis & ante omnia, hoc reſ-
picit proceſſum & ordinem Iudicij *ad tradita per Lancell. d. p. p. in*
32 *præf. n. 65.* Iudex autem habens facultatem prędictam, non tenē-
tur ſeruate ordinatoria Iudiciorum *Marant. de ord. Iudic. Diſtinx. 9.
n. 32. Oſaſch. Dec. p. n. 20.* Et in cauſa præſenti facilius videbatur ad-
33 mittendus vſus facultatis prędictę attentis rationibus de quibus
ſup. ſic etiam Rota Romana ex rationabili cauſa conſueuit ſuſpen-
ſa attentatorum reuocatione, procedere in principali negotio ad
effugiendos circuitus & occurrendum laboribus partium & expen-
ſis ad quæ ſemper bonus Iudex debet reſpicere *ad tex. in cap. finem
litibus de Dol. & cont. cap. vt litigantes de off. ordin. in ſex cap. frequēs
de Reſt. Spol. in ſex. cap. cordi nobis eſt de Appell. eod. lib. ſex. & dixit eadē
Rot. Dec. 61. de Appell. in nou. incipit ſi lata vna Lancell. de Att. par. 3. cap.
24. n. 59.* & ita Saluis hinc inde deductis & exceptis aſſignaui ter-
minum Statuti partibus ad probandum Incumbentia.

ARGVMENTVM.

An detur Appellatio a Decreto Reſeruationis exceptionum ad meri-
ta. Sententia contra mortuum quando valeat & poſſit exequtio-
ni demandari contra hæredem.

SVMMARIVM.

1 *A Decreto Reſeruationis exceptionum ad merita nō appellatur & quādo.*
2 *Quando exceptio dicatur requirere altiorem indaginem relinquitur arbi-
trio Iudicis.*
3 *Ab arbitrarijs Iudici non appellatur.*
4 *Acta pendente tempore ad Appellandum reuocantur per viam nullitatis.*
5 *Sententia lata contra defunctum non poteſt exequi contra hæredē nō citatū*
6 *Sententia lata contra mortuum ſuſtinetur ſi de morte Iudici non conſtabat
præſertim in cauſis profanis.*

DECISIO XXI.

APpellarunt a Decreto prædicto hæredes Naccaræ & fuit
mihi Reſcriptum cum Clauſula Cognoſcat de Atten-
tatis & quamuis de Iuris rigore non detur Appellatio
1 a Decreto Reſeruationis exceptionum ad merita ſaltē
quando requirunt altiorem Indaginem *vt probat Gra-
tian. poſt Felin. & alios diſcept. forens cap. 170. n. 4. & 13.* & eo ma

2 gis quia quando exceptio requirere dicatur altiorem indaginem, & ſic reſeruanda ſit ad merita, relinquitur arbitrio Iudicis *Felin. in cap. exceptionem 12. n. 24. de except. Tiraq. in leg. ſi vmquam C. de Reuoc. Don. in verbo omnia vel partem n. 31. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. caſ.*
3 *20. n. 3.* & ab Arbitrarijs. Iudici non datur Appellatio *Crauett. conſ. 78. n. 8. Couar. var. Reſol. lib. 2. cap 12. n. 3. Menocch. de Arbitr. lib. p. queſ. 70. n. 7. & ſeq. Ludouiſ. dec. 106. n. 2.* Attamen attento reſcripto, iterum audiui & præter deducta, fuit obiectum quod etiam ſi non prodeſſet Naccaræ Appellatio caroli, ad huc tamen ſententia tranſire non potuit in Iudicatum aduerſus Naccaram quia fuit lata contra mortuum & notificata habitationi mortui ſeu potius Domi quam ille viuens inhabitabat, vnde ſequitur quod hæredibus nunquam cucurrit tempus ad appellandum donec ipſis legitime fuerit intimata
4 ſententia & ſic omnia acta medio hoc tempore reuocanda erant ſi non tanquam attentata poſt appellationem, ſaltem tanquam nulla quia facta pendente tempore ad appellandum *Lancell. de Att. cap. 1 r. n. p. & ſeq. Buratt. Dec. 59. n. 5. & Dec. 306. n. 4.* & quia certum eſt
5 quod ſententia lata contra defunctũ non poterat exequtioni demãdari niſi præuia Citatione hæredum vel Curatoris hæreditatis ſtante mutatione perſonæ *Ruin. conſ. 102. n. 4 lib. 5. Capic. Dec. p. n. 14. Ludouiſ. Dec. 545. n. 11. vbi Beltram. refert. id ſæpe fuiſſe in Rota deciſum* ſed fuit Reſponſum quod hæres eſt in exequtione citandus ſi cõſtet de morte defuncti alias non; videtur enim eadem ratio militare in exequtione quę militat in ſententia in qua communis eſt diſtinxio
6 & verior quod ſententia contra mortuum pendente Iudicio non valet quando de morte Iudici conſtat, quod ſi non conſtat, ſuſtinetur *Rim. Iun. conſ. 179. n 30. lib. 2. Guid. Pap. quæſ. 86. n. 2. Marant. de ord. Iudic. par. 3 ſex. partis principalis n. 106. Maſtrill Dec. 137. per tot. Gratian. diſcept. 18. n. 32.* vbi quod ſaltem in cauſis profanis eſt verior *Buratt. Dec. 241. n. 8 & Dec. 843. n. 5.* ex quibus credidi non eſſe locum petitæ reuocationi attentatorum ſed ſtandum eſſe in Decreto aſſignationis termini prout ſteti.

ARGVMENTVM.

Iudex qui ſemel iudicauit in cauſa, an & quando poſſit in eadem iterum iudicare.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantia eſt optima legum & Statutorum interpres. Amplia vt ibi.*

2 nouus

2 *Nouus officialis reputatur noua perſona.*
3 *Iudex ridditur ſuſpectus in cauſa in qua iudicauit & quare & amplia vt ibi.*
Qui fuit Aduocatus in cauſa, redditur in ea Iudex ſuſpectus & quomodo.
4 *Voluntatis mutatio non præſumitur etiam poſt longũ tempus niſi in ſtulto.*
5 *Nemo poteſt eſſe teſtis vel Arbiter vel Iudex in cauſa propria vel ſuorum.*
6 *Iudex redditur ſuſpectus etiam in cauſa ſimili cum illa in qua iudicauit.*
7 *Iudex qui iudicauit in vna cauſa redditur ſuſpectus appellanti etiam in alijs cauſis de Iure Canonico.*
8 *Appellatio eſt a minori ad maiorem Iudicem prouocatio.*
9 *Per conſuetudinem indici non poteſt vt ad parem appelletur.*
An ex conſuetudine induci poſſit vt quis iudicet in cauſa propria.
10 *Inuenta eſt Appellatio vt ſententias reformet ſed aliquando eas deformat*
Melius eſt ſe ipſum corrigere quam ab alijs corrigi.
11 *Parte non opponente ceſſat defectus iuriſdictionis Declara vt ibi.*
12 *Præſumitur eiuſdem opinionis continuatio, præſertim in Iudice.*
13 *Facilius inuenitur quod a pluribus quæritur.*
14 *Duo ex tribus Arbitris, poſſunt tertio contradicente ſed non eo abſente & non vocato arbitrari & quare*
15 *Pretor in cauſis in quibus iudicauit vt prætor non habet votum in Rota. Secus in Auditore.*
Per viam Reuiſionis, Cauſa a Rota iudicatæ redeunt ad eamdem.
16 *Quod eſt commune non eſt proprium & non eſt proprie meum præſertim quando eſt indiuiduum.*
17 *Non dicitur ad aliquem ſpectare quod ad ipſum communiter cum alio ſpectat.*
18 *Quod communiter poſſidetur, communiter negligitur.*
19 *A Principe male informato Recurritur ad eumdem melius informandum.*
20 *Ex duobus malis ineuitabilibus, minus eſt eligendum.*
21 *Non a Principe ſed ad principem appellatur.*
Solus Princeps committere poteſt cauſam cum Clauſula Appellatione Remota.
22 *Poteſt Princeps ſupremus in propria Cauſa Iudicare, honeſtius tamen facit ſi eam delegat.*
Princeps non ligatur legibus, quo ad vim coactiuam, ſed ligatur quo ad vim directiuam.

DE-

DECISIO. XXII.

APpellarunt iterum hæredes Naccaræ a Decreto meo & Cauſa Rotę commiſſa, dubitabatur an ego qui iudicaueram, votare poſſem cum alijs coauditoribus prout altera partium inſtabat & licet *ex Conſtitutione Rotali n.* 22. qui tanquam Prætor Iudicauit in cauſa non habeat in ead. cauſa votũ in Rota etiam poſtquã deſijt eſſe Prętor Attamen
1 obſeruantia quæ eſt optima legum & Statutorum interpres *leg. ſi de Interpretatione ff. de leg. Maſcard. de Interp. Stat. concluſ.* 2. *n.* 139. & 156. vbi quod Interpretatio ſumpta ex obſeruantia cæteris præualet, videtur id declaraſſe & limitaſſe vt locum habeat quando durat eadem Rota, ſed quando eſt noua rota, prout tunc erat per nouã electionem, obſeruatum eſt vt qui iudicauit in Rota veteri tanquã Prætor, votare poſſit in noua tanquam Auditor nec omnino irra-
2 tionabilis videri poteſt hæc obſeruantia, quia forte cum ſit tunc nouus Auditor videtur etiam tanquam noua perſona conſiderari poſſe *ad gloſ. in leg. Filius non impediatur in verb. cum non proprio ff. de Inoff. teſtam. Bald. in leg. eos n.* 2. *C. de Appell. & plenius idem Bald. conſ.* 51. *l. b. p.* vbi quod nouus officialis conſideratur tanquam nouus homo & quod ſi, a poteſtate appelletur ad capitaneum, ſi quis gerit vtrumque officium, poterit tanquam Capitaneus cognoſcere cauſam appellationis a ſententia ſui Vicarij tanquam poteſtatis.
Accedit *Conſtitutio Rotalis quæ n.* 23. *diſponit* quod in Cauſis ad Rotam deferendis in quibus aliquis ex Auditoribus iudicauerit, nilominus in ea votum habeat.
3 In oppoſitum autem vrgebat quod qui iudicauit in cauſa, ſuſpectus redditur in illa cauſa etiam ſi mutet officium & efficiatur Iudex appellationis *vt probat tex. in leg. vnic. ff. Apud eum a quo appelletur aliã cauſam agere compellendum & ſenſit gl. in cap. quæ relam.* 24. *de electiõn. Ioan. de Anar. in gl. p. ibi* & loquitur in Archiepiſcopo qui prius ſententiauit vt Epiſcopus *Ancar. in ead. cap. querelam n.* 6. vbi dicit omnes in hoc concordare vt poſſit tanquam ſuſpectus recuſari licet non ipſo iure repellatur *Maraut. de ord. iudic. tit. de appell. n.* 63. *Ant. Capic. dec.* 46. *n.* 4. *in fine* vbi quod idem iudicaturus præſumitur ne ſit ſibi contrarius *poſt alios Gratian. Diſcep. forens cap.* 4. *n. p.* vbi loquitur in nouo Auditore & ampliat etiam ſi in cauſa appellationis

fie-

fierent nouæ probationes quoniam adhuc ceſſare non præſumitur
Iudicis Affectio ad propriam ſententiam . Immo etiam qui fuit Ad-
uocatus in cauſa, non poteſt in ead. cauſa eſſe Iudex vel aſſeſſor *leg.*
quisquis 5. C. de poſtul. ibi non idem in eod. negotio ſit Aduocatus
& Iudex quoniam Aliquis inter arbitros & patronos debet eſſe de-
lectus *Ad idem lex. finalis C. de Aſſeſſor. gl. in leg. eos in verb. prouocatũ*
C. de appell. Bart. ibidem n. 6. Felin. in cap. Irrefragabili 13. de offic. ordin.
n. 4. Gratian. d. diſcept. 4. n. 3. & 5. & ſeq. vbi declarat poſſe Aduo-
catum allegari ſuſpectum Iudicem ab ea parte cõtra quam conſul-
uit non autem ab altera pro qua ſcripſit *& n. 7. ſubdit* quod licet
Aduocatus non poſſit eſſe Iudex in cauſa in qua aduocauit , poteſt
tamen eſſe Aduocatus in cauſa in qua iudicauit *Adde Marant. de ord.*
Iudic. tit. de appell. n. 43. vbi poſt Phylip. firmat quod Aduocatus in vna
cauſa poteſt in illa recuſari Iudex nõ autem in alia & ſic Aduocatus
4 meus in vna cauſa poteſt eſſe mihi Iudex in alia . Confert ad prędi-
cta quod voluntatis mutatio non præſumitur *leg. eum qui voluntatem*
22. ff. de prob. Ludou. Dec. 156. n. 6. vbi ampliat etiam ſi longum tẽ-
poris interuallum intercesserit *Menocch. de præſ. lib. 4. præſ. 161. n. 2*
& 3. & ratio eſt quoniam vt ibi probat , mutatio eſt accidẽs, accidẽs
autem non præſumitur niſi probetur & niſi ſimus in ſtulto qui ſicut
Luna mutatur *vt dixit Sapiens Eccleſiaſtici cap. 27.* & quod in propria
5 cauſa nemo poteſt eſſe teſtis vel Arbiter vel Iudex vt de teſte *eſt tex-*
tus in leg. exemplo 7. C. de prob. vbi pernicioſum dicitur De Arbitro
tex. in leg. pen. ff. de Recept. Arbitr. de Iudice *tex. in leg. 1. ff. de quis in*
ſua cauſ. iudicet vbi iniquum admodum dicitur *& in leg. iuriſdictioni*
10. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. vbi ampliatur tam in cauſa ſua quam ſuo-
6 rum ibi Cęteris quos ſecum habet . Eadẽ confirmantur ex eo quod
Iudex qui iudicauit in cauſa non ſolum redditur ſuſpectus in eadem
ſed etiam in cauſa ſimili *ad tex. in cap. cauſam quæ 18. de Iudicijs Innocẽt.*
in cap. Irrefragabili de off. ordin. Aretin. conſ. 29. n. 21. Cephal. conſ. 21.
7 *n. 36 Gratian. diſcept. 4. n. 4.* Accedit quod licet de iure Ciuili qui iu-
dicauit aduerſus aliquem, non poſſit ab eo vt ſuſpectus recuſari ni-
ſi in illa eadem cauſa *leg. vnic. C. apud eum a quo appelletur aliam cau-*
ſam agere compellendum , cum Iudici non faciat iniuriam qui appellat
leg. & in maioribus 20. C. de appell. Attamen ex diſpoſitione iuris ca-
nonici Iudex a quo fuit ſemel appellatũ quaſi offenſus recuſari po-
teſt tanquam ſuſpectus etiam in alijs omnibus cauſis appellantis .
cap. propoſuit & cap. ad hęc de Appell. ibi poteſt tanquam ſuſpectum vita-

re gl. in d. cap. adhæc quam ibi ſequitur Goffred. Capic. dec. 146. n. 2. & 4. Marant. de ord. Iudic. poſt Franchum. in tit. de appellation. n. 61. qui ſimpliciter loquitur non ſe reſtringens ad ius canonicum.

8 Neq; obſtare videtur obſeſuantia quoniam Appellatio eſt a minori ad maiorem iudicem prouocatio *vt diffinit Bart. in leg. p. in princ. ff. de appell. & ſequitur Abb. in Rub. de appell. & Bald. in ead. Rub. Co-*
9 *dicis Marant. d. tit. de Appellat. n. p.* & per conſuetudinem non videtur induci poſſe vt ad parem appelletur *ad tex. & gl. in cap. 2. de conſuet. in ſex. Philipp. in Rub. de appellat. & poſt eum Marant. de ord. Iudic. d. tit. de appell. n. 2.* vnde multo minus induci poterit vt appelletur ad eumdem quia nulla maior paritas excogitari poteſt quam idemtitas *tex. in d. cap. 2. de conſuet. in ſex.* vbi improbatur conſuetudo appellandi ab officiali epiſcopi ad epiſcopum & ſubditur Ratio ne cũ ſit idem auditorium, ab eodem ad ſe ipſum appellari videatur, quãuis quod per conſuetudinem poſſit induci vt quis iudicet in cauſa propria cum aliquibus declarationibus dixerit *Gratian. diſcept. forens cap. 4. n. 28. Certe tex. in leg. eos 6. C. de appellat.* bis prohibet ne ex aliqua occaſione negocium remittatur ad Iudicem a quo & me-
10 rito quonium inuenta eſt Appellatio vt Iudicantium imperitiam vel iniquitatem corrigat licet bene latas ſententias aliquando reformet in peius *vt loquitur tex. in leg. p. ff. de Appellat.* Difficile autẽ eſt ſe ipſum & proprium errorem noſcere & difficilius corrigere & reperire iudicem qui factis imperatorem imitetur *in Auth. de nuptijs in princ.* in illis verbis non erubeſcimus noſtris licet legibus competentem imponere correctionem, non expectantes ab alijs corrigi. Videtur ergo dubitari poſſe de validitate obſeruantiæ prædictæ ex ſupradictis & eo magis ſi non probetur quod parte opponente & recuſante ita ſeruatum fuerit nam quod ſeruatum ſit parte nõ opponente parum intereſt, quoniam etiam abſque alia obſeruantia Iu-
11 dex ipſo iure non reppellitur parte nõ opponẽte in ſimilibus caſibus *ad tex. in cap. Accepta 35. de Appell. & in cap. querelam vbi hoſt. de elect. Gratian d. Diſcept. 4. n. 19.* ceſſat enim defectus Iurridictionis parte non opponente *vt in d. iuribus & tradit Menocch. poſt alios de praeſ. lib. 2. praeſ. 46. n. 21. & ſeq Gratian. diſcept. 170. n. 27.* quoties nõ agitur de tribuenda noua iuriſdictione quod partes non poſſunt vt ibi per ſuum *Marcheſ. de commiſſ. p. p. cap. 6. n. 74. & 75.* vbi quod epiſcopus parte nõ opponẽte poteſt eſſe Iudex in cauſa propria licet Rota quã allegat, id non dicat in corpore *dec. 361. n. p. par. p. diuerſ.*

Y

Neque

Neque obſtare videtur ratio ex aduerſo conſiderata quoniam per nouam Rotam efficitur quis nouus Auditor ſed non nouus homo
12 nec noua perſona nec intellectus nec voluntas innouatur immo & voluntatis & opinionis continuatio potius quam mutatio præſumitur *leg. nam ad ea ff. de cond. & Dem. leg. eum qui voluntatem 22. ff. de probat leg. cum hic Status in princ ff. de Donat. int. vir. & vx. Menocch. lib. p. præſ. 24. n. 11. & lib. 2. præſ. 57. n. 9.* & præſertim in Iudice qui debet eſſe conſtans *vt loquitur tex. in leg. obſeruandum 19. ff. de offic. præſid.* ibi Id enim non eſt conſtantis ac Recti Iudicis &c. Et quod in facti ſpecie de qua *per Bald. ſupra, tutior ſit opinio contraria, dixit Anchar. in preallegato cap. querelam & Bald. ipſe in eod. conſilio 51. in fine* fatetur cauſam eſſe delegandam vt ceſſet omnis ſuſpicio. Bene verum eſt quod *Gratian.* & cęteri loquuntur in Iudice vnico non autē in Collegio & tolerabilius videtur vt vnus qui iudicauit, admittatur inter plures vt hic in Rota & quia agitur de minori præiudicio
13 Et quia quod a pluribus cognoſcitur ſaniori Iudicio terminatur *cap. prudentiam de off. de leg.* & facilius inuenitur quod a pluribus quęritur *can. de quibus 20. diſt. Thomat. Dec. Maceraten. 47. n. 7. & ſeq.*
14 & quia poſſunt facile plures vnum trahere licet etiam vnus plures trahere poſſit *vt conſiderat tex. in leg. ſi tres 20. ff. de Recept. Arbitr.* vbi propterea deciditur quod non poſſunt etiam conſentientes duo ex tribus arbitrari tertio non vocato & abſente, licet eo contradicente poſſint, quoniam forte pręſens potuiſſet alios trahere in ſententiam ſuam & vnius etiam dictum facile ſequitur multitudo *vt dici-*
15 *tur in cap. Cum in Iuuentute 12. de Purg. canon.* Vnde pręd ictis non obſtantibus Conſtitutio Rotalis n. 22. prohibet ne Pręt or in cauſis in quibus iudicauit habeat votum in Rota etiam poſt quam deſijt eſſe Prætor licet ſecus dicat *n. 23.* in cauſis in quibus aliquis ex Auditoribus iudicauit. Forte quia voluit conſulere frequentioribus caſibus *iux. tex. in leg. nam ad ea ff. de legib*

Et quamuis per viam Reuiſionis ſeu Reauditionis, cauſæ a Rota Iudicatæ, redeant ad eamdem *iuxta diſpoſitionem eiuſd. Conſtitutionis n. 30.* Ceſſat tamen in caſu illo vel ſaltem non ita militat in ſenten-
16 tia communi Ratio Affectionis quę militat in ſententia propria *ad tex. in leg. legatis 35. ff. de leg. 2. & in leg. quintus 1 r. ff. de Aur. & arg. leg.* vbi quod eſt commune non eſt proprium, nec eſt proprie meū præſertim quando eſt indiuiduum *ad tex. in leg. p. S. Dominus ff. Ad Syllan. & in leg. in tantum 6. §. vniuerſitatis ff. de Rer. Diuiſ.* ſic etiā

non

17 non dicitur ad aliquem ſpectare quod ad ipſum cum alio cōmuniter ſpectat *vt probat tex. in cap. Cum in illis 16. §. fin de præb. in ſex*
18 & ita naturale vitium dicitur vt quod communiter poſsidetur, cōmuniter negligatur *vt loquitur tex. in leg. 2 ſub med. C. quando & quib. quar. parſ. deb. lib.* 10.
19 Et quamuis etiam a Principe male informato recurratur & ſupplicetur ad eumdem melius informādum & ſic ab eod. ad eumd. *Auth. ſupplicatio C. de prec. Imp. offer. cum ibi mot. cap. ex litteris vbi Abb. de in integ. Reſt. Dec. in cap. ſi quando n. 13. de Reſcrip. Gabriel. poſt Rebuff. Concluſ. p. de Appell. n. 6.* id tamen prouenit ex eo quod Princeps nō habeat vel nō recognoſcat in Terris ſuperiorem ad quem poſſit appellari vnde cum minus malum ſit ad eumdem quam ad neminem
20 poſſe confugere, ex duobus malis ineuitabilibus, minus eligitur *iux. tex. in leg. quoties nihil ff. de Reg. Iur.* ibi eligendum quod minimum habeat iniquitatis *& in can. Iurauit & can. non ſolum 22. q. 4. & in can. nerui 13. Diſt.* vbi D. Greg. ait quod muris concluſus cū nullus alius euadendi aditus patet, ibi ſe infugam præcipitat vbi murus eſt breuior *D. Thom. 22. q. 10. art. 11.* vbi quod & ne tollantur maiora bona, & ne ſequantur maiora mala, malum toleratur & omni in caſu dicetur id eſſe ſpeciale in Principe ſicut ſpeciale dici-
21 tur vt non a Principe ſed ad Principem appelletur & vt ſolus Princeps committere poſſit cauſam cum Clauſula Appellatione remota *vt diſponitur in leg. p. ff. a quibus appellare non licet* ſed quamuis poſsit
22 ſupremus Princeps in propria cauſa etiam cum non ſubdito iudicare *vt tradit Felin. in cap. p. n. 5. de prob. Marant. de ord. Iudic tit. de App. n. 34. Surd. conſ. 50. n. 9.*, honeſtius tamen facit ſi cauſam delegeet vt ibi per eos & facere poteſt *iux. tex. in leg. eſt Receptū & ibi Iaſ. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* vbi dicitur eſſe receptū vt poſsit ſuperior inferiori ſe ſubicere & debet id facere *vt ſenſit gl. in cap. p. in verb. Eccleſia 16. q. 6. & Dec. in cap. Cum veniſſent n. 34. de Iudic.*, licet enim legibus ſolutus ſit Princeps, legibus tamen viuere debet *leg. Digna vox C. de legib. & leg. 2. ff. de legib.* ibi oportet legem & Principem & Ducem eſſe, & licet princeps non ſit ſub lege quo ad vim coactiuam, eſt tamen quo ad vim Directiuam *D. Thom. p. 2. q. 96. art. 6.* ego quamuis a parte recuſatus non fuerim, ex iuſtis tamen cauſis animū meum mouentibus volens abſtinui a votando in Rota quæ tamen vnanimi Dominorum conſenſu confirmauit Decretum a me factum.

AR-

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum & fructuum Deſcriptio lite pendente quando & a quo concedantur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente non debet Regulariter fieri ſequeſtrum & quare.*
2 *Fructuũ deſcriptio cõceditur etiã ante ſententiã & in quaqũque parte Iudicij ac etiam a Iudice a quo & ſufficit pro cauſa intereſſe petentis.*
3 *Conceditur ſequeſtrũ quando adeſt timor Dilapidationis non obſtan. appelatione ac etiam ſi poſſeſſor ſit ſoluendo ſi ſimus in ſecunda inſtantia.*
4 *Regulariter probari debet parte citata timor ſiue ſuſpicio Dilapidationis.*
5 *Ex form. St. Fer. probatur d. ſuſpicio per iuramentum partis.*
6 *Ex communi obſeruantia, prędicta ſuſpicio probatur Iuramento ad effectum obtinendi. Sequeſtrum, ſed poſt obtentum, aliunde probatur.*
7 *Etiam ante ſententiam conceditur ſequeſtrum contra ſuſpectũ ac etiã ſine citatione quando periculum eſt in mora.*
8 *Sequeſtrum poſt Appellationem concedere ſpectat ad Iudicem ad quem.*

DECISIO. XXIII.

D. Giauardus obtinuit a Dom. Loc. grauamen contra quarte ſanum in ſumma lib. 200. pro reſiduo affictuum debitorum ex Inſtrumento publico & ſub oblig. Camer. pacto de non appellan. & Clauſula Iuramenti. Hic appellauit ad me tanquam Rotæ Prætorem Ille vero inſtabat pronunciari appellationem non deuoluere & interim petebat ſequeſtrari quædam bona debitoris quem iurauerat habere ſuſpectum. Videbatur ſequeſtrum nõ poſſe
1 concedi quoniam appellatione pendente nihil eſt innouandum & conſequenter nec etiam debet fieri ſequeſtrum *& eſt tex. in leg. vnic. C. de prohib. ſequeſt. pec. vbi gl. & in cap. ab eo vbi Abb. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Afflict. Dec. 98. n. 2. & c. Riccius Collect. Dec. 1077. Buratt. Dec. 105. n. p.* vbi addit rationem quoniam non debet lite pendente, poſ-
2 ſeſſor priuari commodo poſſeſſionis. Quicquid ſit de fructuum deſcriptione quæ permittitur etiam pendente appellatione ac etiã ante ſententiam & in quaqunque parte Iudicij & ſufficit pro cauſa, Intereſſe petentis *ad tradita per canoniſtas in cap. 2. de ſequ. poſ. & fruct. & per Buratt. poſt alios Dec. 398. n. p. &* 2. vbi ſolum limitat quãdo ex Deſcriptione ſequeretur damnũ vel Iniuria partis *Lancellott.*

de Atten. par. 2. cap. 12. lim. 14. n. 25. & 26. vbi poſt Butrium Bart. & alios ſentit Deſcriptionem etiam decretam à Iudice a quo non eſſe attentatam.

Prædictis tamen non obſtantibus credidi ſequeſtrum nõ eſſe dene-
3 gandũ quoniam quando adeſt timor dilapidationis bonorũ vel fructuum, ſequeſtrum conceditur etiam pendente appellatione *tex. eſt in leg. Imperatores 21. §. fin ff. de App.* ibi Quamuis vſitatum non ſit fructus agri de quo diſceptatio ſit, poſt appellationem deponi, tamen cum populitarentur ab Aduerſario, æquum videtur, fructus apud ſequeſtres deponi *Caualcan. Dec. 23. n. 18. par. p. de Iudic. Riccius Collect. dec. 328. Verall. dec. 158. p. 3. vbi quod ſola ſuſpicio ſufficit Buratt. dec. 125. n. p. Gab. concluſ. 6. de acq. poſſ. n. 6. Lancell. de atten. ap. pend. cap. 12. limit. 12. n. 12. & 13.* vbi ampliat etiam ſi poſſeſſor ſit ſoluẽdo quando ſumus in ſecunda inſtantia.

4 Et quamuis timor vel ſuſpicio de Iure com. debeat probari ſaltem ſummarie aliunde quã pro Iuramentum & debeat citari pars quando fructus non ſunt maturi & periculum non eſt in mora *Ruin. conſ. 174. n. 16. lib. p. Verall Dec. 158. par. 3. Caualcan. Dec. 23. n. 18. & 20. par. p. Riccius Collect. 328. Ludouic. Decis Peruſ. 41. n. 2. & alij plures relati per Cenall. com. con. com. quæſ. 133. vſque ad n. 4.* præſertim quando non agitur de modica quantitate *vt declarat n. 5. poſt Rom. Marſil.*
5 *& alios* attamen ex forma St. Fer. *lib. 2. cap. 28.* prædicta ſuſpicio ſolo creditoris iuramento probatur etiam ſi debitor immobilia poſſideret & ſufficit etiam ſemiplene conſtare de credito. Immo etiam ex
6 communi obſeruantia ſolo Iuramento probatur ſuſpicio etiã ad effectum capturæ *vt tradiderũt Caſtr., Ang. Imol. & alij relati per Amat. Dec. Fer. 13. n. 10. Buratt. Dec. 105 n. 8.* vbi quod iuramentum ſufficit ad obtinendum ſequeſtrum, licet poſt obtentum debeat iuſtificari ſuſpicio *prout idem poſt plures oſtendit etiã Amat. d. Dec. 13. n. 10. in fine & n. 13.* vbi quod ſufficit iuramentum a notario deferri licet alij dixerĩt eſſe a Iudice deferendũ *late Cenall. cõ. con. cõ. q. 133. n. 4. & ſeq.*
7 Sed quod plus eſt, etiam ante ſententiam relaxatur ſequeſtrũ contra perſonam ſuſpectam ac etiam ſine Citatione ſi periculum eſt in mora *leg. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſat. cog. gl. in cap. 2. verſ. Item cum perſona de ſeq. poſſ. & fruct. Buratt. Dec. 101. n. 3. & Dec. 65 n. p. & 2.* Et hæc quo ad Iuſtitiam Quo vero ad iuriſdictionem non dubitaui
8 quoniam ſequeſtrum in cauſa appellationis obtineri debet a Iudice ad quem quando cauſæ cõmiſſio eſt præſentata *Imol. in Clem. vnic. n. 16.*

n.16. De ſeq. poſſ. & fruct. Add. ad Bart. in leg. Imperatores ſub finem ff. de Appell. Berorus conſ. 116. n. 6. lib. 3. Marant. de ord. Iudic. par. 6. art. 2. princ. n. 171. Caualcan. alios referens dec. 23. n. 32. par. p.

ARGVMENTVM.

Abſoluens ſimpliciter ab expenſis an & quando cenſeatur abſoluere ab expenſis vtriuſque Iudicij. Iudex an & quando poſſit ſuam ſententiam interpretari.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis confirmando primam ſententiam & abſoluendo ab expenſis, non cenſetur abſoluere ab illis in quibus reus fuerat condemnatus in prima.*

Sententia non operatur vltra Iudicis intentionem.

2 *Vniuerſalis cõprehendit etiã illa ad quæ ſimplex indefinita non trahitur.*

3 *Condemnatio eſt odioſa. Abſolutio eſt fauorabilis.*

4 *Generalis Clauſula non trahitur ad ſpecificata.*

Indefinita æquipollet vniuerſali & n. 3. & 5.

5 *Expenſæ ſunt acceſſorię non autem cannexa ad negocium principale.*

6 *Sententia reſtringitur vt minus habeat Iniquitatis.*

7 *Iudex poſt ſententiam deſinit eſſe Iudex. Amplia & limita vt ibi.*

Non poteſt etiam eadem die ſuam ſententiã corrigere niſi quo ad acceſſoria.

8 *Princeps poteſt ſuam ſententiam corrigere.*

9 *Iudices nobiles poſſunt ſuas ſententias interpretari, parte tamen citata & ab Interpretatione datur Appellatio.*

10 *Iudex poteſt ſuam ſententiam declarare.*

Qui declarat nihil addit.

DECISIO XXIV.

INſtante Vitta Hebreo fuerat condemnatus Cauazza ad ſolutionem ſortis debitæ & vſurarum & in expenſis ex ſententia D. Loc. quam D. tunc Rotę Prętor primo moderatus eſt quo ad vſuras, condemnãdo ſolum infra duplum ſortis, in expenſis autem ſimpliciter condemnauit. Obtinuit Vitta reaudiri ab eod. prætore qui pronunciauit in omnibus & per omnia exequendã eſſe ſententiam D. Locumtenentis & ab expenſis abſoluit. Dubitatum eſt primo coram me an D. Prætor in vltimo Decreto cenſeretur abſoluiſſe ab expenſis factis in primo Iudicio in quo Cauazza reperiebatur expreſſe condemnatus a D. Loc. Secundo an is cenſeretur

ſeretur

feretur ſaltem abſolutus ab expẽſis factis in ſecunda inſtantia corã eod. D. Pretore & in quibus per eumdem condemnatus fuerat in primo Decreto, attenta præſertim declaratione oretenus facta notario per eumdem Prætorem, ſuæ videlicet intẽtionis fuiſſe abſolue
1 re etiam ab illis cum ſententia non debeat operari vltra Iudicis intentionem *leg. ſi ex teſtamento leg. ſicum Argentum ff. de except. cũ alijs adductis per Cranett. conſ.* 10. *n.* 4.

Quo ad primum Dixi Cauazzam non cenſeri abſolutum ab expenſis primi Iudicij quoniam cum D. Prætor confirmet in omnibus ſẽtentiam D. Locumtenentis in qua legitur condemnatus in expenſis, vtique cenſetur etiam huiuſmodi condemnationem confirmare *vt conſuluit in puncto Fulgoſ. conſ.* 158. *per tot. Marſil. ſing.* 684. *Gab. conſ.* 19. *ſub fin lib. p. Caualcan. deciſ.* 15. *nu* 17. *par. p: Gratian. dec. Macerat.* 50. *poſt med. Granut. Theorem ſexto*. Ita etiam iudicauit Rota noſtra menſibus elapſis pro D. Doctore Franco aduerſus maſios in caſu conſimili in quo etiã legebatur in ſententia confirmatiua, Dictio
2 per omnia, cuius generalitas vel potius vniuerſalitas comprehendit etiam illa ad quæ ſimplex indefinita non trahitur *ad tex. in leg. Iulianus in princ. ff. de leg.* 3. *leg. liberorum* 11. *ff. de his qui not. infamia ibi ibi quia non per omnia ſententia eſt Bart. & Iaſ. in leg. p. ff. de leg. p. Idẽ Bart. in leg. omnia priuilegia C. de Epiſc. & Cler. Oſaſch. dec.* 94. *n.* 10. *Rot. dec.* 55. *n.* 7. *par.* 2. *Diuerſ. Surd. dec.* 150. *n.* 6. & 7. vbi quod vniuerſalis eſſet falſa, ſi aliquid excluderet & quod idem operatur ac ſi de ſingulis ſpecialis mentio facta foret & quod in Diſpoſitione hominis non reſtringitur ad habilitatem; quod ſi verſaremur in ſentẽtia ſimpliciter confirmante abſque dictione In omnibus & per omnia vel alia vniuerſali, forte Abſolutio ab expenſis videretur trahi poſſe ad expenſas vtriuſque Iudicij, ea ratione quia qui iudicatur habere iuſtam cauſam litigandi in ſecunda inſtantia, multo magis eam habuiſſe videtur in prima quãdo non habebat ſententiã contra ſe neque obſtaret *quod dixi Dec.* 83. *n.* 6. quod quando primus Iudex abſoluit & ſecundus condemnat, condemnatio non trahitur ad expenſas primi Iudicij quoniam tunc ceſſat ratio ſupradicta, nã qui non habuit iuſtam cauſam litigandi in ſecunda inſtantia, eam
3 tamen habere potuit in prima: præterea Condemnatio tanquam odioſa reſtringitur Abſolutio vero eſt tanquam fauorabilis extendenda quia magis fauemus liberationi quam obligationi *leg. Arrianus ff. de Action. & obligat.* & magis reo quam actori *leg. fauorabiliores*

res ff. de Reg. Iur. & odia reſtringi & fauores conuenit ampliari *cap. Odia de Reg. Iur. in ſex.* Vnde etiam Indefinita in caſu fauorabili ęquipollet vniuerſali, in caſu odioſo non æquipollet vt primum *probat tex. in leg. ſi quis ita §. p. ff. de teſt. tut.* Secundum vero brobat *tex. in leg. 2. ff. de lib. & poſt.* & vtrumque docet *Bart. in leg. ſi pluribus* 45. *n. 6. ſub finem ff. de legat. 2.* Neque etiam obſtaret prætenſa verborũ Repugnantia, quoniam poteſt ſalua ratione recti Sermonis conciliari intelligando Confirmationem ſententiæ & bene iudicatũ quo
4 ad principale ſed non quo ad expenſas in quibus expreſſa legitur abſolutio nam generalis Clauſula nõ trahitur ad ſpecificata *leg. Doli Clauſula ff. de verb. oblig. Gab. Concluſ. 6. de Clauſ. n. 8. & 9. Buratt. Dec. 21. n. 12.* Quod ſi dicatur Indefinitam æquipollere vniuerſali *leg. ſi pluribus vbi Bart. ff. de leg. 2.* vnde verbum Bene Iudicatum vel Confirmamus, erit intelligendum in omnibus & ſic tã in principali
5 quam in acceſſorio & ita etiam in expenſis quę ſunt Acceſſorię licet nõ connexæ negotio principali *gl. in leg. Paulus 42. ff. de Re Iudic. Caualcan. dec. 15. n. 11. par. p.* Reſpondebitur primo quod Indefinita non æquipollet vniuerſali quando omnium ſub ea contentorum nõ eſt eadem ratio *ad tex. in leg. obligatione generali ff. de pignor. & docent Dyn. in Rub. de Reg. Iur. Bart. in d. leg. ſi pluribus de leg. 2. n. 6. Rot. Dec. 416. n. 6. par. p. poſthumarum.* Secundo Reſpondebitur quod eadẽ poterit Regula retorqueri nam etiam Indefinita abſolutio ab expẽſis, intelligenda erit de omnibus expenſis & ſic tam ſecundæ quam primæ inſtantiæ & eo magis quo in caſu fauorabili Indefinita ęquipollet vniuerſali, in odioſo autem non æquipollet vt dixi ſup. Poteſt etiam ſaluari Fulgoſius quia non mouetur ſolum ratione illa verbali ſed alia reali ſub finem Conſilij quod videlicet Reus ille abſolutus ab expenſis in tertia inſtantia non haberet iuſtam cauſam litigandi
6 & ideo vt ſententia minus haberet Iniquitatis reſtringenda & intelligenda erat abſoluiſſe ſolum ab expenſis vltimæ inſtantię *ad tex. in leg. quoties nihil ff. de Re Iur.* vnde aliud videtur ſentire Fulgos quãdo Reus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi. Confert ad hoc *Felin. in cap. ſignificauerunt 11. n. 7. de except. Marſil. in leg. patre vel marita n. 11. ff de quæſt. Aſin. in praxi §. 32. cap. 2. Ampl. 7. Put. Dec. 246. & in correctis Dec. 240. lib. 2. Seraph. Dec. 38. in princ.* qui omnes conſiderãt in huiuſmodi caſibus an Reus habuerit iuſtam cauſam litigãdi vel non *quibus accedit Giurba Dec. 131. & Thomat. Dec. 47.*
7 Quo ad Secundum, Iudicis Declaratio non videbatur attendenda

A 2 quo

quoniam functus officio ſuo per ſententiam, deſinit eſſe Iudex *leg. Iudex, leg. quod Iuſſit ff. de Re Iudic. leg. p C. ſent. Reſcin non poſ cap. in litteris cap. venerabilis de off. & pot. Iud. de leg., leg. cum quærebatur 62. ff. de Re Iudic.* vbi nec eadem die pot Iudex ſententiam ſuam etiam iniquam corrigere *leg. Paulus 42. ff eod. tit. de Re Iudic.* vbi quod ſolũ quo ad acceſſoria pot. Iudex eadẽ die ſentẽtiam ſupplere *Ludou. Dec. 486. n. 8.* vbi quod procedit ſiue Iudex bene ſiue male functus ſit officio ſuo, dummodo non nulliter *vt per Bart. in d. leg. quod Iuſſit in 3. oppoſ. & per Iaſ ibid. n. 15* tunc enim poteſt ſuam ſententiam nullam reuocare vt ibi per eos, intellige quando eſt Iudex ordinarius *vt in leg. ſi preſes 8. C. quom. & quan. Iud.* ſecus ſi delegatus *vt in*
8 *leg. ſi vt proponis 4. C. eod.* Immo nec in ordinario ſeruatur in praxi. Et ſpeciale eſt in principe vt propriam ſententiam poſſit etiam corrigendo interpretari *Bart. in leg. ab exequtore ff. de App. n. 7. Imola in leg. Iudex poſtquam ff. de Re Iudic. Afflict. Dec. 215. n. 3.* ſed forte poterat huic obiecto ſatisfieri dicendo quod non agebatur hic de corrigendo vel ſupplendo ſed de interpretando & declarando quod
9 poſſunt Iudices maiores vt de præſide prouinciæ *eſt tex. in leg. Ab exequtore ff. de App.* quod intelligitur etiam in ſententia propria ſecundum ſecundam opinionem gloſæ, licet ab huiuſmodi interpretatione detur appellatio vt ibi & de prætore *eſt tex in leg. p. in fine & in leg. in Prætoris 9. ff. de pret. ſtip. & gl. in d. leg. Ab exequtore in verb. præſeſ. ſub medium Bart.* qui extendit ad omnes Iudices ordinarios habentes merum & mixtum imperium *in d. leg. Ab exequtore n. 6. ſed n. 8.* limitat ſenſiens partem eſſe citandam ad huiuſmodi interpretionem. *poſt alios Felin. in cap. ſuper queſtionum n. p. de off. Deleg.* vbi
10 generaliter firmat quod licet ſentẽtia diffinitiua nõ poſſit ab eod. Iud. reuocari, poteſt tamen ab eod. declarari quia Declarans nihil addit vt ibi per eum *ad tex. in leg. heredes palam §. ſed & ſi notam ff. de teſtam. Bart. qui ponit exempla in d. leg. Ab exequtore n. 7.* ſed abſtrahẽdo etiam a Declaratione prædicta, viſum eſt cauazzam cenſeri abſolutum ab expenſis omnibus factis coram D. Prætore quoniã prima pronuncia in qua Prætor condemnauit in expẽſis, circumſcripta remanſit per ſecundam in qua reaudiendo abſoluit & ceſſat omnino hic ratio illa repugnantiæ quia ſecunda ſententia non confirmat ſed infirmat primam.

ARGVMENTVM.

Quando Ruſtico & quando pauperi competat Reſtitutio in integrũ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ruſticitas ſępe prębet Iuſtam Reſtitutionis cauſam.*
2 *Ruſticis non ſuccurritur niſi in caſibus expreſſis in Iure.*
3 *Senat. Conſultum circumueniri Ruſticitatis vel imperitię velamento non oportet.*
4 *Minus ſuccurritur Ruſticis ſagacibus.*
5 *Quis dicatur ſagax, Iudicis Arbitrio relinquitur.*
6 *Ruſticus non reſtituitur in ijs quę ob publicam vtilitatem conſtituta sũt.*
7 *Pauper excuſatur ab Appellando infra tempus quando Appellatio requirit Impenſam.*
8 *Etiam in caſibus in quibus Ruſtico non ſuccurritur, poteſt tamen cõcedi Reſtitutio ex Clauſula ſi qua mihi.*
9 *Non excuſatur Ruſticus qui potuit conſulere peritiores.*
10 *Ruſticus negans ſe poſſidere Domum quam locauit, non excuſatur a mendacio ad effectũ vt impediatur Immiſſio aduerſarij ſine praeiudicio tertij.*
11 *Aliud eſt poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione.*
Is poſſidet, cuius nomine poſſidetur.

DECISIO XXV.

IO. Baptiſta Durus obtinuit Grauamen a D. Auditore Eminentiſſimi Legati aduerſus Ioannem Peregrinum eius Maſſarium pro modijs quinque & ſtarijs 18. Frumenti damnis liquidatis & paſſis ex negligẽti cultura prędicti maſſarij qui ea reficere promiſerat in priuata ſcriptura. Appellauit Peregrinus in Audentia Pauperum poſt tempora ad appellandum a Statuto pręſcripta Eminentiſſimus autem commiſit mihi tanquam Rotę Pręṫori cum Clauſula Conſtito de Re Iudicata vel quod alias exequtioni locus ſit exequatur, ſin minus cauſam appellationis cognoſcat cum
1 facultate reſtituendi prout de iure. Dicebam quod quamuis Ruſticitas præbeat ſæpe iuſtam excuſationis cauſam *vt in leg. p. §. ſi quis ignorans ff. Ad Syllan. & in cap. ſuper litteris vbi gl. de Reſcript. & in leg. fin. C. de teſtam.* ibi in multis legum ſubtilitatibus Ruſticitati ſtricta legum obſeruatio Remiſſa eſt; obſtabat tamen Peregrino quod
2 Ruſticis Regulariter non ſuccurritur niſi in caſibus expreſſis in iure *leg. fin. C. de Iur. & fac. ignor. leg. Regula in princ. ff. eod. tit. & vtrobique Bart. Tiraquell. de pęn. temp. cauſ. 11. n. 23. Surd. Dec. 237. n. 7.*
3 *facit tex. in leg. p. C. de Interdict.* ibi Senatus conſultum circumueniri

Ru-

Ruſticitatis vel imperitiç velamento nũ oportet. Quod magis pro-
4 cedit in Ruſticis ſagacibus *ad tex. in leg. fin C. de teſtam.* ibi Ruſticanorum ſimplicitati ſubuenire *Caſtren. in leg. ex quaqunque n. 6. Iaſ. n. 11. ff ſi quis in Ius vocat. non ierit Grauatius ad veſtrium in praxi lib. 5. cap. 14. n. 32. miccalor Depoſitionibus cap. 64. n. 9 Ceuall. com. con. com. q. 58. Maſcard. de prob. Concluſ. 1285. n. 6. & 8.* vbi quod quãdo quis dicatur ſagax, relinquitur iudicis arbitrio *& docuit poſt alios Menocch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 194. n. 4. & Surd. d. Dec. 237. n. 10.* Et tantũ abeſt quod caſus iſte reperiatur expreſſus pro eo, quod
6 immo contra eum militat communis Theorica quod Ruſticis nõ ſuccurritur in ijs quæ concernunt formam actus vel quæ ſunt introducta ad iuris rigorem conſeruandum & ob publicã vtilitatem cuiuſmodi eſt Res iudicata *Bart. in leg. p. §. nunciatio n. 35 ff. de oper. nou. nunc. Alex. conſ. 75. n. 10. lib. 1. Felin. in cap. fraternitatis de teſtib. n. 6. Oſaſch. Dec. 87. n. 4. odd. de Reſt. in Integ. q. 9. art. 3. n. 14. Trentacinq. var. Reſol. lib. p. Reſ. 2. n. 2. verſ. Declara tit de Reſtitut. in integ.*

Si autem peregrinus voluiſſet Reſtitui non vt Ruſticus ſed vt Pau-
7 per, adhuc ei obſtabat quod Pauper non excuſatur ab Appellando infra tempus, niſi quando in Appellatione, facienda eſt aliqua expenſa ad quam ipſe reperiatur impotens *Guidopapç queſt. 15. nu. 21. de Appellat. veſtr. in praxi lib. 7. cap. vlt. n. 20. Lancellott. de Attent. p. 2. cap. 12. Ampl. p. n 55. & 56. & limit. 50. n. 116. & 117. Scaccia de Appell. queſ. 12. num. 165.*

8 Bene verum eſt quod etiam in caſibus in quibus Ruſtico de mero iure ſpeciali non ſuccurritur, poteſt tamen ei concedi Reſtitutio in integrum ex generali Clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur *ad tex. in leg. p. in fine ff. ex quibus cauſ. maior & poſt Ant. de Butr. Bald. Iaſ Corn. & alios docet Odd. de Reſt. in Integ. quæſt. 9. Art. 5. n. 26 Eue-*
9 *rard in loco a Defectu formç ſub finem* vbi quod iuſta eſt cauſa ſi non potuit conſulere peritiores ſed ſi potuit ſecus eſt *& docet etiã Felin. in cap. fraternitatis 17. de teſtib. n. 6. ſub finem & tex. in leg. fin C. de teſtam. Marant. de ord. Iudic. in cap. de Appellat. n. 86. ad quod facit dictum Baldi in leg. Iuris ignorantia ff. de Iur. & facti ignorantia* quod ſicut Ruſtici vadunt ad Syluam pro lignis, ita debent ad vrbem accedere pro Conſilijs *Menocch. de Recuper. poſſ. Remed. 9. n. 28. & ſeq.* quod maxime procedit quando Ruſticus habitat in ſub vrbijs *vt in*
10 *caſu Deciſo per Surd. Dec. 237. n. 5. & 10.* vbi in pœnam mendacij, fuit auocata poſſeſſio a Ruſtico qui negauerat ſe poſſidere Do-

mum

mum locatam & fuit actor Immiſſus abſque prçiudicio tertij cũ tamen videretur Ruſticus excuſari potuiſſe credens Rem locatam nõ a locatore ſed à conductore qui eam corporaliter, detinebat, poſſi-
11 deri, quamuis vere conductor ſit in poſſeſſione ſed nõ poſſideat *iux. tex. in leg. ſi quis ante 10. ff. de acq. poſſ.* & vere locator poſſideat quoniã is poſſidet cuius nomine poſſidetur *leg. quod meo ff. de acq. poſſ.* Ego ad effectum prędictum volui bonum ius & Rei meritum degustare & cum Ruſticus exhibuiſſet fidem quandam Reu eius Rectoris aſſerentis ſe computa ſolidaſſe inter ipſum & Dominum quæ tamẽ fides ſe referebat ad librum exiſtentem penes eundem Dominum, quem induxi vt librum exhiberet ſed ex eo non apparuit in cõputis a Rectore ſolidatis comprehenſam eſſe partitam damnorum de quibus fuerat in iudicio actum. Ideo dixi exequendum eſſe grauamen Relaxatum per D. Auditorem pręuia tamen Reſtitutione in integrum ad appellandum quo ad effectum deuolutiuum ad fauorẽ Ruſtici prędicti qui alias probationes habere ſe poſſe ſperabat. In De uolutiuo igitur Ruſticus probauit ſecũdum recollectum in terris contiguis monaſterij S. Catherinæ, domino deberi modios quatuor frumenti Dominus autem probauit de modijs ſex ſecundũ Recollectum in terris Epiſcopatus pariter contiguis prout pro ſex modijs obtinuerat Grauamen & exequtionem Ideo mediam viam ſequutus dixi Reſtituendum eſſe per Dominum colono modium vnicum frumenti.

ARGVMENTVM.

Aromatarijs pro Rebus medicinalibus quæ priuilegia competant.

SVMMARIVM.

1 *Libris mercatoris de Iure creditur in ſummis modicis & veriſimilibus.*
2 *Aromatarij Ferrarienſes habent priuilegium vt eorum libris credatur vſque ad ſummam librarum decem pro qualibet partita.*
3 *Diſputare de poteſtate principis vel dubitare, Sacrilegum reputatur.*
4 *Ex Form. St. Fer. libris mercatorum quando & quomodo credatur.*
5 *Par in parem non habet imperium.*
6 *Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris.*
7 *Aromatarij pro medicinalibus ſaltem vltima infirmitatis, præferuntur alijs creditoribus.*
8 *Expenſe facte pro infirmitate gaudent priuilegijs funeram.*
9 *Non minus intereſt, viuos conſeruare quam mortuos ſepelire.*
10 *Expenſa facta pro infirmo etiam inuito repetitur.*

11 *Medicus curans infirmum etiam inuitum poteſt agere pro mercede & licet infirmus moriatur.*
12 *Generale Statutum an & quando comprehendat ſpecialiter priuilegiatos.*

DECISIO XXVI.

DOmin. Iacinthus Bartolinus Aromatarius tanquam
Creditor D. Caroli Cidonij in ſumma lib. 78. pro
pretio rerum medicinalium obtinuit eum gradari
tanquam patris hæredem coram D. Loc. Appellauit
cidonius ad me tanquam Rotæ Prætorem Ego ve-
ro dixi bene Iudicatum motus quoniam de Credi-
1 to liquide conſtabat ex libro Aromatarij cui videbatur credendum
de iure communi cum ageretur, de ſummis modicis & veriſimilibus
*ad tradita per Maſcard. de prob. concluſ. 974. n. 13. Menoch. de Arbitr. Iud.
lib. 2. caſ. 91. n. 17. & 18. Trentacinq. var. Reſol. cap. 7. n. 17. de probat.*
2 Quod abſque difficultate procedit attentis Aromatariorum Priui-
legijs Ducalibus & Pontificijs vſque ad ſummam librarum decem
pro qualibet partita *ad tradita poſt Bald. Rip. Iaſ. & alios per Buratt.
Dec. 163. n. p.* vbi loquitur de priuilegijs merciariorum confirmatis
a Sanctiſſimo Clem. viij. & cum de Principis voluntate conſtat,
3 Sacrilegij inſtar eſt de poteſtate diſputare vel dubitare vt loquitur
tex. in leg. 2. C. de Crim. Sacrileg. Crauetta conſ. 241. n. 3. vbi poſt Bald.
quod diſputans de poteſtate principis facit ſe principi ſuperiorem
vel vult eſſe ſimilis Altiſſimo.
4 Neque obſtat *Stat. lib. 2. cap. 37.* diſponens quod libris mercatoris
vel Artificis in pertinentibus ad mercaturam vel Artificium creda-
tur tantum vſque ad ſummam quinque librarum ſi habeat ſolum li-
brum autenticum, ſi vero etiam Zornalia vſque ad libras decem in
totum, quia Reſpondetur quod idem Statutum excipit & reſeruat
5 priuilegia quibus derogare nec voluit nec potuit nam ſi par in pa-
rem non habet imperium *cap. innotuit 20. de elect.* multo minus cum
6 Priuilegium ſit priuata lex, poterit inferior tollere legem ſuperioris
ex toto vel ex parte, abrogando vel derogando *cap. cum Inferior de
ma. & ob. leg. Nam magiſtratus ff. de Arbitr.* poſſet etiam fortaſſe dici
quod in Statuto prędicto ſub generalitate Artificum non compre-
hẽdantur Aromatarij tanquam ſpeciali nota digni vt ſpecialiter in
7 iure priuilegiati & qui pro Rebus Medicinalibus in infirmitate mi-
niſtratis ſaltem ex qua debitor deceſſit, pręferũtur creditoribus ha-

bentibus etiam expreſſam hypotecam *Rolan. conſ. 14. n. 17. lib. 3. Neguſant. de pignor. par. 2. memb 5. n. 28. Caualcan. Dec. 3. n. 2. & 11.*
8 *de Contract. par. 2. Surd. Dec. 255. n. 26.* Et expenſæ factæ pro infirmitate gaudent priuilegijs funerum *Bald. in leg Reſtituenda in fine C. de pet. hæred. Bongnin. de vſufructu. mulier. relicto n. 65. in princ. facit tex.*
9 *in leg. in cōputatione C. de Iur. Delib.* & facit ratio quia nō minus itereſt Reip. viuētes conſeruari quā mortuos ſepeliri *Bal. in leg. fin. n. 7. C. de neg. geſt. Felin. in cap. cōtingit 36. n. 2. de ſent. excō. Gratiā. Diſcept. 94. n. 14.*
10 *&* 15. Hinc etiā expēſa facta pro infirmo etiā Inuito repeti poteſt *gl. in cap. prouidentiā 83. Diſt. Alex. ad Bart. in leg. Sticus ff. de pec. leg. poſt Dec. Cagnol. in leg. Inuito n. 7. ff. de Reg. Iur. Felin. in cap. cōtingit de ſent. ex-*
11 *cō. n. 2. poſt med. vbi ex ſpec.* quod atiā Medicus curās infirmū licet inuitum, debet conſequi mercedem etiam ſi infirmus moriatur *Tira-*
12 *quell. de Retrac. conuen. §. 7. n. 10.* Generalis autem diſpoſitio legis vel Statuti non comprehendit ſpecialiter priuilegiatos *ad tex. in leg. fin. C. de Iur. Dot. vbi ſalicet quem ſequitur Iaſ. in leg. p. in 3. not. ff. ſol. mat.* & ſaltem quando priuilegium eſt in materia de qua Statutū loquitur *Mantica conſ. 289. ſub fin Cagnol. in leg. p. n. 22. ff. de Reg. Iur. Maſcard. de interp. Stat. Concluſ. 5. n. 36.* & præſertim quando etiam priuilegiatus agit de damno vitando *iuxta diſtinxionem Bart. in leg. fin. n. 16. C. in quib. cauſ. in integ. Reſt. non eſt neceſ.*

ARGVMENTVM.

Sententia quando ſit Diuidua vel Indiuidua. Inſtrumentum quando habeat exequtionem paratam. Ciuis ex priuilegio quando ligetur & Iuuctur Statutis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia notorie Iniuſta vel nulla non eſt exequibilis.*
2 *Sententia eſt de ſui natura indiuidua.*
3 *Quantitas de ſui natura diuidua, redditur indiuidua per ſententiam.*
4 *Sententia & mondata A. C. exceſſiua ſuſtinentur pro ſumma debita ſed exequtio exceſſiua non ſuſtinetur.*
5 *Sententia dicitur Diuidua quando continet diuerſa Capitula.*
6 *Item quando lata eſt pro diuerſis perſonis vel contra diuerſas.*
7 *Inſtrumentum publicum de iure communi non habet exequtionum paratā quamuis ſit iuratum ex communi.*
8 *Statutum Ferrariæ tribuit exequtionem publicis Inſtrumentis.*
9 *Statutum prohibens vel minuens appellationem non ligat forenſem.*
10 *Enunciatiua Inſtrumenti inter cōtrahentes plene probat donec probetur contrarium.*

11 *Qui*

11 *Qui cũ aliquo tanquã cum Ciue contrahit, negare non poteſt illũ eſſe Ciuẽ.*
12 *Ciuis ex priuilegio iuuatur & gaudet Beneficio Statutorum.*
Idem operatur fictio in caſu ficto quod veritas in caſu vero in omni prædicamento.
13 *Ciuis ex priuilegio dicitur vere & proprie Ciuis.*
14 *Ciuis ex priuilegio videtur æquiparari originario quo ad commoda, non quo ad incommoda.*
15 *Ciuis ex priuilegio videtur æquiparari originario quo ad Statuta quando ſuſtinet onera, ſecus quando ea non ſuſtinet ſed contra vid. n. 17.*
16 *Ciues dignoſcuntur ex muneribus & oneribus.*
17 *Qui non ligatur, is regularitur neque iuuatur Statuto limita vt ibi.*
18 *Ciuis creatus etiam cum onere, onera ſuſtinendi, gaudet Ciuilitate donec Ex aduerſo doceatur de non implemento. Immo non deſinit eſſe Ciuis licet non adimpleat.*
19 *Statutum tribuens exequtionem inſtrumentis ligat forenſes quando agitur in loco Statuti.*

DECISIO. XXVII.

D. Cap. Franciſcus Nouellus in publico Retrouenditionis Inſtrumento partim pro Reſiduo pretij partim pro fructibus promiſit ſcuta 350. D. Petro Vittæ & DD. Annæ & Barbaræ eius ſororibus ad effectum deponendi & ſub certis temporum dilationibus iam lapſis & interim ſex pro centenario. fuit petita exequtio inſtrumenti prædicti & fuit commiſſa per D. Loc. pro quantitatibus petitis videlicet pro lib. 900 pro ſorte, & pro lib. 180. pro fructibus nec non pro damnis & expenſis. Appellauit Nouellus & commiſſa mihi cauſa tanquã Rotæ Prætore cum Clauſula Conſtito quod ſit locus exequtioni exequatur.

1 Primo dicebatur ſententiam D.Loc. eſſe notorie iniuſtam & nullã, & ideo non mereri exequtionem *ad tradita per Guid. pap. quæſt. 215. n.9. Gratian. Diſcept. 581. n. 22. 31. & 32. Ludou. Dec.p.n.6. Buratt. Dec. 169. n.3.* Nullitas autem & iniuſtitia deducebatur ex eo quod committebatur exequtio pro ſumma petita quæ apparebat exceſſi-
2 ua, Sententia vero cum omnibus vnde ſequtis etiam pro modico exceſſu tota vitiatur nec pro parte coruuere poteſt & pro parte ſubſiſtere quoniam de ſui natura eſt Indiuidua *leg. in hoc iudicio ff. fam erciſ. cap. Rainutius de teſtam Seraph. Dec. 180. n. 4.* vbi quod nec pro

parte

parte poteſt acceptari. *Ludou. dec. 198. n. p. & 3. & dec. 480. n. 5.*
3 *& dec. 485. n. 4.* Immo ſumma ſeu quantitas quæ de ſui natura eſt Diuidua, per ſententiam redditur indiuidua *Salicet in leg. 2. in p. quæſt. ff. de Re Iudic. Rom. in leg. p. §. pen. n. 34. ff. de verb. oblig. Burſatt. conſ. 119. n. 8. & 9. Rim. Iun. conſ. 71. n. 4. Buratt. dec. 29. n. 15.* vbi idem dicitur de ſententia Arbitri intelligendo ſẽper quando ſumma erat ſub vnica verborum conceptione contenta. Et quamuis
4 Sententiæ & mandata exequtiua Auditoris Cameræ exceſſiua ſuſtineãtur pro ſumma debita ex quadam æquitate *Crauett. conſ. 37. n. 5. Ferentill. ad Buratt. Dec. 91. n. 4. & 5.* vbi poſt Marcheſan eumdem eſſe aſſerit in hoc ſtylum ſignaturæ Iuſtitiæ, id tamen prouenit ex particulari ſtylo tribunalis qui extra tribunal non extenditur *ad tradita per Lancellott. de Atten. cap. 20. ampl. 11. n. 5. & limit. p. n. p. & 3. Seraph. Dec. 408. n. 2* Nec habet locum in exceſſiua exequtione *ex traditis ab eod. Ferent. ad Buratt. d. Dec. 91. n. 4. & 6. poſt Rot. Dec. 40. Dec. 51. Dec. 66. penes Zacchiam de oblig. Camer.*
Sed hoc primũ obiectum fuit ex facto ſublatum quoniã factis calculis coram me non apparuit prætenſus exceſſus. Præterea potuiſſet etiam in Iure pro Reſponſione congruere aliqua ex infraſcriptis limitationibus ad Regulam oppoſitam. Prima eſt quod ſententia di-
5 citur diuidua quando continet diuerſa capitula & tunc tot dicuntur ſententiæ quot capita, & tot capita, quot ſententiæ *leg. etiam §. ex cauſa ff. de minor. gl. in cap. 2. in verb. eadem ff. de ord. cogn. Paris cõſ. 66. n. 4. lib. p. Ludou. Dec. 552. n. p. & 6. vbi Beltram. Rot. Dec 33. n. 19. par. p. Diuerſ. & fuit dictum in Ferrarien pecuniaria impreſſa penes Marcheſan. de commiſſ. par. p. fol. 1123. & coram Burattt. Dec. 29. nu. 27. Dec. 50. n. 13. quæ eſt Ferrarien. de taſsonis.* Secunda quod ſententia
6 redditur Diuidua quando lata eſt contra diuerſas perſonas vel pro diuerſis perſonis *Bald. in leg. ordo n. 17. C. de exeq. Rei Iudic. & in leg. fin C. ſi plures vna ſent. n. 2. Alex. in leg. Iuſte poſſidet n. 22. ff. de acq. poſſ. Crot. conſ. 107. n. 19. lib. p. Seraph. dec. 327. n. 5. & dec. 597. n. 5.*
Secundo opponebatur quod licet ſententia D. Locumtenentis iuſta & valida foret, ad huc tamen eſſet appellabilis, etiam ad effectũ
7 ſuſpenſiuum, quoniam fuit actum vigore Inſtrumenti. Quod ex Diſpoſitione iuris communis non habet exequtionem paratam *leg. minor. viginti quinque annis cui fideicommiſſum ff. de minor. Iaſ. in leg. fin n. 6. C. de edic. Diu. Hadr. toll. Cagnol. in leg. in teſtamentis n. 7. ff. de Reg. Iur. Ludouic. Deciſ. Peruſ. 23. n. 32.* Quod locum habet etiam in

 inſtru-

inſtrumento iurato ſecundum communem ſententiam *de qua teſtatur Scaccia poſt alios de Appell. q. 17. Ampliat. 12. n. 30.* & quamuis *Stat.*
8 *Fer. lib 2. cap. 20.* tribuat exequtionem inſtrumentis, quo ſtante nõ eſt dubium quin habeant paratam exequtionem *ad tradita per eumdem Scacciam de Ap. q. 17. Ampl. 12. n. 34. & per Ludouic. Dec. Peruſ. 23. n. 32.* Attamen dicebatur huiuſmodi Statutum non comprehẽdere forenſem qualis erat Petrus actor, quod ſuaderi videbatur ex eo quod Statutum tribuens exequtionem inſtrumento, indirecte prohibet appellationem ſuſpenſiuam Immo expreſſe eam prohibet
9 Statutum de quo ſupra. Statutum vero prohibens vel minuens Appellationem eſt Deciſorium & forenſem non comprehendit *Alex. conſ. 138. n. 6. lib p. Cephal. conſ. 170 n 2. & conſ. 263. n. 30. Maſcard. de Interpret. Stat: Concluſ. 6. n. 197. & Concluſ. 7. n. 77. Buratt. in Ferrien. pecuniaria Dec. 40. n. 2.*

Sed hoc etiam viſum eſt non obſtare quoniam Petrus actor enũcia-
10 batur in inſtrumento ipſo Ciuis Ferrariæ ex priuilegio & enunciatiua inſtrumenti inter contrahẽtes plene probat ſaltem donec probetur contrarium *leg. optimam 14 C. de contr & com. Stip. Auth. ſi quis in aliquo C. de eden. vbi Bart. & Bal. notant Alex. conſ. 184. n. 3. ſoc. conſ. 51. n. 46. lib. 4. Maſcard. poſt alios de probat concluſ. 621. n. 28. &*
11 *n. 30.* Et in ſpecie quod quando quis cum aliquo tanquam cũ ciue contraxit, negare non poſſit illum eſſe Ciuem *dixerunt Dec. conſ. 283. n. 8. Alciat. conſ. 55. n. 8. Ruin. conſ. 58. n. 5. lib. 3. Surd. Dec. 104.*
12 *n. 13.* Quod autem Ciuis ex priuilegio iuuetur & gaudeat Beneficio Statutorum loci cuius eſt Ciuis, *probant Paris conſ. 71. n. 4. lib. p. Dec. conſ. 283. n. 10. Ruin. conſ. 58. n. 4. & conſ. 59. n. 5. & 11. lib. 3. Boer. Dec. 13. n. 21. Curt. Iun. qui de commun. teſtatur conſ. 349. n. 13. Maſcard. de interpre. Stat. concluſ. 6. n. 188.* Et licet non ſit vere natus, eſt tamen vere creatus Ciuis & quamuis etiam dicatur fictus Ciuis, adhuc tamen in his quæ ſunt iuris, idem operatur fictio in caſu ficto quod veritas in caſu vero *ad tradita per Bart. & DD. in leg. ſi is qui pro emptore ff. de vſucap. Seraph. Dec. 1251. n. 16. tex. in leg. vnica C. de Rei vxor. action. Euerard. in loco a vi fictionis.* vbi oſtendit id
13 eſſe verum in omnibus prædicamentis & quod Ciuis ex priuilegio dicatur & ſit vere & proprie Ciuis *probat tex. in leg. p. §. p.* ibi niſi forte priuilegio aliquo *ff. Ad municipal. Decian. conſ. 44. lib. 4. Cephal. conſ. 451. n. 16. vſque ad numerum 36. Gratian. Diſcept. 709. n. 9. & faciũt tradita per Seraph. d. Dec. 1251. n. p. & 16. in priuilegio familiaritatis*

Con-

14 *Conclauiſtarum* licet alij diſtinguant quod Ciuis ex priuilegio æquiparetur originario quo ad commoda, ſecus quo ad incōmoda, vnde nec ligetur Statutis præiudicialibus *ad tex. in leg. quod fauore C. de legib. Bart. in leg. 3. §. emancipatus ff. de bon. poſſ. contr. tab. Bald. in Auth. Habita C. ne fil. pro patre Seuerin. in Rep. leg. omnes populi ff. de Iuſt. & Iur. n. 91. Decian. in tract. Crimin. cap. 35. n. 46. Maſcard. de Interp Stat. cōcluſ. 6. n. 172. Amat. Dec. Fer. 2. n. 28.* Nec eſt nouum quod priuilegia intelligantur ſolum quo ad prærogatiuas *Pariſ. conſ. 50. nu. 24. lib. 4. Gambar. de Legato lib. 3. n. 141. Simonett. Dec. 8. de preb. Seraph. Dec.*
15 *125. n. 4.* ſed quod Ciuis originarius non æquiparetur originario quo ad Statuta *tradunt Bald. in leg. Cunctos populos n. 57. Iaſ. n. 83. C. de ſum. trin. & fid. Cat. Rolan. conſ. 79. n. 76. lib. 3. Gratian. diſcept. 709. n. 18. & 28. Confert ad hoc Statutum Fer. lib. p. cap. 6.* vbi diſponitur quod in Deciſorijs Statuta proſint ſolis Ciuibus & his qui habitant & ſuſtinent onera *Ad idem, Statutum lib. 2. cap 16.* vbi Ciuis ex priuilegio qui non poſſidet Immobilia in Ciuitate vel comitatu cogitur
16 cautionem præſtare tanquam forenſis. Ad idem facit quod Ciues dignoſcuntur ex muneribus & oneribus *ad tex. in leg. Ciues C. de Incolis lib. 10. Rol. conſ. 79. n. 38. & 39. lib. 3. Ruin. conſ. 112. n. 10. lib. 5. Maſcard. de Interp. Stat. concl. 6. n. 108.* Accedit etiam quod
17 qui non ligatur, is regulariter neque iuuatur Statutis, quia ſeruāda eſt æqualitas nec debet Iuſtitia claudicare *ad tex in cap. 2. de mut. pet. & in leg. p. & per tot. ff. quod quiſque Iuris Rol. conſ. 79 n 35. & 36. lib. 3. Gratian. Diſcept. 709. n. 18. & 19. & poſt Bart Rom. Marſil. Tiraq. & communem Amat. Dec. Fer. 2. n. 28. in princ.* ſicut econtra qui Statuto iuuatur, is etiam regulariter ligatur *vt probat Surd. Dec. 20. nu. 2. vbi loquitur in Clerico & n. 9.* declarat quod tunc Clericus ligatur Statuto contra ſe quādo eo vtitur pro ſe nec enim ſufficit quod poſſit vti vt ibi per eum. Sed tamen quod Ciuis ex priuilegio gaudeat Beneficio Statutorum licet onera non ſuſtineat *dixerunt Marſil. ſing. 519. Alex. conſ. 121. n. p. lib. 7 & poſt Ruin. Rol. Dec. Cephal. Maſcard. Amatus Dec. Fer. 2. n. 28. ſub med* Et quod etiam Receptus in Ciuē
18 dummodo habitet vel aliud faciat, ſi id non adimpleat non ideo deſinat eſſe Ciuis *probat Gratian. diſcept. 44. n. 12. & Diſcept. 124. n. 11 & ſeq. & Amat. Dec. Fer. 51. n. 29. in fine* & Ciuis ex priuilegio creatus etiam cum onere onera ſuſtinendi, gaudet omnino Ciuilitate donec ex aduerſo tertius opponens non doceat de non implemēto *Oldrad. cōſ. 291. n. 7. Iaſ. in leg. 2. n. 132. C. de Iur. emphyt. qui de cō-*

teſta-

teſtatur Rot. Romana coram Pamphilio in Ferrarien bonorum de ſchi an-
19 *chis impreſſa penes Amat. Dec. Fer. 51. n. 40.* Vltimo quod Statutũ tribuens exequtionem inſtrumentis tanquam ordinatorium, exteros etiam liget & locum habeat licet inſtrumentum confectum ſit in loco vbi Statutum non viget, dummodo iudicium agatur in loco vbi Statutum viget, *tradunt poſt alios Barz. Dec. Bonon. 41. num. 2. Scaccia de App. quæſ. 17. limit. 9. n. 9. de quo tamen videndus eſt Honded. conſ. 29. n. 5. & ſeq. & n. 17. & ſeq. lib. 2. & vide quod in ſimili dixi de præſcriptione Dec. 76. n. 14. & 17.*

ARGVMENTVM.

Statutum Ciuitatis Dominantis quando ſit ſeruandum in loco ſubiecto. Statutum ex Idemtitate rationis quando extendatur. Quis ſit finis & effectus appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ Ciuitatis Dominantis eſt ſeruandũ Regulariter in loco ſubiecto.*
2 *Statutum Ferrariæ ſeruandum eſt in Terra Centi.*
3 *Quando in loco ſubiecto adeſt particulare Statutum, præfertur Statuto Ciuitatis dominantis.*
Species Derogat generi.
4 *Statutum particulare Terræ Centi eſt ibi ſeruandum potius quam Statutum Ferrariæ.*
5 *Statutum Terræ Centi permittit Appellationem a duabus conformibus in cauſis ſupra lib. centum.*
6 *Obligatio dandi, & obligatio faciendi, in multis differunt.*
Vbi eadem eſt ratio ibi idem Ius.
Ratio eſt Anima legis.
Statutum quando extendatur ex idemtitate rationis & n. 8.
7 *Obligatus ad factũ etiam propriũ non tenetur præciſe ſed ſolũ ad intereſſe.*
8 *Statutum reducens poteſtatem appellandi ad terminos Iuris communis tãquam fauorabile, eſt latius intepretandum.*
9 *Appellatio Inuenta eſt vt Iudicum Imperitiam vel Iniquitatem corrigat, licet aliquando ſententias bene latas reformet in peius.*
10 *Antidotum vertitur in venenum & Refugium in ſuffugium.*
Appellare non vt graues, ſed ſi graueris, licet.

DECISIO XXVIII.

EQues Petrus Franciſcus Giraldinus & D. Franciſcus de Panninis tunc Conſules Terræ Centi obtinuerunt duas Conformes contra D. Petrum Ant. Bellabonum ad præſtandam fideiuſſionem

nem in forma pro lib. 335. pretio frumenti diſtributi IoanniZangarino Piſtori pro quo d. Bellabonus promiſerat fideiubere vt teſtes deponebant. Commiſſa mihi cauſa de partium conſenſu cum Clauſula Conſtito quod ſit locus ſtatuto de duabus conformibus exequatur, ſin minus cauſam appellationis cognoſcat, aſſignaui terminum partibus ad probandum incumbentia. Quoniam credidi non
1 eſſe locum ſtatuto prædicto Quamuis enim ſtatutum ciuitatis Dominantis & ſic Ferrariæ liget etiam homines exiſtentes in loco ſubiecto & ſic cētenſes *Deciā. Reſponſ. 32. n. 28. lib. 2. Maſcard. de Interp. Stat. Concluſ. 12. n. 10. Ludou. Dec. 269. n. 2.* & in Indiuiduo de Ciuita-
2 te Ferrariæ, & Terra Centi *Buratt. in Bononien. Dotis Dec. 332. n. p.*
3 id tamen fallit quando adeſt Statutū contrarium in loco ſubiecto, tunc enim attenditur potius particulare ſtatutū loci & ſpecies derogat generi *leg. in toto iure ff. de Reg. Iur. Rom. conſ. 218. per tot. Maſcard. dicta Concluſ. 12. n 10. Gratian. Diſcept. 7. n. p. Ludou. Dec. 279. n.*
4 *2. Buratt. qui loquitur in puncto de Statuto Ferrariæ & Centi d. Dec. 332. n. 11.* Et Illud idem diſponunt litteræ Ducales in fronte ſtatuti Fer-
5 rarienſis impreſſæ. Sed ſtatutum Centi permittit Appellationem a duabus conformibus dummodo cauſa ſit ſupra libras centum *lib. p. cap. 37.* & in hoc eſt magis conforme diſpoſitioni Iuris communis quod permittit bis appellari poſſe *vt in C. ne liceat tertio prouocare* Et quamuis diceretur quod ſtatutum prædictum loquebatur de condemnationibus ad quantitatem vnde non vibebatur extendendum
6 ad caſum noſtrum in quo condemnatio erat ad factum nam obligatio dandi & obligatio faciendi, in multis differunt *leg. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. & ibi Bart. n. 7. & n. 12. & ſeq* Id tamen viſum eſt non obſtare, quoniam factum de quo in caſu, reducebatur ad quantitatem maiorem libris centum quam ſtatutū Cēti præſcribit *Amat. Dec. Fer. 21. n. 13.* vnde cū militaret finis & ratio ſtatuti quæ fuit importantia & valor cauſæ, eius etiam diſpoſitio militare debebat *ad tex. in leg. Illud ff. ad leg. Aquil* quoniam ratio eſt Anima legis *leg. cum Ratio ff. de bon. damnat.* ac etiam in ſtatutis ex idemtitate rationis fit extenſio quando ratio finalis eſt expreſſa in eod. ſtatuto *vt poſt alios docet Maſcard. de interp. Stat. concluſ. 2. n. 612 & 179:* Immo maior forte ratio militabat nam ſi licet appellare obligato ad dandum, multo magis licebit obligato ad faciendum nam
7 obligatio dandi Arctior eſt cum obliget præciſe, At obligatus ad factum etiam proprium non cogitur preciſe ſed in obligationibus fa-

Dd cti

cti etiam proprij ſuccedit obligatio ad intereſſe *leg. ſi quis ab alio in fine ff de Re Iudic. Dec. conſ. 502. n. 6. Ludou; Dec. 241. n. 3. & 7. vbi li-*
8 *mitat.* Et eo magis quo Statutum prædictum tanquam reducens poteſtatem appellandi ad terminos iuris communis eſt fauorabile, & ſic latius interpretandum *ad tex. in leg. ſi quando C. de teſtam. & in cap. ad Audientiam de Cler. non Reſid. Abb. in cap. cum dilecta n. 6. de confir. vtil. vel Inut. Maſcard. de Interp. Stat. Concluſ. 4. n. 66.* præſertim
9 cum Appellatio inuenta ſit vt Iudicantium Imperitiam vel iniquitatem corrigat *leg. p. ff. de Appell* vbi tamen ſubditur quod aliquan-
10 do bene latas ſentẽtias reformat in peius & conſonat quod ſcripſit, *D. Bernard. ad eugen. de Conſiderat. lib. 3. cap. 4:* vbi de Appellatione loquens ait quod ſæpe hoc Antidotum vertitur in venenum & fit ſuffugium quod debet eſſe refugium nam appellare non vt graues, ſed ſi graueris, licet.

ARGVMENTVM.

Promiſſio de Contrahẽdo an & quando Contractui æquiparetur. Probatio per teſtes quando admittatur non obſtante Statuto requirente ſcripturam.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio deuendendo non eſt venditio. De locando non eſt locatio de Donando non eſt Donatio de faciendo pacem non eſt pax.*
2 *Promiſſio de Contrahendo non eſt Contractus.*
3 *Habens venditionem etiam non iuratam præfertur habenti priorem iuratam promiſſionem de vendendo.*
4 *Promiſſio de fideiubendo non eſt fideiuſſio.*
5 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris ideo non eſt extendenda.*
6 *Ex Statuto Centi Obligatio non probatur niſi per ſcripturam.*
7 *Probatio incerta non releuat.*
8 *Promittens ſe obligaturum ad danda decem certa die, adueniente die conueniri poteſt ad ſoluenda decem prædicta.*
9 *Pactũ deuendenda Re cuius quis tradẽdę facultatem habet, obligat preciſe*
10 *Promiſſio de ratificando idem operatur quod Ratificatio quando ſola volũtas ſufficit & nihil repugnat quin tẽpore promiſſionis, actus perfici poſſit*
11 *Ex Sta. Fer. Contractus & contrahendi promiſſio debent preciſe ſeruari.*
12 *Promittens contrahere, cogi poteſt ad contrahendum vel ad intereſſe.*
13 *Promiſſio de donando non transfert dominium Rei donatæ ſed parit actionem perſonalem aduerſus promittentem.*
14 *Promittens ſatiſdare, ſi non ſatiſdat, tenetur ad intereſſe.*

15 *Diſ-*

15 *Diſponente Statuto quod Contractus probari debeat per ſcripturam, poteſt tamen promiſſio probari per teſtes ad hoc vt promittens conficiat ſcripturam.*

16 *Probatio per teſtes facta parte non opponente operatur non obſtante Statuto prædicto.*

17 *Conſtito de ſubſtantia crediti; quo ad quantitatem creditur Creditoris Iuramento.*

DECISIO. XXIX.

IN eadem Cauſa lapſo termino & publicato pro-
ceſſu dicebatur pro Bellabono. Primo quod pro-
1 miſſio deuendendo non eſt venditio. Promiſſio de
locando non eſt locatio, Promiſſio de donando
non eſt donatio. Promiſſio de faciendo pacem nō
eſt pax, *Iaſ. in leg. in bonæ fidei n. 3. & 6. ff. de eo quod*
certo loco late Tiraq. de Retract. Conuent. ad finem n. 44. & ſeq. Rot. Dec.
113 n. 5. par p. Diuerſ. & coram Seraph. Dec. 661. n. 2. & coram Greg.
2 *Dec. 28. fere per tot. & ibi Beltram.* Et generaliter promiſſio de con-
trahendo non eſt contractus *Bart. in leg. ſingularia ff. ſi cert pet. n. 11.*
Ang. Imol. Caſtr. Alex. in leg. ſi pupillus ff. ad leg. Falcid. & poſt eos Tiraq.
de Retrac. Conuen. ad finem n. 44. & ſeq. Buratt. Dec. 841. n. 2. vbi
quod voluntas, & mandatum faciendi longe diſtat a facto. Vnde
3 is cui facta eſt venditio etiam non iurata præfertur ei cui prius facta
ſit etiam Iurata promiſſio deuendendo *Iaſ. in leg. In Bona fidei n. 7. ff.*
de eo quod cert loco Oldrad. conſ. 127 n. 2. & poſt alios Gab. concluſ. 2. de
4 *empt. & vend. n. 4.* Et in ſpecie quod promiſſio de fideiubendo non
ſit fideiuſſio *probat tex. in leg. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum §. fin ff. de*
verb. oblig. Tiraq. de Retract. conuen. ad finem n. 42. Accedit quod fi-
5 deiuſſio eſt ſtricti iuris & ideo non extenditur *leg. Blanditus C. de fi-*
deiuſſ. Gratian. poſt alios Diſcept. 130. n. 30. Rot. Dec. 55. n. 6. p. p. Recē-
tiſſimarum vbi quod non extenditur vltra formalitatem verborum.

6 Secundo obiciebatur quod ex Diſpoſitione Statuti Terræ Cēti *lib.*
2 cap. 11. Obligatio & in ſpecie fideiuſſio pro ſumma excedente
libras 25. probari non poteſt niſi per ſcripturam publicam vel pri-
uatam ſcriptam manu ipſius obligati.

Tertio adducebatur quod teſtes deponebant Bellabonū promiſiſſe
7 pro Zangarino fideiuſſionem præſtare ſed non exprimebant pro
qua ſumma vnde probatio tanquam incerta, remanebat Irreleuans

ad tex.

ad tex. in cap. In præſentia de probat.

Sed ad primum primo dixi quod non deſunt Doctores aſſerentes, ad euitandos circuitus, promiſſionem de aliquid faciendo æquiparari facto quo ad præiudicium promittentis & quod promittens ſe ob-
8 ligaturum ad danda mihi decem infra certum tempus, poſsit adueniente tempore abſque alia obligatione conueniri ad ſoluenda decem promiſſa *dixerunt Io Andr. in add. ad Specul. in Rub. de oblig. & ſolut. Rom. ſing. 183. Socin. Iaſ. purpurat in leg. cum fundus §. ſeruum tuum ff. ſi cert pet. Ruin. in leg. 4. §. Cato in octauo notabili ff. de verb. oblig. & in conſ. 12. n. 32. lib. 3. Boerius dec. 183. n. 13. Afflict. dec. 61. in princ. & in ſimili ſenatus pariſienſis quem refert Tiraq. de Retract. Cō-*
9 *uent. ad finem n. 61.* Ita pactū de vendendo rem cuius tradendæ paciſcens facultatem habet, obligat præciſe ad traditionem *Menocch. conſ. 92. n. 61. Burſatt. conſ. 100. n. 36. Seraphin. dec. 805. n. 7.* Sic etiam
10 promiſſio ratificandi, idem operatur quod Ratificatio quando ſola voluntas ſufficit & de tempore promiſſionis nihil repugnat quin actus perfici poſſit *ad tex. in leg. p. ff. de pign. action. Buratt. Dec. 190.*
11 *n. 7. & confert Seraph. Dec. 548. n. 3.* Ad idem facit Statutum Ferrariæ *lib. 2. cap. 93.* vbi Diſponitur quod & Contractus & contrahendi promiſsio, præciſe ſeruentur *& eod. lib. 2. cap. 93. in fine* Idem Iudicatur de promiſſione de vendendo quod de venditione. Secūdo dixi quod licet promiſsio contrahendi non ſit contractus & ex promiſsione illa non poſsit promittens conueniri tanquam ex con-
12 tractu, attamen negari non poteſt quin ex huiuſmodi promiſsione conueniri & cogi ſaltem poſsit ad contrahendum & celebrandum contractum & quod ſaltem non detur Actio ad intereſſe prout caute & prudenter ad id actum fuit in hoc Iudicio in quo non fuit petitum Bellabonum condemnari ad ſoluendum tanquam fideiuſſorē ſed condemnari ad fideiubendum Ita in pacto de Renouando locationem *dixerunt Ang. conſ. 184. col. vlt. Barbatia conſ. 51. col. 2. Afflict. in Conſtitutione Siciliæ incipit Conſtitutio Diuæ memoriæ col. 12. Alex. conſ. 68. lib. p. quos refert Tiraq. de Retract. Conuent. ad finem to-*
13 *tius tituli n. 48: Ludou. Dec. 98. n. 6.* vbi quod licet promiſsio de donando non ſit Donatio & non transferat Dominum rei Donatæ, parit tamen actionem perſonalem aduerſus promiſſorem Et in ſpe-
14 cie quod qui promiſit ſatiſdare ſi non ſatiſdet, teneatur ad intereſſe, *probat tex. in leg. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum §. fin ff. de verb. oblig.*
15 *& ibi Bart. id notat in ſummar.* Ad ſecundum primo dixi quod Diſponen-

ponente Statuto contractum non poſſe probari niſi per ſcripturam poteſt tamē per teſtes probari promiſsio & agi aduerſus promiſsorem ad hoc vt cogatur conficere ſcripturam & ſic Statutum procedit ad effectum condemnationis inmediate ad ſoluendum, non autem ad effectum conficiendi ſcripturam *Salicet in leg. Sancimus §. fin in fine C. de Donat. Dec. in cap. 2. de prob. n. 98 Cepoll. caut. 253. in princ. & poſt Afflict. & alios Maſcard. de probat. Concluſ. 479. n. 2.* Secundo

16 dixi quod cum fuerit facta probatio per teſtes parte patiente valet & operatur non obſtante Statuto prædicto *Bald. & Rom. in leg. Cert i condictio §. quoniam ff. ſi cert. pet. Cepoll. Caut. 253. n. 2. Cremenſ. ſing. 42. faciunt late tradita per Menocch. lib. 2. pręſ. 46. per tot. & quod dixi Dec. ſeq. n. 3.*

Ad Tertium dixi quod præterquam quod in facto, Teſtium depoſitio non erat omnino generica, ſed erat in ſpecie de frumento conſignando piſtori, accedebat etiam quod de iure quando conſtat

17 in genere de ſubſtantia crediti, quo ad quantitatem creditur iuramento creditoris *Ratner. in leg. p. ff. de in litem iuran Cepoll. caut. 210. & poſt Bart. Alex. Dec. Crauett. & alios Oſaſch. Dec. 96. n. 3.*

ARGVMENTVM.

Parte non opponente multa alias non probantia, probant, & alias non admittenda, admittuntur. Excipiens an & quando debitum fateri videatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditur libris mercatoris in ſummis modicis & veriſimilibus.*

2 *Parte non opponente alias non probantia probant.*

3 *Scriptura priuata etiam non recognita, parte non opponente probat. Tacens in Iudicio habetur omnino pro conſenſiente.*

4 *Solemnitas extrinſeca parte non opponente pręſumitur.*

5 *Parte non opponente poteſt aliquis eſſe Iudex in cauſa in qua iudicauit.*

6 *Parte non opponente ceſsat defectus Iuriſdictionis. Declara vt ibi.*

7 *Legitimatio perſonæ nō requiritur parte nō opponente ſaltē in exequtiuis.*

8 *Dilationum omiſſio parte non opponente non vitiat.*

9 *Acta coram vno Iudice probant coram alio parte non opponente.*

10 *Defectus actionis parte non opponente non vitiat.*

11 *Opponens comperſationem videtur debitum fateri.*

12 *Opponens pactum de non petendo an videatur Debitum fateri.*

Ee DE-

DECISIO. XXX.

FRanciſcus Octauianus obtinuit grauari Iacobum
pro petita sũma lib. 56. debita ex cauſa ferramẽ-
torum quę pro eius equis inſeruierant. Appella-
uit Iacobus ad me tanquam Rotæ Prætorẽ & pro
eo dicebatur quod de Credito Aduerſarij non
conſtabat niſi ex quibusdam liſtis exhibitis ab ip-
ſo creditore quę quamuis ex libris extractę non videbantur proba-
re cum excederent ſummam a Statuto prę ſcriptam libris mercato-
rum vel Artificum *lib. 2. cap. 37.* Quo tamen non obſtante credidi
bene fuiſſe iudicatum non ſolum quia vigere videtur Ferrarię con-
ſuetudo in hac parte non tã Statuto conformis quam iuri communi
1 ex cuius diſpoſitione creditur libris mercatorum vel artificũ in sũ-
mis modicis ſaltem veriſimilibus *ad tradita per Maſcard. de prob. Con-
cluſ. 974. n. 13. & per trentacinq. var. Reſ. 7. n. 17. de probat. Menocch.
de Arbitr. caſ. 91. n. 17. & 18.* vbi quod etiam in non modicis, ve-
riſimilibus tamen creditur. Sed magis etiam quia in iudicijs & in
actis pars petitis & productis non oppoſuit niſi fieri computa com-
2 penſari. Certum eſt autem quod parte non opponente etiam alias
non probantia probant adeo vt nec ſufficiat generalis appoſitio
*vt poſt Bart. Sacin. & alios docet Menocch. lib. 2. preſ. 46. n. 29. Ferẽ-
3 till. ad Buratt. Dec. centeſima n. 26. & 28.* Et in ſpecie quod licet ſcrip-
tura priuata non probet, ſi tamen pars contra quam producitur nõ
opponat, plenam fidem faciat ex taciturnitate partis & calore Iudi-
cij, *dixerunt Bald. in leg. ſi ex cautione in 4 queſ. C. de non num. pec. Alex.
conſ. 183. in fine lib. 2 Crauett. de Antiq. temp. p. p. n. 23. Menoch. lib. 2.
preſ. 46. n. p. & ſeq.* vbi quam plura ſimilia congerit & addit rationẽ
quoniam tacens in iudicio habetur omnino pro conſenſiente *Surd.
Dec. 199. n. 8. Buratt. Dec. 347. n. 6. & 7.* vbi quod procedit etiam ſi
ſcriptura nõ ſit recognita & quod idem obtinet in exemplo ſeu co-
pia ſcripturę *Rot. Dec. p. n. 27. & 28. par. 5. diuerſ. ſeu nouiſsimarum*
4 vbi de ſcriptura in formi. Ita licet ſolemnitas extrinſeca regulari-
ter non pręſumatur, attamen parte non opponente pręſumitur *Iaſ.
in leg. ſciendum n. 15. ff. de verb. oblig. Matteſilan. ſing. 12. Felin. in cap.
ſicut n. 28. de Sent. & Re iudic. poſt alios Menocch. de preſ. lib. 2. preſ. 46.
5 n. 6 & lib. 3. preſ 32. n. 35.* Ita licet nemo poſsit eſſe Iudex in cau-
ſa in qua ſemel iudicauit, attamen parte non opponente poteſt *ad*

rex.in cap.accepta 35 de Appell.Surd.conſ.461. n. 10. lib.4. Gratian. poſt
6 alios diſcept.4.n.19. & ſeq. Ita defectus iuriſdictionis ceſſat parte non opponente vt probat poſt alios Menocch. de lib. 2.praeſ. 46.n.21. vſque ad 24. intelligendo tamen vt declarat. Gratian. Diſcep.170.n.27. quando non agitur de tribuenda noua iuriſdictione quod partes non poſſunt.
7 Ita licet in omni iudicio ſit ante omnia legitimanda perſona, attamẽ parte non opponẽte iudicium ſaltem executiuum procedit non obſtante defectu legitimationis predictę ex late traditis a Beltram. ad Lud. Dec. 264. n. 5. & 6. Ita dilationes iudiciales petitę, omiſſæ nõ vitiant gl. in leg. vniuerſa in verb. prabeatur C. de prec. Imper. offer. & ibi Caſtren.n.7.in fine Marſil.in prax.Crimin.§.nunc videndum n.4 &
9 5.Amat.Dec.Fer.56.n.p. Sic Acta coram vno Iudice vel Auditorę nõ probant coram alio regulariter & tamen parte non opponẽte probant Put. Dec. 240. in fine lib. 3. & Dec. 470. lib. 2. Ludou. Dec.369.
10 n. 3. Demum parte non opponente Defectus etiam actionis non vitiat ſententiam ſaltem quando iudici non conſtat aliunde, Agentiius non competere vt poſt Bart. Alex Soc. Iaſ. & alios ſenſit. Cravetta conſ.191.n.p.& conſ.220.n.p.Gabriel cõcluſ. 8.per tot. de ſent. Buratt.dec.151.n.4. quẽ tamẽ vide n. 3. referentẽ pro cõtraria longe plures.
11 Preterea conuentus oppoſuerat compenſationem ex qua reſultat confeſſio Debiti quia qui vult compenſare neceſſario ſupponit debitum de pręſenti ſubeſſe vt poſt Butrig. Aretin. & Bald.probat Surd.
12 dec. 24.n.5.& ſeq.quamuis alias Regulariter excipiens de pacto de non petendo de pręſcriptione ac etiam de ſolutione non videatur debitum fateri quia ſupponit debitum extitiſſe quidem ſed non extare ad tradita per Doctores in leg exceptionem C. de prob. & in leg. Decem.ff. de verb. oblig & per Nattam conſ. 28. n. 8.

ARGVMENTVM.

Appellatio prohibita Reo an & quando prohibita cenſeatur etiam Actori.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula iuramenti & pactum de non appellando ex Sta. Fer. impediunt appellationem etiam ex capite nullitatis vel iniquitatis notoriæ.*
2 *Regulariter quãdo Reo prohibetur Appellatio prohibita cenſetur etiã actori & vni ex partibus permiſſa, permittitur etiam alteri.*
3 *Condemnatus ad ſoluendas penſiones Domus non appellat ex Stat.Fer.*
4 *Licet debitor non poſſit appellare quando pronunciatur pro Inſtrumento*

cum

cum Clauſula iuramenti & pacto de non appellando; Creditor tamen poteſt appellare ſi contra Inſtrumentum pronuncietur.

5 *Debitor condemnatus vigore obligationis Cameralis non appellat, creditor autem appellat, ſi debitor abſoluatur.*

6 *A ſententia lata pro hęrede vigore Statuti continuatiui non appellatur; ſi vero lata ſit contra hæredem, appellatur.*

7 *Idem eſt in Remedio legis fin. C. de edic. Diui* Hadrian. *tollen.*

8 *Condemnatus ad Dotem non appellat, ſed ſi Reus abſoluatur a Dote petita, agens appellat.*

9 *A ſententia lata pro Alimentis non appellatur, ſecus ſi aduerſus alimenta feratur.*

10 *Species Derogat generi.*

Inducta in fauorem non debent in odium retorqueri.

Leges legibus concordantur. vna pars Statuti aliam declarat.

Diſtinguentibus magis creditur.

11 *Regula quod prohibita appellatio Reo, cenſeatur prohibita etiam actori procedit quando non eſt diuerſa ratio.*

12 *Clauſula Appellatione Remota in Cõmiſſione cauſę afficit actorẽ & Reũ.*

13 *Appellatio Actoris in effectu habet ſolum effectum Deuolutiuum.*

DECISIO XXXI.

FIlippus Martinus tanquam Creditor in lib. 15 *1.* Hipoliti Bui ex cauſa penſionum Apotecę ei locatę petijt corã D. Loc. grauari Barbaram eius vxorem & hęredem quæ fuit a petitis abſoluta vnde Filippus appellauit ad me tanquã Rotæ Pretorem inſtans aſſignari terminum ad probandũ Barbara vero inſtabat pronunciari appellationẽ nõ deuoluere &

1 Primo pro ea adducebatur pactũ de non Appellando in Inſtrumẽto locationis appoſitum cum Clauſula iuramenti, quę ſimul iuncta impediunt appellationem etiam ex capite nullitatis vel iniquitatis no-

2 torię *ita diſponente Stat. Fer. lib. 2. cap. 71. in fine.* Secundo quod ex Diſpoſitione iuris communis quando Reo prohibita eſt Appellatio, prohibita cenſetur etiam actori *ad tex. in cap. 2. de mut. petit. Dec. in leg. non debet actori 41. ff. de Reg. Iur. Marſil. ſing. 389. Rot. Dec. 529. n. 3. p. 2. Diuerſ. & coram Buratt. Dec. 40. n. 5:* ſicut etiam appellatio vni ex partibus permiſſa permittitur etiã alteri *vt per Buratt d. Dec. 40. n. 5. & Dec. 94. n. 7. & per Beltram. qui affert. plura ſimilia ad Ludou. Dec. 581. n. 7. & ſeq.* In caſu autem pręſenti erat appellatio prohibi-

3 ta Reo non ſolum ex pacto iuratọ de nõ appellando vt ſup. ſed etiã

ex

ex quo agebatur de penſionibus Domus *attento Stat. lib. 2. cap. 34.*
His tamen non obſtantibus credidi appellationem eſſe admittendam, motus.
Primo ex Diſpoſitione Stat. *lib. 2. cap. 20.* tit. de modo procedendi
quando de Debito apparet per publicum Inſtrumētum & cuius vi-
gore actum fuerat nam in verſ. ſi autem contigerit expreſſe diſponi-
4 tur quod ſi pronuncietur contra Inſtrumentum, creditori liceat ap-
pellare, licet ſecus eſſet ſi pro inſtrumēto fuiſſet pronunciatū prout
paulo ante diſpoſitum legitur.
5 Secundo quia de iure communi habemus in ſimili quod licet debi-
tor condemnatus non poſſit appellare aduerſus exequtionem rela-
xatam vigore obligationis Cameralis, ſi tamen fuerit ipſe debitor
abſolutus & ſic vulnerata fuerit obligatio Cameralis, poterit Cre-
ditor appellare *Scaccia de Ap. q. 17. lim. 9. n. 50. vbi quod abſque contro-
uerſia ita ſeruatur Beltram. ad Ludou. Dec. 581. n. 10.* Sic etiam licet
6 Aduerſus ſententiam latam pro herede vigore Statuti continuati-
ui, non poſſit aduerſarius appellare, ſi tamen fuerit pro eo lata ſen-
tentia, aduerſus Statutū & heredem, poteſt heres appellare *Tiraq.
7 in tract. Le mort. Saiſ. le vif. p. 6. Decl. 6. n. p. & 3.* Sic Aduerſus im-
miſſionem heredi conceſſam vigore *leg. fin. C. de edic. Diu. Hadr. toll.*
non appellatur, & tamen ſi pronuncietur aduerſus heredē, appella-
tur. *Ang. in leg. quis quis n. 3. ff. quorū appell. non recip. Lancell. de Att. p.
3. cap. 28. n. 88. & 89. vbi affert. alia duo ſimilia Scaccia de Ap. q. 17. lim.
9. n. 18. verſ. confirmatur & prius lim. 7. n. 19 & ſeq. Buratt. Dec. 22. n.
8 12. & 13.* Ita licet a ſententia lata pro Dote, condemnatus non ap-
pellet, appellatur tamen ab Abſolutiua lata cōtra Dotem & aduer-
ſus agentem pro Dote *Bald. nou. in trac. de Dote par. 9. priuileg. 1. 8. 3.
Surd. de Aliment. tit. 8. priuil. 60. n. 25. Scaccia de Appell. q. 17. lim. 8. n. 7.*
9 Ita etiam quamuis a ſententia lata in cauſa Alimentorum videlicet
in quaquis ad alimenta miniſtranda condemnatur, is non appellet,
ſi tamē a petitis alimentis abſoluatur Reus, actor poterit appellare
*Ang. in leg. fin n. p. ff. de ap. Recip. Contard. in leg. vnic. limit. 17. n. 19. C. ſi
de moment. poſſ. Surd. de Alimen. tit. 8. priuil. 80. n. 24. 25. & 33. Scaccia
de Appell. q. 17. limit. 7. n. 19. Buratt. Dec. 22. n. 14.*
Non obſtat primum obiectum deſumptum ex Statuto *lib. 2. cap. 61.*
nam Reſpōdetur quod cum Statutū illud ſimpliciter & generaliter
loquatur, eſt intelligendum ſecundum declarationem alterius Sta-
10 tuti *lib. 2. cap. 20.* quod in ſpecie & diſtinguendo loquitur nā ſicut

Ff leges,

leges, legibus concordantur *leg.p.C.de Inoff.teſt.& not.in §.fin Auth. de exhiben. Reis* Ita vna pars Statuti, aliam Declarat *ad tradita in leg. non eſt nouum ff.De legib. Maſcard.de Interp. Stat. concluſ. 2.n.* 110. *& ſeq.* & ſpecies derogat generi *leg.in toto iure ff.de Reg.Iur.* Et in dubio magis creditur diſtinguentibus quã ſimpliciter loquentibus *ad tradita per Salicet. in leg.filiæ n.2. C.fam.ercix. Ceuall.com.con.com. in præfat. num.* 17.

Et confert ad hoc ratio nam pactum de non appellando licet ſimpliciter deſcriptum in Inſtrumento, videtur tamen appoſitũ ad fauorem creditoris, vnde non debet in eius damnum retorqueri *leg. quod fauore C. de leg. cap. quod ob gratiam de Reg. Iur. in ſex.* prçtereà cũ mulier negauerit ſe eſſe hçredem, viri non poteſt iuuari inſtrumento celebrato cum viro & ſic non poteſt allegare pactum de non appellando licet eſſet reciproce deſcriptum in Inſtrumento quia non niſi contrahentibus vel habẽtibus cauſam ab eis prodeſſe vel obeſſe, poteſt *ad tex. in leg. p. cum ſeq. C. Reſ. int. alios act. & in leg. 2. C. quib. Reſ Iudic. non nocet*, ibi nec præiudicium nec emolumentum Non obſtat. Secundum obiectum deſumptum ex iure cõmuni quo-
11 niam procedit quando non eſt diuerſa ratio inter Actorem & Reũ vt docent *Dec. in leg. non debet actori ff. de Reg. Iur. & Dyn. in cap. nõ licet actori de Reg. Iur. in ſex. & melius Felin. in probem. Decretalium n.* 10. *& ſenſit Buratt. d. Dec.* 94. *n.* 7. *& ita etiam procedit tex.*
12 *in d. cap. 2. de mut. petiti.* vbi ponitur caſus in Commiſsione facta cum Clauſula appellatione Remota quæ pariter afficit Actorem & Reum, quoniam par eſt ratio vtriuſquæ *Ita Reſpondet etiam Scaccia de Appell.q.17.limit 9.n 58.verſ.His non obſtantibus* At hoc in caſu lõge diſpar eſt Ratio, nam creditor habet Inſtrumentum pro ſe, Debitor illud habet contra ſe, vnde nil mirum ſi poteſt ille appellare
13 & non hic. Reſpondetur etiam quod appellatio actoris habet in effectu ſolum effectum deuolutiuum ad quem effectum appellare poteſt etiam Reus vnde Re bene perpenſa, ceſsat inæqualitas *& bene declarat Scaccia de Appell.d.q.17.limit.7.n.27.*

ARGVMENTVM.

Quando ſit locus Statuto de duabus Conformibus vel Clem. vt Calumnijs de Re Iudic.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens appellationem tanquam Deciſorium non ligat forenſem & in ſpecie Statutum Ferrariæ.*

2 *Conceſſo conſequenti, videtur concedi omne neceſſarium Antecedens.*

Habitans in loco præſumitur Ciuis eiuſdem loci.

3 *Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.*

4 *Non ſufficit præſumptio vbi requiritur Probatio.*

5 *Ciuis ex priuilegio æquiparatur originario.*

6 *Clem. vt Calumnijs intelligitur de Sententijs validis & Iuſtis.*

Idem in Statuto de duabus Conformibus.

7 *Onus probandi Iniuſtitiam Sententiarum ſpectat ad petentē Reſtitutionē.*

8 *Non obtinet aduerſus rem Iudicatam qui non docet de notoria ſententiarum Iniuſtitia vel nullitate.*

Plures Doctores ſenſiunt nec notoriam ſufficere.

Diſtinguitur notorietas ab iniuſtitia tanquam qualitas a ſubiecto.

9 *Notoria Iniuſtitia quæ dicatur.*

Sententia contra Ius litigatoris ſi non ſit contra Ius conſtitutionis, tranſit in Iudicatum.

10 *Ex Diſp. St. Fer. nec etiā notoria nullitas vel Iniuſtitia admittitur contra duas conformes ad effectum retardandi earum exequtionem.*

11 *An lex vel Statutum reiciens ſimpliciter exceptionem nullitatis vel Iniuſtitiæ, intelligatur etiā de notoria, & quid ſi etiā notoriā reiciat, & n. ſeq.*

12 *In Claris non eſt opus coniecturis.*

Non de lege ſed ſecundum legem eſt iudicandum.

13 *Emptor Rei fructiferę tenetur ad fructus compenſatiuos pro rata pretij nō ſoluti etiam de Iure Canonico etiam ſi ex parte ſua venditor non adimpleret vel recepiſſet ſortem ſine præſeruatione fructuum.*

Idem eſt in venditore pro rata pretij ſoluti & Re non habita.

DECISIO XXXII.

SEreniſſimus Dux Mutinæ obtinuit per duas conformes condemnari D. Antonium Tubertinum ad ſoluendos fructus compenſatiuos ex bonis emptis iuxta liquidationem in exequtione faciendam Appellante Tubertino & Commiſſa mihi cauſa de partiū conſenſu cum clauſula Conſtito quod ſit locus Statuto de duabus exequatur, ſin minus causā Appellationis cognoſ-
1 cat Dicebatur quod Tubertinus tanquam Bononienſis non ligabatur Statuto Ferrariæ de duab. conformibus tanquam Deciſorio *Bertazzol conſ. crim. 19. n. 2. Cephal. conſ. 263. n. 30. & prius conſ. 171. n. 2. lib. 2. Maſcard. de Interp. Stat. concluſ. 6. n. 197. & concl. 7. n. 77. & in Statuto Ferrariæ fuit dictum coram Buratto in Ferrarien pecuniaria Dec. 40. per tot.*

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondebatur quod cum Tubertinus poſſideret in Territorio Fer-
rarienſi bona ſtabilia de quorum fructibus agebatur quæ non po-
tuiſſet licite poſſidere niſi foret Ciuis Ferrariæ *attento Statuto lib. 2.*
2 *cap.98.* videbatur ex poſſeſſione prædicta ſatis argui poſſe Ciuilitas
quaſi neceſſarium antecedens *ad tex. in leg. Ad Rem mobilem ff. de
proc. & in cap. quoniam de ſent. excom. Euerard. in loco a conceſſione con-
ſequentis Amat. dec. fer. 59. n. 29. ſub finem* ibi Cum bona in territorio
poſsiderent & in princ. vbi etiam quod habitãs in loco præſumitur
Ciuis allius loci *& probat Alciat. de præſ. Reg. 2. præſ. 15. Maſcard. de
prob. concluſ. 295. n. p. Menoch. lib. 6. præſ. 30. n. 4.*
Sed huiuſmodi probatio viſa eſt mihi præſumptiua potius quã con-
cludens quia potuit Tubertinus vel poſsidere de facto vel poſsidere
in confinibus controuerſis vulgo Interim Appellatis in quibus id li-
cet etiam forenſi, vel poſsidere cum licentia Iudicis ſapientũ Fer-
rariæ vt Statutum ipſum permittit vel poſsidere alias tanquam diſ-
penſatus & non tanquam Ciuis natus vel creatus, vnde. obſtabat
3 ei regula illa non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe *leg.
neque natales leg. matrem C. de prob. cap. in præſentia de prob. leg. nam hoc*
4 *C. vnde cognat.* & alia quod non ſufficit præſumptio vbi requiritur
probatio præſertim quando ſumus in materia quæ poſsit aliunde
quam per præſumptiones probari *Bart. in leg. Lucius ff. de cond. &
Dem. qui adducit argumentum ex diuerſitate titulorũ de præſum. & prob.
Felin in Rub. de probat. in princ. & n. 3. Dec. ibid. n. 166. & ſeq. Maſ-
card. de Interp. Statut. concluſ. 4. n. 42. & 46. Buratt. Dec. 763. n. 7.*
Et hæc quo ad poſſeſsionem ſtabilium, habitatio autem non conſta-
bat Ideo fuit exhibitum in Authentica forma priuilegium Ciuilita-
5 tis quod ſubſtulit difficultatem quoniam Ciuis ex priuilegio iuua-
tur & ligatur Statutis non ſecus ac originarius ſaltem quando Sta-
bilia poſsidet & onera ſuſtinet *Maſcard. de Interp. Stat. Concluſ. 6. n
188. Gratian. diſcept. 709. n. 16. 18. & 28. Dixi plenius ſup. Dec. 27.
n. 12. & ſeq.*
6 Et quamuis dici ſoleat quod Clem. vt Calumnijs de Re Iudicata
denegans appellationem a tribus conformibus, intelligi debeat de
ſententijs validis & Iuſtis *ad tex. in leg. 4 §. cõdemnatum ff. de Re Iudic.
Mareſcott. var. Reſol. lib. p. cap. 36 n. 3. Seraph. Dec. 1123. n. 6.
& fuit dictum in Ferrarien. Dotis coram Vbaldo Iuniore 26. Iunij 1628.
vt refert. Ferentill. ad Buratt. Dec. 567. n. 7.* loquens etiam in com-
miſsione cum Clauſula conſtito de tribus cõformibus & idem for-

tius dicatur in Statuto de duabus & in commiſſione cum Clauſula conſtito de duabus conformibus *Vitalin.in Clem.p.de Re Iudic.n.109. Gratian.Diſcept.691.n.27.Coccin.Dec.294.n.p.Ferentill.ad Buratt.d. Dec.567.n.6.qui refert. deciſum in Ferrarien. attentatorum* 14. *Martij* 1629. *coram Durano*. Senſus tamen non videtur quod tribus ſentẽtijs de iure cõmuni vel duabus ex forma Statuti non debeatur exequtio niſi probentur validæ & iuſtæ quia ſic Regula eſſet contra ſẽtentias & is qui eas habet pro ſe, cogeretur probare earum Iuſtitiã & validitatem quod nõ videtur conſonum ſed verius videtur quod debeatur exequtio ſententijs prædictis niſi probentur iniuſtæ vel inualidæ & ſic Regula eſt pro ſententijs & onus probandi nullitatẽ vel iniuſtitiam ſpectabit ad Reum & ad eum qui ſententias impu-
7 gnat & ſic ad appellantẽ quemadmodum onus probandi iniuſtitiã ſententiarum ſpectat ad petentem Reſtitutionem in integrum aduerſus eas cum is ſuſtineat vices actoris *Buratt.Dec.130.n.4.& Dec.*
8 *251.n.p* Immo non ſatisfacit neque obtinere debet appellans aduerſus Rem Iudicatam ſi nullitatem probauerit vel iniuſtitiam niſi ſit euidens & notoria *ad tradita per Gab. Concluſ.p. de exeq. Rei Iudic. n.8.* vbi refert etiam viginti Doctores tenentes requiri notoriam & ſeptem alios ſentientes nec notoriam ſufficere (*Maſcard de prob. Concluſ.1110.ſub finem* vbi quod diſtinguitur iniuſtitia a notorietate tanquam ſubiectum a qualitate *Scaccia de Appell. q 17.limit.p.n. 69.& 62.Maſtrill, Dec.158.a n.25.vſq; ad fin. Ludou. Dec.501.n. 6.Buratt.Dec.251.n 5.& 6.* vbi quod debet prius conſtare de iniu-
9 ſtitia deinde de notorietate. Notoria autem nullitas vel iniuſtitia dicitur quæ nullam omnino facti vel iuris diſputationem admittit *Rip.in leg.4.§.condemnatum ff.de Re Iudic.Honded.conſ.27.n.42 lib. p.Gab.concluſ.p.de exeq.Rei Iudic.n.9.& concluſ.10.de ſent.n.2.4. & 5.* vbi quod ſecundum magis communem non dicitur notorium quod ſolum reſultat ex actis niſi reſultet ex ſentẽtia ſaltem ad effectum annullandi eam ipſo iure *facit tex.in cap. cum inter de Re Iudic.* vbi ſententia etiam vnica quæ tranſitum fecit in iudicatum nõ reſcinditur licet ſit contra ius litigatoris, dummodo non ſit contra ius conſtitutionis & de notorietate *dixi plenius ſup.dec 4 n.17.& ſeq.* ſed quod plus eſt nec etiam notoria nullitas vel iniuſtitia ſuſpendit exequtionem duarum conformium in terminis Statuti Fer. *lib.2.*
10 *cap.66.*quoniam expreſſe prohibet appellationẽ ſuſpẽſiuam etiam ex capite cuiuſqunque notoriæ nullitatis vel iniquitatis vel minoris

ætatis vel etiã denunciationis Euangelicæ & diſponit vt exceptionibus non attentis indilate ad exequtionem procedatur *vt fuit ſeruatum coram Amat Dec. Fer. 43. n. 3.* Neque obſtãt *Bald Salicet & alij adducti per Ruin. coſ. 131. n. 13. lib. 4. & per Rim. Iun. conſ 91. n. 2. & conſ. 139. n. 11. & per Maſcard. de interpr Stat. concluſ. 4. n. 17. & per Maſtrill. Dec. 157. n. 19.* quia ſolum firmant, legem vel Statutum

11 ſi Reiciat Iniuſtitiæ vel nullitatis exceptionem & tribuat exequtionem Sententijs ſiue iuſtæ ſiue iniuſtæ ſint & ſiue validæ ſiue inualidæ, non intelligi de nullitate vel iniuſtitia notoria, quod tamen non caret difficultate *ex traditis per Gab. concluſ. p. de exeq. Rei Iudic. n. 8.* Nos autem verſamur in Statuto quod expreſſe reicit etiam no-

12 toriam vnde ceſſare videtur diſputatio cum in claris non ſit opus coniecturis *leg. continuus ff. de verb. oblig.* & non de lege ſed ſecundũ legem ſit iudicandum *cap. erit autem lex. 4. Diſt* Licet quod in terminis ſtatuti Ferrariæ non intelligatur Reiecta nullitas notoria ex defectu iuriſdictionis *defendat Cephal. conſ. 708 n. 2. & ſeq.* & quod in terminis eiuſdem ſtatuti non intelligatur Reiecta notoria nullitas ex defectu citationis *ſenſerit Paſcet. conſ. 128. n. 25.* ſed hoc in caſu ceſſabat omnis ſcrupulus quoniam ſentẽtiæ iuſtificabantur ex

13 actis *& ex caſu leg. Curabit C. de act. em. empt.* ex cuius diſpoſitione tenetur emptor ſoluere fructus compenſatiuos pro rata pretij non ſoluti idque procedit etiam de iure canonico *gl. in cap. conqueſtus in verb. de feudo de vſur. quam ſequitur Abb. ibi n. 8. Gab. concluſ 4. n. 5. de empt. & vendit Affici Dec. 20. n. 4. Riccius Collect. 199. Lud. Dec. 347. n. 3. & Dec. 297. n. 2. & ibi Beltram n. 12.* vbi ampliatur licet venditor ex parte ſua non adimpleſſet. *Idem Beltram. ad eumd. Ludou. Dec 156. n. 13.* vbi ampliat quod per receptionem ſortis ſine præſeruatione non ſit præiudicim frutibus cõpenſatiuis & quod ecõtra debeantur etiam venditori pro rata ſoluti pretij Re non habita *comprobat idem Lud. Dec. 347. n. 7. & 18. vbi Beltram.* vnde ex prædictis credidi exequendas eſſe ſententias.

ARGVMENTVM.

Quis ſit effectus Rei Iudicatę. Exceptio Diſcuſſionis, legitimationis, liquidationis quando attendantur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Diffinitiua ex Sta. Fer. poſt quinque dies tranſit in iudicatum parte non appellante.* 1

2 *Res Iudicata pro veritate habetur.*

Fa.

Facit de Albo nigrum & de Indebito debitum & n. 3. & 15.

3 *Modica mora non reputatur mora: Fallit vt ibi.*

4 *Iudex non debet eſſe mitior lege & debet ſubtilitatem iuris attendere.*

5 *In omni iudicio eſt ligitimanda perſona.*

6 *Ante quam conueniatur principalis precedere debet diſcuſſio fideiuſſoris qui tamen poteſt huic beneficio renunciare de iure communi non autem ex for. St. Fer.*

7 *Ante liquidationem nec etiam Res iudicata habere poteſt exequtionem.*

8 *Sententia an & quando pro parte poſſit exequtioni demandari.*

9 *Sententia quæ non iuſtificatur ex actis quando tranſeat vel non in Rem iudicatam.*

10 *Iudicium ſaltem exequtiuum ſuſtinetur non legitimata perſona, parte non opponente.*

11 *In fideiuſſione Iudiciali non videtur requiri diſcuſſio principalis.*

12 *Sententia lata contra principalem poteſt exequi contra fideiuſſorē Iudicij.*

13 *Exceptio Diſcuſſionis debet opponi ante litem contextatam de Iure com. & Saltem ex St. Fer.*

14 *Quando in genere de debito conſtat an ſufficiat Depoſitum modicum cum oblatione Reſidui.*

Liquidatio quando & quomodo ſit facienda:

15 *Defectus probationis an & quando reddat ſententiam nullā vel iniuſtā.*

16 *Rota Romana non attendit Res iudicatas quando conſtat de iniuſtitia etiā non notoria ſententiarum & quomodo id procedat n. 19.*

17 *Iniuſtitia etiam non notoria ſufficit ad obtinendam Reſtitutionem in integrum.*

18 *In Re Iudicata ex vnica Sententia. Signatura non reſcribit cū Clauſula parito & Rota reſpondere ſolet pro Arbitrio.*

19 *Differt Iniuſtitia a notorietate tanquam ſubiectum a qualitate.*

DECISIO XXXIII.

Vitta de fano hebreus tāquam Creditor Iacobi & Cæſaris hæredum Iulij Vulpij in ſumma ſcutorum centum ex cauſa fideiuſſionis de ſtādo iuri præſtita pro Io. *Maria* Vulpio penes quem fuerat ſequeſtratum frumentum Gaſparis Barbiani Debitoris principalis ex pretio rerum de quibus in inſtrumento & grauamine, obtinuit a D. Loc. grauari prædictos Iacobum & Cæſarem pro ſumma petita & pro expenſis ſub, die 9. octobris 1638. fuit fa-

cta

cta notificatio Decreti Appellatio autem interpoſita die *16.* eiuſd. Menſis & anni vnde Commiſſa mihi Cauſa cum Clauſula Conſtito
1 de Re Iudicata exequatur Dicebatur cõſtare ex quo fuerat appellatum poſt quinque dies & ſic poſt tempus *a Statuto præſcriptum lib.2*
2 *cap.6.de appellation.interponen.* Certum eſt autem quod Res Iudicata quo ad partes ipſas pro veritate habetur *leg. Res iudicata ff.de Reg.Iur. leg. ingenuum ff. de St. hom. Coccin. Dec. 263.n.4. Gab. concluſ. 4. n. 14. de ſentent.* Et facit de Albo, nigrum & de indebito debitum *Maſcard.*
3 *de prob. concluſ. 1316.n.14. Buratt, Dec.26.n.8* Et quamuis appellatum ſit ſexta die & ſic mora fuerit vnius diei & dici poſſit quod non ſit magnum damnum in mora modici temporis *vt dicitur in leg. ſi debitori ff. de Iudic.* Immo quod parua mora nõ ſit mora *vt poſt Salicet dixit Tiraquell. de Retract. lignagg. §. 8. gl. 2. n. 9.*, illa tamen procedere poſſunt in his quæ concernunt priuatum partis intereſſe non in ijs quæ inducta ſunt ad rigorem iuris publici conſeruandum in quibus nec Ruſtico ſuccurritur *vt dixi ſup. Dec. 25. n. 6.* & in qui-
4 bus Iudex nec debet nec poteſt eſſe mitior lege *§. oportet Auth. de Iudic. Menocch de Arbitr. Iudic. quæſt. 96. n. 15*, cum regulariter mitius agi ſoleat cum lege quam cum homine *leg. Celſus ff. de Arbitr. & cõfert. ad hoc tex. ex græco in leg. ſubtilitatem 11. C. de Iudic*, vbi monetur Iudex vt ſubtilitatem iuris curæ habeat, cætera præter ius attendat à principe, ius autem non ſolum ciuile ſed & canonicum non appellantem tempore debito reputat pro ſero appellante immo pro non appellante *ad tex. in cap. biduum 2. q. 6, gl. in cap. cum in veteri in verb. Requiſitum de electiõ.*

Primo autem dicebatur pro Vulpijs non cõſtare ipſos eſſe hæredes
5 fideiuſſoris & tamen cum conuenirentur vt tales, tales erant etiam probandi cum in omni Iudicio ſit legitimanda perſona *leg. non ignoras C. qui accuſ. non poſſ. Bart. in leg. 2. in fine C. de Edic. diu.* Hadr. toll. *Iaſ. in Rub. C. qui admitt. n. p. Vant. de nullit. ex defect. inhabili nu. 3. Ludou.* Dec. 264. *n. 2.*
6 Secundo quod ante omnia facienda erat Diſcuſſio principalis debitoris tam de iure com. *Auth. præſente C. de fideiuſſ. Gab. concluſ. p. de fideiuſ. n. p. Amat. Dec. Fer. 34. n. p. & ſeq.* vbi quod ſapit æquitatẽ & eſt iuris naturalis, quam etiam ex for *St. Fer. lib. 2. cap. 14.* quod alterat etiam ius commune in eo quod diſponit non poſſe per fideiuſſorem huic beneficio renunciari, quod de iure com. fieri poteſt *gl. in Auth. Hoc ita C. de duob. Re.s & poſt Ang. tradit Oinot. in §. ſi plures*

res Inſt. tit. de fideiuſſor. n. 10. *& facit tex. in leg. ſi quis in conſcribendo C. de pact. Gab. de fideiuſ. concluſ. p. n.* 87. *& ſeq.* vbi quod ad hoc ſufficit generalis Renunciatio omni iurium & legum Auxilio.
Tertio quod præcedere debebat liquidatio nam fideiuſſio fuit præ-
7 ſtita pro valore frumenti ſequeſtrati & non aliter vnde liquidanda erat quantitas frumenti & pretij *ad tex. in cap. graue* 11. *q.* 3. *& in leg. nimis propere quæ eſt p. C. de exeq. Rei Iudic. Bald. conſ.* 99. *n. p. lib.* 5. *Dec. conſ.* 322. *n.* 3. *Ludou. Dec.* 224. *n. p & Dec.* 545. *n.* 7. *Amut. Dec. Fer.* 11. *n.* 3. *& Dec.* 6. *n.* 54. vbi quod nec etiam Res Iudicata, habere poteſt exequtionem ante liquidationem. Et cum ſen-
8 tentia ſit indiuidua *leg. in hoc iudicio ff. fam. erciſcund. cap. Rainutius de teſtam. & dixi ſup. Dec.* 27. *n.* 2. *& ſeq.* non poteſt exequtioni demãdari pro parte & pro parte non *Rot. Dec.* 221. *n. p. & Dec.* 315. *n.* 5. *par.* 2. *diuerſ. Oſaſch. Dec.* 129. *n.* 15. *Buratt. Dec.* 177. *num.* 5. *& eſt Ferrarien. Dotis* quando ſcilicet ſententia non continet capita diſtincta ſed eſt ſub vnica verborum ſtructura concepta prout erat ſupradicta.
9 Vltimo dicebatur quod ſententia quæ non iuſtificatur ex actis tanquam notorie iniuſta & nulla numquam tranſit in iudicatum *Rot. Dec.* 260. *n.* 7. *par. p. Recens. & Dec* 594. *n.* 4. *par.* 2. *Recens. Ludou. Dec. p. n.* 6. *Buratt. Dec.* 169. *n.* 3. *& Dec.* 458. *n.* 7. *& prius Dec.* 251 *n.* 3. vbi quod procedit etiam ſi ſe ad acta non referat. & n. 14. vbi quod ſaltem quando non iuſtificatur ex alijs.
10 Sed ad primum fuit dictum quod cum in prima inſtantia non fuiſſet oppoſita legitimatio perſonæ, iudicium ſaltem exequtiuum etiã non legitimata perſona ſuſtinetur parte nõ opponente *Rot. dec.* 307 *n.* 7. *par p. Recenſ. fuit firmatum in Ferrarien. bonorum* 30. *Martij* 1615. *coram Vbaldo, & coram Greg. dec.* 264. *n.* 6. *vbi Beltram. & prius dec.* 88. *n. p.* ſaltem quando adfuit contradictor *vt per Beltram. d. n.* 6.
11 Ad ſecundum dixi primo quod diſcuſſio a iure & a Statuto requiſita procedit in fideiuſsione conuentionali non autem in iudiciali cuiuſmodi erat illa de qua in cauſa *ad tradita per Bald. in leg. p. in* 2. *lect. ff. qui Sat. cog. & in leg. cum eorũ C. de ſent. & per adden. ad Deciſ. Toloſan.* 196. *verſ. item non habet locum & per Gab. d. concluſ. p. de fide-*
12 *iuſſ. n.* 86. Sic etiam ſententia lata contra principalem poteſt exequtioni demandari contra fideiuſſorem iudicij non citatum vel ſaltem ſi ne nouo proceſſu cum ſecus ſit in fideiuſſore cõtractus *ad tex. in leg. A ſententia ff. de Appell. & in leg. fin* §. *fin C. de vſur. Rei Iudic.*

Bart. in leg. p. ff. Iudic. ſolu. n. p. & 2. Seraph. in Romana Releuationis Indemnitatis Dec. 1477. n. 4. Secundo dixi quod cum prædicta ex-
13 ceptio Diſcuſſionis ſit Dilatoria, opponenda videbatur ante litem contextatam. *Bart. in leg. 3. ff. de except. n. 6. & post Doctores in Auth. præſente C. de fideiuſs. Oinot. in §. ſi plures inſt. tit. de fideiuſ. n. 14. vbi teſtatur de communi Guid. pap. Dec.* 570. *n. 6. licet contrariũ ſentiant allegati per Gab. d. concluſ. p. de fideiuſſ. n.* 9. Certum tamen eſt attenta expreſſa diſpoſitione Statuti prædicti ſub mediũ *& dixi Dec. 67. n. 18.* Ad tertium fuit dictum quod cum fundata eſſet intentio actoris aduerſus Reum quo ad ſubſtantiam debiti, videbatur contra eum relaxari potuiſſe grauamen pro quantitate petita, præſertim cũ Reus
14 ipſe non exhibuerit aliquam quantitatem vel frumenti vel pretij offerendo ſe ſoluturum reſiduum facta liquidatione *iuxta doctrinam Ang. de qua per Lancellott. de Attent. cap. 31. n. 57, & per Ludouiſ. Dec. 503. n. p. & 4.* vbi tamen *Beltram.* oſtendit ex ſententia Rotæ non ſufficere depoſitum cum oblatione quando de Debito, in genere conſtat. Accedebat quod liquidatio fieri poteſt etiam poſt ſententiam, dummodo ante exequtionem *Bart. in leg. 2. n. 2. & 5. C de ſent. quæ ſine cert. quant. Oſaſch. Dec. 129. n. 14. Ludou. Dec. 230. n. p. Buratt. Dec. 545. n. 4.* Immo quod in aliquibus caſibus exequtioni demandari poſſit ſententia abſque liquidatione *eſt Deciſio Cart. 15. n. 24 Giurba dec. 60. n. 17.* qui loquitur præſtita cautione vt ibi *Amat. Dec. Fer. 11. n. 6,* & omni in caſu liquidatio & æſtimatio nõ facta per partes, fieri poteſt Iudicis officio atque arbitrio *Bart. in leg. ſi quid ex Pamphila n. 3. ff. de leg. 2. & ibi Additio in litt. A. alios plures allegat. & alios refert Amat. Dec. Fer. 22. n. 5.* qui in puncto loquitur de frumento. Et prædicta magis procedebant ex quo in iudicio de Defectu huiuſmodi liquidationis, pars non oppoſuit *& huc pertinent quæ dixi Dec. 30. n. 3. & ſeq. & quæ mox dicam.*

Ad vltimum ergo Reſpondetur quod Defectus liquidationis qui eſt
15 in effectu Defectus plenæ probationis non reddit ſententiam iniuſtam ſaltem adeo vt impediat tranſitum in iudicatũ præſertim quãdo pars non oppoſuit iuxta opinionem Doctorum quos refert & ſequitur *Crauetta conſ. 191. n. p. & Buratt. Dec. 151. n. 4. Gabriel. concluſ. 8. de ſent.* vbi fortius loquitur in defectu actionis *& Dixi Dec. 30. n. 10.* Et quod omiſſio probationum non reddat ſententiam nullam parte non opponente *dixerunt Bart. & Bald. in leg. prolatam C. de ſent. Ant. de Butr. in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. Felin. in cap. inter cæ-*

L.. 2 *teras*

Digitized by Google

teras de Re Iud. & *plenius in cap. Eccleſia S. Maria de Conſtit. n. 23 in princ.* & *n. 24.* vbi quod maxime procedit quando fuit aliquid probatum & quando iudici non conſtat, agenti ius non competere vt dixit *Crauetta vbi ſup. Capic. Dec. p. n. 31. Afflict. Dec. 77. n. p.* vbi affert limitationes quæ tamen hunc caſum non percutiebant *videtur tex. in cap. Bertoldus de Re Iudic* & *facit tex. in leg. 2. C. de Re Iudic.* vbi quod ſi Res iudicatæ ſub prætextu computationis inſtaurentur, nullus erit litium finis & *tex. in leg. 4. C. eod.* vbi quod Res iudicatas ſub ſpecie inſtrumentorum etiam de nouo repertorum reſtaurari, exē-
16 plo graue eſt. Eſt verum quod Rota Romana ſicut alia ſuprema tribunalia non attendunt Res iudicatas quando conſtat de ſententiarum iniuſtitia etiam non notoria *Ceſ. de Graſs. Dec. 10. n. 12. de Re Iudic. Put. Dec. 407. lib. p. Ludou. Dec. 317. n. p.* & *2. Coccin. Dec. 294. n. p.* vbi denegata videtur eſſequtio in terminis Statuti de duabus conformibus ex iniuſtitia non notoria prout ita etiam dicitur ſufficere
17 Iniuſtitia etiam non notoria ſententiarum ad obtinendam Reſtitutionem in integrum *Beltram. ad Ludou. Dec. 459 nu. 11. Ferent. ad Buratt. Dec. 130. n. 14. Idem Buratt. Dec. 585. n. 11* & *prius Dec. 399. in princ.* vbi quod id quotidie Rota tenet, quod magis procedit quan-
18 do agitur de Re Iudicata ex vnica ſententia quo caſu ſignatura reſcribere non ſolet cū Clauſula parito & Rota ſolet pro Arbitrio reſpondere *Ludou. Dec. 361. n. p.* & *ibi Beltram. n. 24 Coccin. in Romana Molendini penes Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 247. Marta de Clauſul. p. p. Clau. 92.* ſed prædicta procedunt vt loqūtur in ſupremis tribunalibus, extra illa vero communis videtur Diſtinxio inter iniuſtitiam notoriam & non notoriam immo etiam in Rota videtur requiſita ſaltem notoria probatio *ad tradita per Beltram. ad Ludouiſ. Dec 459. n. 11.* & *per Buratt. Dec. 404. n. 2.* Et quod differat Iniuſti-
19 tia a notorietate tanquam ſubiectum a qualitate *dixit Maſcard. de probat Concluſ. 1110. in fine, ſenſit Buratt. Dec. 251. n. 1.* vbi quod prius conſtare debet de iniuſtitia deinde de notorietate ad effectum de quo ibi & *dixi ego ad hoc alia ſup. Dec. 4. nu. 15.* & *ſeq.* Immo quod nec etiam notoria iniuſtitia ſufficiat ad impediendam exequtionē Rei Iudicatæ *ſenſerunt Butr. Imol. Rom. Alex.* & *alij relati per Gab. Concluſ. p. de exeq. Rei Iudic. n. 8.* Sed hoc in caſu credidi non conſtare de aliqua iniuſtitia etiam non notoria Ideo exequtionem decreui ſed non relaxaui quoniam partes concordarunt.

AR-

ARGVMENTVM.

A liquidatione Ab exequtione. A taxatione quando & quomodo detur Appellatio. Data a ſponſo vel a marito ſponſæ vel vxori quando & quomodo repetantur.

SVMMARIVM.

1 *A liquidatione datur Appellatio etiam ſi alias materia eſſet exequtiua.*

2 *Debet tamen appellari cum expreſſione cauſæ exceſſus.*

3 *Ab exequtione non datur appellatio ſed ab exceſſu ſemel datur. Idem in Correctione.*

4 *Ab exceſſiua expenſarum taxatione ſemel poteſt appellari cum expreſſione tamen cauſa.*

5 *Quando de ſubſtantia Crediti conſtat maxime ex partis confeſſione, quo ad quantitatem creditur iuramento Creditoris.*

6 *In liquidatione ſufficiunt leuiores probationes.*

7 *Intereſſe non liquidatur ex partis aſſertione Et quid ſtante pacto vel Statuto.*

8 *Semiplena probatio ſufficit ad deferendum iuramentum.*

9 *Data ob cauſam, cauſa non ſequta repetuntur.*

10 *Quando Cauſa finalis redit ad non cauſam, ceſſat effectus. Cauſa actus magis quam actus attenditur.*

11 *Res tradita intuitu matrimonij licet æſtimata, repetitur nuptijs nō ſequtis*

12 *Munera miſſa etiam ſub titulo donationis intuitu matrimonij, poſtea nō ſequti repetuntuntur in totum ab eo per quem non ſtetit. Si vero oſculum interuenit, ſponſa lucratur medietatem.*

13 *Vxori localia quotidiana cenſentur donata, feſtiua vero & pratioſiora, ad vſum conceſſa videntur.*

14 *Legatū Dotis ab extraneo factū cenſetur conditionale ſi nuptiæ ſequūtur.*

15 *Dotis ſtipulatio habet annexam, tacitam nuptiarum conditionem.*

16 *Matrimonium poteſt eſſe ſine dote ſed non Dos ſine matrimonio.*

17 *Matrimonium non debet eſſe ſine dote. Et non præſumitur abſque Dote contractum.*

DECISIO XXXIV.

EManuel Ricchius Hebreus contraxit ſponſalia cum Luna de Fano pariter Hæbrea & ſub iurata promiſſione matrimonij, tradidit ſponſæ diuerſa iocalia ſed quoniam illa, matrimonium contraxit cum alio petijt Reſtitutionē munerum prædictorum & arbitri electi loco eorumdem munerum

nerum reſtitui mandarunt lib. 113. Appellauit Emanuel & D. Auditor cui fuerat cauſa commiſſa Reuocato laudo ſententiauit Res ipſas ſponſæ traditas eſſe ſponſo reſtituendas & hæc ſententia trāſitum fecit in iudicatum ſed quia Res ipſæ non fuerūt in exequtione repertæ Ideo idem D. Auditor liquidauit pretium earumdem in lib. 178. pręſtito tamen Hæbreorum more iuramento per actorem in ſupplementum plenæ probationis. Ab hac liquidatione mulier Appellauit & cauſa mihi commiſſa cum Clauſula Conſtito quod ſit locus exequtioni exequatur.

1 Primo dicebatur exequtioni locū eſſe quia licet a liquidatione detur Appellatio etiā ſi alias materia eſſet exequtiua *Menocch. de Adipix.poſſ.Remed. 3. n. 192. Zacch. de obl. Cam. q. 37.n.43. Surd.dec.27.n. 9. Ludou.dec.232.n.2.& 5.* fuerat tamen ſimpliciter appellatum a li-
2 quidatione & non ab exceſſu liquidationis & non cum expreſſione cauſę exceſſus vt requirebatur *ad tex. in cap. Appellanti de Appellat. Franc. in cap. ſepe n. 59. de appell. Scaccia de Appell. q.17. limit.* 10. *n.* 58. *Rot. dec.* 100. *n.* 30. *par. p. diuerſ.*

3 Sic in ſimili non datur appellatio ab exequtione ſed ſolū ab exceſſu exequtionis *leg. Ab exequtione C. quorum appell. nō recip. cap. nouit. 43 de appell. vbi gl. in verb. ſecundum* quod procedit tam de iure ciuili quam canonico *Bald. in leg. terminato C. de fructib. & lit expenſ. Amat. Dec.Fer. 43. n. 2.* vbi poſt innocent. & alios quod eſt exprimendus exceſſus & Intellige quod ſemel detur hęc appellatio *Rot. Dec.400. n. 1. par p. poſthumarum.* Et ſic etiam a correctione non datur Appellatio ſed ab exceſſu datur *cap. licet de officio ordin: gl. in cap de priore 3 &.*
4 *de appellat. in primo verb.* Sic etiam ab exceſſiua expenſarum taxatione ſemel datur appellatio cum expreſſione tamē quantitatis exceſſus *Abb. in cap. quo ad conſultationem n. 31. de ſent. & Re Iudic. Rot: Dec. 100. n. 29. & 30. par. p. diuerſ. Ferēt. ad Buratt. Dec. 921 n. 19. & 20*

5 Secundo dicebatur quod quando de credito conſtat in genere & ſic probatur ſubſtantia crediti pręſertim ex partis confeſſione vel Re iudicata prout hic vtrumque concurrebat, quantitas probatur iuramento creditoris *Marſil. ſing. 322. Cep. Caut. 210. Oſaſch. Dec. 96. n. 3. faciunt tradita per Nattam conſ. 2. n. 10. & 11.* vbi quod facilius probatur quantitas quam ſubſtantia & quod probatur etiam conie-
6 cturis. Quod facilius videbatur admittendum in liquidatione in qua Regulariter ſufficiūt leuiores probationes & coniecturę *Seraph. Dec. 955. n. 3. & 4 Buratt. Dec. 678. n. 4. & Dec. 721. n. 5. & ſeq* & li-

7 cet his obſtare videatur quod intereſſe non liquidatur ex partis aſſertione *vt in fortioribus poſt alios dixit Amat. Dec. Fer. 6. n. 42.* vbi loquitur quando adeſt etiam Conuentio de ſtando aſſertioni *Rot. Dec. 467. n. 2. & 3.* vbi quid ſtante pacto vel Statuto. Attamen præterquam quod hic non agebatur de intereſſe ſed de pretio & non agebatur de probando *ex* ſola aſſertione, cum in genere probatum eſſet creditum aliunde, ceſſabat etiam ſcrupulus hoc in caſu in quo ſuper ipſa liquidatione deponebant teſtes ex quibus ſemiplena
8 ſaltem probatio reſultabat quæ ſufficit ad deferendum iuramentũ ſuppletorium etiam quando agitur de probanda ſubſtantia crediti *ad tex. in leg. in bona fidei C. de Reb. credit. Bart. & DD. in leg. Admonendi ff. de Iureiur. Hoſt. in ſumma de Iuram. aſſert. n. 4. Marant. de ord. Iudic. par. 2. act. 9. n. 3. & ſeq.* vbi refert. ſex requiſita quæ ſatis hic concurrebant. *plene Maſcard. de probat. Concluſ. 951. n. p. & 3. & ſeq. vol. 2.*

Tertio quo ad merita, fouere videbatur Emanuel bonum ius quoniem generale eſt vt Data ab cauſam, cauſa non ſequta repeti poſſint *leg. p. & 2. leg. ſi mulier 10 ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſeq.*
10 Et quando Cauſa finalis redit ad non cauſam, omnino ceſsat effectus *leg. ſi Fullo 2. ff. de condic. ſine cauſ.* quoniam ſicuti ſe habet illa cauſa ad effectum in productione ita ſe habet dextructio cauſę in dextructione effectus *Bald. in leg. cum mulier ff. ſol. matrimo* & magis attenditur cauſa actus, quam ipſe actus *Bald. in leg. p. C. de emancip. lib. n. 24. Ferentill. ad Buratt. dec. 82. in litt. A Coccin. dec. 134. nu. p.*
11 Et res tradita etiam æſtimata intuitu matrimonij, reſtituitur matrimonio non ſequto *leg. in Rebus 17 ff. de Iur. Dot.* Et in ſpecie quod
12 munera miſsa intuitu matrimonij contrahendi & non contracti repetantur in totum ab eo per quem non ſtetit ſi oſculum non interuenit, ſi vero interuenit oſculum, ſponſa pro medietate lucretur *tex. eſt in leg. ſi a ſponſo 16. C. de don. Ant. nup. Caualcan. dec. 18. de contract. n. 19.* vbi ampliat licet quando fuerunt munera miſsa ſpõſus dixerit ſe donare *poſt alios Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 26. n. 23.* vbi adducitur ratio quoniam Donatio facta ſponſæ habet tacitam conditionem ſi nuptiæ ſequantur *Ludou. dec. 474. n. 3.* vbi quod cõpetit ſponſo ad recuperandum condictio ob cauſam & omnia repetuntur *ad tradita per Rom. conſ. 146. n. 2. ſub finem Afflict. dec. 315. n. 1.* ſaltem quando per ſponſam Siat. nec fit Diſtinxio An vilia ſint vel
13 precioſa, quotidiana vel feſtiua, vt hæc repeti poſſint & non illa

quia prima cenſeantur irreuocabiliter donata, ſecunda vero ſimpliciter ad vſum conceſſa, nam huiuſmodi Diſtinxio fit quando matrimonium fuit contractum & deinde diſſoluitur & quando queſtio eſt cum vxore & non cum ſponſa. *Clar. in §. Donatio q. 10. Menocch. de Arbitr. Iudic. caſ. 218. Afflic. dec. 315. per tot. late Surd. dec. 166. n. 1. & ſeq. Cavalcan. dec. 18. de contract. n. 12. & ſeq. & n. 19.* vbi ampliat *Ludou. dec. 474. n. p. & 2. & eſt Maceraten. ſponſaliorum & refert*

14 *plene deciſum in Ferrarien. Dotis coram mezzanedo.* Sic etiam legatum Dotis factum ab extraneo qui videlicet donare non tenetur, cenſetur conditionale & habet hanc tacitam conditionem ſi nuptiæ ſequantur vnde ſi non ſequantur, non debetur *Bart. in leg. Titia Centum §. Titio genero n. 3. & 4. ff. de cond. & Dem. Corn. qui de com. teſt. conſ. 229. n. 3. lib. 1. Menocch. lib. 4. præſ. 146. n. 24. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 22. n. 7. & 12. Ludou. dec. 346. n. 2. & ibi Beltr. in*

15 *litt. A.* Et ſimplex etiam Dotis ſtipulatio habet annexam tacitam nuptiarum conditionem *leg. Item quia 4. ff. de pact.* Immo non ſolum promiſſio ſed etiam Datio & conſignatio Dotis hanc eandem conditionem recipit videlicet ſi nuptiæ ſequantur *leg. quia autem 23. ff. de Iur. Dot.* In his autem concurrit alia peculiaris Ratio Rationis

16 Quia licet matrimonium poſſit ſine Dote conſiſtere, Dos tamen ſine matrimonio eſſe non poteſt *leg. 3. ff. de Iur. Dot. leg. fin C. de Donat. ant. nup. Ludou. Dec. 346. n. 4. Ferent. ad Buratt. dec. 844. n. 11. &*

17 *ſeq.* Immo deceret & deberet matrimonium nõ eſſe ſine Dote *vt de tex. deſumptus ex concilio Arelatenſi in can. nullum 30. q. 5.* nullum *inquit* fiat ſine Dote coniugium licet canonem illum in deſuetudinem abijſſe *dixerit Fontanell. de pact. nuptial. p. p. gl. 2. n. 14.* Certe ex generali conſuetudine matrimonium non præſumitur contractum ſine Dote *vt poſt Purpurat. Soc. Crauett. dixit Ludou. dec. 62. n. 4. qua eſt Romana Dotis.*

ARGVMENTVM.

Quando currere incipiat tempus ad appellandum. An Appellans vel appellatus teneatur acta tranſportare. Quando quis teneatur probare non ſolutionem; An & quando Debitor debitoris mei dici poſſit Debitor meus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad appellandum quando currere incipiat.*

2 *In ſententia conditionali an currat ante conditionis exiſtentiam.*

3 *Res Iudicata pro veritate habetur. Facit de Albo nigrum Et de indebito debitum.*

4 *Iniu-*

4 *Iniuſtitia notoria ſententiæ impedit tranſitum in iudicatum.*
5 *An appellans vel Appellatus teneatur Acta tranſportare & n. 7.*
6 *Sententia habet pro ſe præſumptionẽ Iuſtitiæ, donec de iniuſtitia doceatur.*
8 *Sententia lata non viſis actis etiam probatorijs eſt nulla. Sententia ſine actis an & quando probet.*
9 *Onus probandi non ſolutionem ſpectat Regulariter ad ſe fundantem in ea fallit num.* 10.
10 *Habens præſumptionem pro ſe non tenetur probare negatiuam.*
11 *Socij mei Socius ſocius meus non eſt vbi vide ſimilia & diſſimilia & An debitoris mei debitor ſit debitor meus.*
12 *Debitor quis proprie dicatur. Et quis creditor & quid ſit actio. Verbum intelligitur quid importet Quando creditor agere poſſit aduerſus debitor Debitoris.*

DECISIO XXXV.

D. Petrus Bellabonus tanquam Creditor Iulij Bonfa in lib. 84. ex cauſa ſequeſtri facti in eius manibus obtinuit a D. Prætore Figaroli pro ſumma prædicta grauari Blaſium filium & hæredem eiuſdem Iulij quo appellante Commiſſa mihi cauſa cum Clauſula conſtito de Re Iudicata, mandaui exequi quoniam Appellatio legebatur interpoſita poſt menſem a die relaxati grauaminis ne dum a die notificatæ ſententiæ. Ex quo certum eſt currere tempus ad appellandum tam de Iure communi quo currit a die ſcientiæ regulariter, *iuxta tex. in cap. Concertationi 8. de Appellat. in ſex. ibi poſtquam ſciuerit vbi gl. in cod. verb. ſciuerit, Gratian. Diſcept.* 161. *n.* 4. vbi quod etiam currit de momento ad momentum immo etiam a die ſententiæ in eo qui ſit perſonaliter citatus ad ſententiã *Gratian. diſcept. 364. n. p. & 2. Buratt. dec. 59. n. 7. Ferentill. ibi n.* 17.
2 quam ex forma Statuti *lib. 2. cap. 65.* vbi quod currit tempus a die ſcientiæ ſententiæ, & non a die conditionis exiſtentiæ *vt in can. biduum 2. q. 6. deſumpto ex leg. p. §. Biduum ff. quando Appel. ſit* Vnde
3 Reſultabat manifeſta Res Iudicata quæ pro veritate habetur inter pater *leg. Res Iudicata ff. de Reg. Iur. vbi dec. Coccin. dec. 263. n. 4.* Et facit de Albo nigrum & de indebito debitum *Maſcard. de prob. Concluſ. 1316. n. 4. Burat. dec. 26. n. 8.*

Neque obſtabat quod non conſtaret patrem Appellantis acceptaſſe ſequeſtrum vel habuiſſe in manibus aliquid quod eſſet debitum debi-

debitori ſequeſtrantis, & quod ita deficiente fundamento crediti
4 reſultare videretur iniuſtitia notoria quæ impediret etiam tranſitū in iudicatū *ad tex. in cap. inter cæteras de Re Iudic. Gab. concl. 8. de ſent. n. p. Scaccia de Ap. q. 15. n. 206. Buratt. Dec. 169. n. 3. & Dec. 293. n. 2. & Dec. 458. n. 7.* quoniam primo reſpondetur quod cum ap-
5 pellans non tranſportauerit acta primæ inſtantiæ vt tenebatur *ad tex. in leg. A. proconſulibus & in leg. præcipimus §. his autem C. de Appell. & probat Amat. Dec. 53. per tot.* videbatur appellato ſufficere ad obtinendum, exhibuiſſe ſententiam cum grauamine & appellatione
6 & Re Iudicata quia ſententia habet vtique pro ſe præſumptionem Iuſtitiæ donec de Iniuſtitia doceatur per ſe fundantem in ea *ad tradita per Buratt. Dec. 130. n. 4. & Dec. 251. n. p.* præſertim cum in
7 cauſis profanis non videatur neceſſaria integra actorum tranſportatio maxime ex parte appellati *ad tradita per Ferent. ad Buratt. Dec. 405. n. 22. Coccin. Dec. 135. n. 10.* Et quando vna pars producit ſuas probationes & altera eſt negligens in tranſportando, poteſt Iudex ſuper productis pronunciare *Alex. in leg. 2. n. 6. C. de eden. vbi Rim. ſen. n. 12. Felin. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de Conſt. n. 18. Buratt. Dec. 405. n. 13. Coccin. Dec. 135. n. 5. & Dec. 424. n. 3. & 4.* vbi tamen limitat quando proceſſus eſt vnicus & communis penes notarium & ab vtraque parte tranſportabilis, tunc enim firmat eſſe neceſſariam integram actorum tranſportationem *& ſequitur Ferentill. ad Buratt. d. Dec. 405. in fine Adde Tomat. Dec. Maceraten. 9. n. 13.* Et
8 confert ad id quod ſentētia non viſis actis etiam probatorijs dicitur nulla *Cagnol in leg. 2. C. de eden. n. 68 Felin. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de Conſtit. n. 17. Coccinus Dec. 224. n. 2.* Et ſententia ſine actis non probat niſi in antiquis vel ſaltē poſt biennium *Ludou. dec. perus 26. n. 14. Gratian. diſcep. 65. n. 64. & 65.* vnde ſuper reſponſione prædicta nō inſiſtebam ſed petitis & viſis actis ab appelato poſt modū tranſportatis, Secundo Reſpondebam quod cum Iulius eſſet conductor bonorum debitoris & non doceret de ſolutione penſionis, fuit rite & recte grauatus ad inſtantiam ſequeſtrantis & quamuis videretur
9 incumbere onus probandi non ſolutionem ipſi ſequeſtranti qui ſe fundabat in ea *ex traditis per Bald. Ias & alios plures relatos per Gabriel. concluſ. 6. de prob. n. 14.* illa tamen non obſtabant quoniā procedunt quando tertius extraneus ſe fundat in non ſolutione, tunc enim ipſe teneaur eàm probare vt cum vult actorem repellere tanquam periurum quia non ſoluerit creditum alienum. Sed quando

10 creditoris in non ſolutione ſe fundat, tunc per oſtenſionem cred-iti proprij transfundit in aduerſarium debitorem onus probandæ ſolutionis *Ita conciliando gloſſam & Innocentium poſt Bart. Alberic. Bald. Ancar. declarat magiſtraliter Iaſ. in leg. 2. C. de Iur. Emphyt. n. 13. & plures refert Gab. concluſ. 6. de prob. n. 1. & 58* vbi generaliter probat. quod quando negans habet præſumptionem pro ſe non tenetur negatiuam probare ſed transfundit onus probandi in affirmantem nec dici poterat hoc in caſu Bellabonum eſſe tertium extraneũ quia cum per viam ſequeſtrationis experiretur aduerſus Debitorẽ ſui Debitoris, repreſentabat perſonam creditoris & eius iure licet alieno, ex iure tamen proprio fungebatur vnde pro eo militabant etiam rationes differentiæ conſideratæ per Doctores ſupra per Iaſ. allegatos.

11 Et quamuis Debitor debitoris mei non ſit omnino ſtricte debitor meus ſicut ſocij mei ſocius non eſt ſocius meus *leg. Conſilij 47. §. p. ff. de Reg. Iur. leg. qui admittitur ff. pro Soc. Dec. in d. §. p. n. p.* vbi probat in ſimili quod libertus liberti mei vel vaſſallus vaſſalli mei non eſt libertus, vel vaſſallus meus, licet diſſimile ſit quod familiaris familiaris mei dicitur familiaris meus ad effectũ reſeruationis Beneficij *Garzia de Benef. p. 5. cap. p. n. 326.* Et quod Inſtrumentum Inſtrumenti fundi dicitur Inſtrumentum fundi & venit eius appellatione *leg. quæſitum 12. §. ſed an Inſtrumenti ff. de fund. inſtruct.* Attamen facto ſequeſtro, debitoris mei debitor videtur effici debitor meus quoniam conſtito de Credito Iudex poſt ſequeſtrationem ſeruatis ſeruandis etiam ad conſignationem progreditur vnde cum ille mihi ſoluere compellatur, meus verus debitor efficitur quia proprie

12 Debitor eſt is a quo inuito exigi pecunia poteſt *leg. Debitor 108. ff. de verb. ſignif. Amat. Dec. Fer. 7. n. 5.* vel Is contra quem competit actio quæ nihil eſt aliud quam Ius perſequendi in Iudicio quod ſibi debetur *Inſt. tit. de action. in princ.* ſicut & verus creditor eſt ille qui debitorem cogere poteſt ad ſibi ſoluendum *leg. Is cui ff. de action. & obligat. leg. Creditores ff. de verb. ſignifi.* Et quamuis in d. leg. Debitor dicatur quod Debitor is intelligitur a quo pecunia exigi poteſt, verbum Illud *Intelligitur* non denotat fictionem vel improprietatem *vt in leg. 2. §. fideiuſſor. ff. de Iur. Cod.* ſed intelligitur & ſtat vere & proprie *vt in leg. fin C. de Don. ante nupt.* ibi ſine nuptijs nulla Dos eſſe intelligitur.

Quando autem Creditor contra debitorem debitoris ſui pro conſi-

gnatione ſui crediti per viam ſequeſtri vel per aliam viam directam poſſit agere *docet Surd. Dec. 306. n. 11. quam ſequta eſt Rota Dec. 760. n. 2. par. 2. Recenſ. Buratt. Dec. 848. n. 2. & Deciſ. 937. n. 1. Ferentill. ad eumdem. Dec. 903. litt. A per tot.*

ARGVMENTVM.

Quando Iudex poſſit extra petita pronunciare. Confeſſio facta in precibus quomodo probet.

SVMMARIVM.

1 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
2 *Limitata cauſa, limitatum producit effectum.*
3 *Priuata ſcriptura non recognita non probat.*
4 *Iudex non tenetur ad priuatam vtilitatem officium impartiri niſi petenti etiam in foro poli.*
5 *Speciale eſt vt Iudex pro pia cauſa teneatur officiũ Irrequiſitus impartiri.*
6 *Iudex ſupplere debet in Iure ſed non in facto.*
7 *Sententia debet eſſe Conformis libello.*
8 *Fatuus eſt Iudex pronunciens vltra petita ſecus ſi infra petita.*
9 *Confeſſio facta in precibus plene probat contra confitentem.*
10 *Et probat etiam contra heredes confitentis ac etiam ſi Reſcriptum aſſet ſubreptitium & nullum.*
11 *Habens facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta poteſt pronunciare ſuper probatis, licet non petitis.*
12 *Non eſt ſubtiliter inſpicienda actio intentata ſed factum ipſum & rei veritas conſiderari debet.*

DECISIO XXXVI.

D. Petrus Celatus erat creditor Hypoliti Carrectorij in lib. ſeptingentis & in pluribus modijs frumenti & aliorum fructuum de quibus in ſententia & grauamine relaxato. Fuit inde concorditer liquidatũ vniuerſum Creditum per priuatam ſcripturam in ſumma lib. bis mille ſub obligatione ſoluendi lib. 1600. infra dies quindecim iam lapſos & lib. 400. infra biennium adhuc non lapſum & cum pacto quod ſi in termino præfixo debitor deficeret in ſolutione conuenta, poſſet D. Celatus exequi facere grauamẽ iam relaxatum Defecit debitor in ſolutione vnde D. Celatus petijt a me tanquam Rotæ Prætore relaxari grauamen pro sũma prædicta lib. bis mille quam debitor ipſe liquidauerat in ſcriptura & confeſſus fuerat in precibus eminẽtiſſimo porrectis pro no-

ua dilatione conſequenda.

Videbatur primo petitioni ſiue Inſtantiæ prædictæ obſtare quod in vim ſcripturæ non poterat nouum grauamen concedi quia ſolum in ea permittebatur Creditori exequi facere grauamen iam relaxatũ,
1 ſi debitor in promiſſa ſolutione defeciſſet vnde Actus agentium nõ debent vltra eorum intentionem operari *leg. non omnis ff. ſi cert. pet.*
2 Et limitata cauſa, limitatum producit effectum *leg. in agris ff. de acq. Rerum Dom.*
3 Secundo quod priuata ſcriptura non recognita non probat *D.D. in leg. Admonendi ff. de Iureiur. & in leg. ſcripturas ff. qui pot. in pig. hab. Aretin. conſ. 64. n. p. & ſeq. Soc. conſ. 274. n. 2. lib. 2. Maſcard. alios referens de prob. concluſ. 1294. n. 28. & ſeq.*

Tertio quod non fuerat actum iudicium liquidatorium quod precedere debebat *ſecundum ea, quæ dixi ſup. Dec. 33. n. 7.* & omni in caſu non fuerat in actis petitum relaxari grauamen ſiue in vim ſcripturæ
4 ſiue in vim precum Eminentiſſimo perrectarum; Iudex autem ad priuatam vtilitatem non impartitur officium ſuum niſi petenti *leg. 4 §. hoc autem iudicium ff. de Dam. Infec. Felin in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſt. n. 23. ſub med. Nauar. qui loquitur quo ad vtrumque forum & fori & poli conſ. 22. n. 5. de pænit. & Remiſſ. lib. 5. Soc. Reg. 197. Viuius in ſuis commun. opinion. in verbo Iudex non poteſt n. p. & 6.* vbi quod
5 ſpeciale eſt. Vt Iudex pro pia cauſa teneatur officium Irrequiſitus
6 impartiri *& ſequitur Campeg. de Dote par p. quæſ. 96.* & eſt Ratio quoniam Iudex ſupplire tenetur in Iure & non in facto *leg. p. in fine & ibi gl. in verb. proferre C. vt quæ deſunt Aduacatis Iudex ſuppleat.* Et ſen-
7 tentia lata vltra petita non valet quia debet eſſe conformis libello *leg. vt fundus ff. com. diuid.* vbi dicitur quod vltra id quod in iudiciũ deductum eſt, excedere poteſtas Iudicis non poteſt *leg. fin C. de fid. lib. cap. licet heli de Simon. Rot. Dec. 159. apud Cencium de Cenſib. n. 7.*
8 Et fatuus dicitur Iudex qui vltra petita pronunciat *vt dixit Bald. in leg. fin C. de fid. lib.* & probat ibi tex. in illis verbis nullum iudicẽ ita ſtultum putamus. Bene verum eſt quod nec ideo Iudex tenetur omnino iuxta petita ſed poteſt etiam infrapetita pronunciare immo & contra petita pro vna parte ſi tamen ſecundum vel infra petita ab alia parte pronunciet.

His ergo non obſtantibus Relaxaui grauamen petitum pro ſumma lib. 1300., pro lib. vero ſeptingentis mandaui exequi grauamen alias relaxatum motus.

9 Pri-

9 Primo quia quicquid ſit de ſcriptura, certe Confeſſio facta in precibus plene probat contra confitentem *leg. cum precum C. de lib. cauſ. Felin. in cap. Cum in Iure peritus n. 4. de off. Deleg. Dec. in leg. 2. n. 3. C. de Inſtit. & ſubſt. Aldob. conſ. 65. n. p. & 2. lib. 2. Maſcard de prob. Concluſ. 68. n p. & ſeq. Gratian. diſcept. 502. n. 5 & diſcep. 586. n. 41.*

10 vbi quod nocet etiam hęredibus confitentis ac etiam ſi reſcriptum eſſet ſurreptitium & nullum *Rot. Dec. 113. n. 3. penes Cenc. de Cenſ. & coram Coccin. Dec. 268. n. 3. & coram Buratt. Dec. 100. n. 18.*

Secundo quia Prętor habens facultatem procedendi ſola facti veri-

11 tate inſpecta vt in Conſtitutione n. 21. poteſt vigore huius Clauſulæ pronunciare ſuper probatis licet non petitis & coram eo non debet attendi quid narratum vel poſtulatum ſed quid probatũ extiterit *Alex. in leg. ſi Ita ſtipulatus §. griſogonus n. 8. ff. de verb. oblig. Iaſ. in leg. vinum n. 24. ff. ſi cert. petat. Rip. in leg. naturaliter §. nihil commune n. 181. ff. de acq. poſſ. Socin. conſ. 146. n. 15. Marant. de ord. Iudic. par. 4. Diſt. 9. n. 33. Oſaſch Dec. 9. n. 21. facit tex. in cap. Dilecti. 6.*

12 *de Iudic.* ibi ne ſubtiliter vt a multis fieri ſolet, cuiuſmodi actio intentetur inquiratis ſed factum ipſum & Rei veritatem inueſtigetis. Ex quibus Reſultat Reſponſio virtualis ad obiecta.

ARGVMENTVM.

Salarium quando famulo debeatur. Et quando præſcribatur. Dicto vnius quando credatur.

SVMMARIVM.

1 *Dignus eſt operarius mercede ſua. Et pro ea competit actio locati, vel in factum.*

Non valet pactum de gratis inſeruiendo.

Nemo tenetur proprijs ſtipendijs militare.

2 *Cui competit actio, magis competit exceptio.*

3 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*

4 *Compenſationis exceptio admittitur etiam poſt Rem Iudicatam & in exequtione.*

5 *Salarium famuli prę ſcribitur quadriennio ex St. Fer.*

6 *De Iure communi prę ſcribitur triennio.*

7 *Famulus reddens rationem ſine mentione ſalarij, in eo ſibi pręiudicat.*

8 *Statutum de præſcriptione excipit exceptionem Compenſationis.*

9 *Temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum & quare.*

10 *Non ſolum exceptio ſed etiam ſequela exceptionis eſt perpetua.*

11 *Liquidum cum illiquido non compenſatur.*

12 *Salarium non conuentum, regulariter non debetur.*
13 *Fallit quando probantur extrema de quibus ibi.*
14 *Obligatio Antidoralis in foro exteriori non eſt efficax ad agendum vel excipiendum.*
Nec obligat etiam in foro poli.
15 *Recognitio per habentem notam manum quando admittatur.*
16 *Teſtis vnicus quantumuis qualificatus regulariter non probat.*
17 *Fallit ſi in modica quantitate deponat & maxime ſi de facto proprio.*
18 *Creditur libro factoris in ſummis modicis & veriſimilibus licet coaceruatę conſtituant magnam ſummam.*
Quę dicatur magna vel modica ſumma, relinquitur arbitrio Iudicis.

DECISIO. XXXVII.

IOſeph. Andora vti creditor Romani Marabini de lib. 56. mutuatis nec non de lib. 32. pro pretio ſexdecim ponderum farinę obtinuit a D. Loc. in bonis hæreditatis grauari Franciſcum & fratres filios & heredes debitoris qui appellarunt ad me tanquam Rotæ Prætorem & deducebāt
1 eorū patrem inſeruiſſe creditori & ideo dignus erat operarius mercede ſua *vt ſcriptum eſt Lucę cap. 10. & in cap. quoniam 88. Diſt. & leuitici cap.* 19. ibi non morabitur opus mercenarij apud te vſque mane *& tex. fortior geneſis cap. 29.* ibi numquid quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? *& in cap. cum ſecundum 16. de præb.* vbi generaliter dicitur quod nemo tenetur proprijs ſtipendijs militare *& in leg. Imponi 38. ff. de oper. lib.* vbi probari videtur nec pactum valere vt quis gratis teneatur operari etiam in liberto reſpectu patroni cui libertatem debet, ſcilicet in illis verbis Imponi operę ita vt ſe libertus alat, non poſſunt. Et certum eſt quod pro mercede competit vel Actio locati, vel præſcriptis verbis *§. p. Inſt. tit. de locat. Caroc. De locato p. 3. de progreſſu & acciden. locat. q. 4. n. 34. & par 6. q. p. n. 2. Marcheſani de commiſſ. par p. cap. 19. de commiſſ. appell. in cauſ. mercedis*
2 *n.15.* ergo multo magis competit Retentio. Quia cui cōpetit actio, multo magis competit exceptio *leg. Inuitus §. cuidamus ff. de Reg. Iur. Abb. in cap. debitores n. 4. de iureiur. Ruin. conſ. 18. n. 2. lib. p.* & ſic
3 videbatur in effectu admittenda compenſatio quæ habet vim ſolutionis *leg. ſi debitor uers. nihil intereſt ff. qui pot. in pig. hab. leg. ſi pecunia §. p. ff. de St. hom. Bart. in leg. amplius n. 8. ff. Rem. rat. hab.* Et eo ma-
4 gis quo compenſationis exceptio admittitur etiam poſt rem Iudicatam & in exequtione *ad tex. in leg. 2. in fine C. de compenſ. Felin. in*

cap.

cap. ſoborta n. 7. de Re Iudic. Afflict. dec. 221. n. 13. Ludou. dec. 543. n.
5 *2.* & quamuis Reſponderetur prætenſam mercedẽ omni in caſu eſ-
ſe præſcriptam per taciturnitatem quadriennij *ita diſponente Statu-
to Fer. lib. 2. cap. 128.* cui etiam fere conſonat Ius commune ex cuius
6 diſpoſitione famulorum mercedes & ſalaria triennio præſcribi vi-
dentur *ex traditis poſt Robuff. & alios per Gratian. Dec. 53. n. 5. & 6.*
7 *& per Riccium Colleƈt. 179. in fine.* Immo famulus reddendo ratio-
nem non facta menſione de ſalario ſibi preiudicat & videtur illud
remittere *fed. de ſan. conſ. 218. in fine Cephal. conſ. 234. n. 10. & cõſ.
272. n. 111. Seraph. Dec. 1322. n. 4. & 5. Tomat. Dec. Macer. 14. n. 6.*
Replicari tamen poterat quod non obſtante temporis lapſu vide-
batur merces poſtulari poſſe per modum exceptionis nam Statutũ
ipſum loquitur de preſcriptione actionis non autem de preſcriptio-
ne exceptionis ſaltem compenſationis *Immo in cap. predicto 128.* dũ
8 inducitur præſcriptio quindecim annorum, expreſſe excipitur ex-
ceptio compenſationis & concordat Ius commune quatenus diſpo-
9 nit quod quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad exci-
piendum *leg. pure in fine ff. de Dol. excep. leg. Paulus § p. ff. quib. mod. pig.
vel hyp. ſolu. Dec. conſ. 163. n. 4. Oſaſch. Dec. 142. n. 31. Tiraquell. de
Retrac. conuent. gl. 2. n. 31. & 32.* vbi addit huius rei rationem quo-
niam præſcriptio inuenta eſt ad extinguendam actionem & gene-
randam exceptionẽ *iux. tex. in leg. ſicut C. de preſcript. 30. vel 40. ann.*
10 *& notata in leg. 3. C. quod met. cauſ.* Immo non ſolum exceptio eſt
perpetua *vt per Ludouiſ. Dec. 489. n. 12.* ſed perpetua eſt etiam ſe-
quela exceptionis *Bart. in leg. pignori ff. de vſucap. per tex. in d. leg.
Paulus Dec. conſ. 163. n. 4. Tiraq. d. gl. 2. n. 31.*
Sed ex facto ſublata eſt iuris diſputatio nam cum non fuerit proba-
11 ta ſeruitus talis ex qua merces liquido deberetur, & viſum eſt nõ
eſſe admittendam compenſationem liquidi & illiquidi *iux. tex. in
12 leg. fin C. de compenſ. Ludou. Dec. 552. n. 5.* Et eo magis quo ſalariũ
non conuentum regulariter non debetur *leg. p. ff. de var. & extra-
ord. Cogn. Seraph. Dec. 849. n. 2. & ſepe deciſum refert Riccius Colleƈt.*
13 *616.* Niſi copulariue probentur extrema quod videlicet & famu-
lus ſolitus ſit operas locare & Dominus conducere *Put. Dec. 44. lib.
2. Seraph. dec. 74. n. p & 2. poſt Alex. dec. & alios* quorum doctrinam
inquit omnino procedere in famulis *late Carocc. de locat. par. p. q. 10.
n. 4.* quod adhuc magis procedebat hoc in caſu in quo nõ fuit pro-
batus aſſiduus famulatus & formalis ſed ſolũ probata fuerunt quę-

dam

dam ſeruitia quæ ſatis compenſari poterant cum habitatione Domus Andoræ qua Marabinus fruebatur pro ſe ipſo & familia. Et omni in caſu huiuſmodi ſeruitia non obligant neque Ciuiliter neque naturaliter ſed ſolum pariunt obligationem antidoralem vt
14 benefacienti benefaciamus quæ in foro exteriori non eſt efficax neque ad agẽdum neque ad excipiendum *ad tradita per D D. in Rub. ff. & Inſt. de obligat. Oi not. in Rub. de oblig. naturali n. 4. Bart. & poſt eum Iaſ. in leg. ex hoc iure ff. de iuſti & Iur. n. 37. vbi in ſpetie ſequtus Angelum in Auth. de non eligen. ſec. nub. in princ.* probat quod obligatio prædicta non eſt potens ad compenſandum *Rot. dec. p par. quint. diuerſ. n. 22.* vbi quod nec Conſcientiam ligat Non obſt. quod litteræ Romani confitentis debitum ponderum duodecim farinæ non
15 ſint in forma recognitæ nam Reſpondetur quod Recognitio per habentem notam manũ admittitur in litteris & alijs ſcripturis quæ confici ſolent abſente parte & ſine teſtibus *Ruin. conſ. 70. n. 4. lib. 4. Rot. dec. 570. n. 2. p. p. diuerſ. Buratt. dec. 624. n. p. dixi plenius ſup. dec. 9. n. 19. & ſeq.*
16 Neque etiam obſt. quod de alijs quatuor farinæ ponderibus non conſtet niſi ex dicto vnius teſtis qui regulariter nõ probat licet valde qualificatus & in Dignitate conſtitutus ſit *cap. veniens cap. Iuris iurandi de teſtib. leg. Iuriſiurandi 8. C. de teſtib.* ibi etiam ſi pręclaræ curiæ honore præfulgiat *cap. licet 47. de teſtib.* ibi licet pręſidali refulgeat dignitate *cap. placuit. 6. q. 2.* ibi non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere ſi ſibi ſoli non creditur *Iaſ. in leg. ſi quando C. vnde vi n. 11.* Non inquam id obſt. quoniam Reſpondetur quod
17 in modica quantitate creditur dicto vnius teſtis *Bart. in leg. 2. in fine C. vbi in Rem actio Iaſ in Rep. leg. Admonendi n. 187. vbi de communi ff. de iureiur. Matteſil. ſing. p. & 2. Marſil. ſing. 433. Ant. Gab. com concluſ. p. de teſtib. n. 22. & 41* Quod magis procedit quando teſtis vt hic deponit de facto proprio *Caſtr. in leg. quiquique C. de ſeru. fugit. Dec. conſ. 56. & cõſ. 610. & alij relati per Gab. d. concluſ. p. de teſtib. n. 18.*
18 Sic etiam creditur libro factoris in expenſis modicis pręſertim veriſimilibus *vt poſt Bald. Caſtr. Ancar. Abb. & alios firmat Rota coram Ludou dec 475. n. p. & 4. & ibi Beltr. n. 11.* vbi quod id procedit licet expenſæ modicæ coaceruatæ magnam ſummam conſtituant *& firmauit Rot. dec. 283. n. 3. par. p. Recenſ.* & quod ſtetur Iudicis arbitrio in eſtimãdo quæ magnę vel modicę dicantur expenſę *Guttier. de tutel. p. 3. cap. p. n. 157. Menocch. de Arbitr. Iudic. caſ. 91. n. 18.*

AR-

ARGVMENTVM.

Quando Contractus dicatur purus vel ſub conditione ſuſpenſiua vel reſolutiua.

SVMMARIVM.

1 *Relatio facta per peritos non electos a partibus vel a Iudice non afficit.*
2 *Quæ ſine conditione promittuntur, ſine conditione ſunt adimplenda.*
3 *De liquido cum illiquido non fit compenſatio.*
4 *Idem iudicatur de liquido quod de proxime liquidando.*
5 *Exceptio reſultans ex ventre Inſtrumenti retardat eius exequtionem. Amplia vt ibi.*
6 *Modus non ſuſpendit.*
7 *In dubio Diſpoſitio præſumitur potius modalis quam conditionalis.*
8 *Differt conditio ſuſpenſiua a conditione Reſolutiua.*
9 *Conditio adiecta exequtioni contractus non reddit Contractum conditionalem & quid in vltimis voluntatibus.*
10 *Venditio ad menſuram pro certo pretio non dicitur habere conditionem ſuſpenſiuam.*
11 *Promittens ſoluere centum & plus & minus in quo debitor apparebit in calculis, conueniri poteſt ad centum ante quam calculetur.*
12 *Deponere debitum liquidum non eſt ſoluere.*
13 *Depoſitum conditionale quando ſuffragetur vel non.*
14 *Depoſitum non integrum non ſuffragatur.*
15 *Nec impedit curſum vſurarum ſuper toto debito.*
16 *Etiam ex modico defectu deſinit eſſe integrum.*

DECISIO XXXVIII.

D. Alexander Sacchius vendidit D. Iacobo Guidiccino quaſdam terras tornaturarum 17. vel circa in rationem lib. 220 pro qualibet tornatura & pro pretio in totum aſcendente ad lib. 3740. vt partes in Inſtrumēto aſſeruerunt, hoc pacto adiecto quod fieri debeat menſuratio & iuxta illam, pretiū augeri vel minui Et quod contractus non intelligatur condicionalis ſed purus. Fuit numerata pars pretij & Reliquū fuit promiſſum ſub certis Dilationibus & interim facta obligatio ad fructus in rationem quinque pro centenario & anno nec non ad damna & intereſſe & in ſpecie ad computum pretij prædicti emptor promiſit ſoluere in Feſto S. Micchaelis anni 1637. lib. 1300. D. Fabritio Benotto pro redimendo quodam prædiolo ad fauorem & commodum eiuſdem

Sacchi venditoris qui propterea egit ad implementum huius promiſſionis & ſic pro lib. 1300. & quia D. Guidiccinus Reus conuentus depoſuit lib. 817. prætendens in menſuratione defeciſſe pluſquam duas turnaturas terræ, D. Gub. Centi Admiſit Depoſitum & in reliquis Iura partibus reſeruauit. Appellauit autem Sacchus ad me tanquam Rotæ Prætorem. Et

1 Primo deducebat menſurationem non afficere tanquam factam nō ſeruatis de iure ſeruandis cum peritus non fuerit electus a partibus vel a iudice vt requiritur *ad tex. in leg. hac edictali §. his illud ibi per eos quos vtraque pars elegerit C. de ſec. nupt. Bart. in leg. p. §. ex hoc Reſcripto ff. de ventr. inſpic. & in leg. 2. C. de Iur. fiſc. lib. 10. Dec. in cap. propoſuit n. 15. de prob. Cephal. conſ. 36. n. 2. lib. p. Rot. Dec. 533. n. p. par p. Recentiſſimar.*

Et quamuis per Sacchium impediri non poſſet menſuratio in Inſtrumento Reſeruata, attamen cum per ipſum non ſteterit quin legitime fieret, interim non erat retardanda ſolutio librarum 1300. in eod. inſtrumento promiſſa omni exceptione Remota.

2 Primo quia quæ ſine conditione promittuntur, ſine conditione ſūt adimplenda *gl. in cap. fin. in verb. nec voto de obſeru. ieiun. & tex. ibi decidens notabilem caſum & tex. in can. non ſolum 32. q. 8. cap. quia circa de priuileg. leg. ſeruitus ff. de ſeruit. vrbaro præd.* Secundo quia cum ſumma lib. 1300. certa ſit & liquida, Diminutio autem ex menſu-

3 ratione prætenſa, incerta ſit & illiquida, liquidi ad illiquidum nō eſt admittenda compenſatio *leg. fin. C. de compenſ. Ludou. dec. 552. n. 5.*

4 Neque obſtat quod Crediti liquidi, & de proximo liquidandi idē ſit Iudicium *vt probat idem tex. in d. leg. fin. C. de cōpenſ. & docet Bart. in leg. In compenſationem in fine ff. de compenſ. Tiraq. de Retract. lignag. gl. 3. n. 11.* nam Reſpondetur quod hic cū iam eſſet publicatus proceſſus, non erat locus aſſignationi termini ad liquidādum & eo minus quo liquidatio non poterat de proximo fieri cūm terræ eſſent remotæ a loco Iudicij præterea Actor habebat in inſtrumento fundatam intentionem Reus vero ſe fundabat in menſura extra inſtru-

5 mentum. Et quamuis exceptio reſultaris ex ventre inſtrumenti, cuiusmodi videbatur eſſe menſura in eod. Inſtrumento reſeruata, retardet eius exequtionem & admittatur inquoqunque Iudicio licet requireret altiorem indaginem *Bald. in leg. ex prædijs n. p. C. de euict. Rom. conſ. 42. n. 3. Caſſad. Dec. 10. de Reſcrip. & poſt alios Seraph. Dec. 42 n. 8. 1.* prout etiam exceptio oriens ex ventre ſententiæ li-

cet

cet requirat altiorem indaginem, eius exequtionem retardat *Rain. conſ. 22. n. 90. lib. p. Surd. conſ. 186. n. 22. Buratt. dec. 809. n. 6.* Et idem in exceptione oriente ex ventre breuis, quod Breuis exequtionem retardet *poſt Seraph. dixit Buratt. Dec. 128. n. 2. & 3.* ea tamen & ſimilia ceſſabant ex infraſcriptis Et

Primo quoniam in Inſtrumento menſura reſeruabatur non per viã
6 conditionis ſed per viam & per modum modi. Modus autem non ſuſpendit *leg. Demonſtratio* §. *fin & ibi gl. ff. de cond. & Dem. DD. in Rub. de donat. qua ſub modo vel condit. Seraph. Dec. 42. n. p. & 2. & Dec. 724. n. 10.* & quamuis inſtrumentũ ipſum ſatis exprimat quod
7 contractus non cenſeatur conditionalis, accedit quod etiam in Dubio præſumitur potius Modus quam Conditio *leg. quæro* §. *inter ff. locati Bart. in leg. cum Prætor C. de tranſact. Maſcard. de probat. concluſ. 343. n. p. & ſeq. Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 10. tit. 5. nu. 12. Gratian. Diſcept. 136. n. 15.*

Secundo quia licet diceremus menſurationis reſeruationem, indu-
8 cere conditionem, non tamen induceret conditionem ſuſpenſiuã ſed reſolutiuam, vnde contractus non redderetur conditionalis & remaneret purus ſed ſub conditione reſoluendus *vt bene diſtinguit tex. in leg. 2. ff. de in diem Adiect. & poſt alios docet Grammatic. Dec. 18. n.* 10. vbi quod debet attendi præſens ſtatus, & non quod Res poſ-
9 ſit in futurum reſolui. Facit quod Conditio adiecta exequtioni Diſpoſitionis, non reddit Diſpoſitionem conditionalem neque illam ſuſpendit *leg. ex his ff. quando dies leg. ced. Bart. in leg. p. n. 3. ff. de cõd. & Dem. Ludouiſ. Dec. 117. n. 3. vbi Beltram. in litt. A.* declarat hoc omnino procedere in contractibus, licet in vltimis voluntatibus non referat an exequtioni vel diſpoſitioni fuerit adiecta conditio *ad tradita per Manticam de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. n. 3.* & in
10 ſpecie quod venditio facta ad menſuram quando conſtituitur certum pretium totius Rei non ſit Conditionalis conditione ſuſpenſiua, *docuerunt Caſtr. in leg. ſicut C. de action. empt. Cephal. conſ. 36. n. 21. vbi ſic declarat tex. in leg. ſæpe* §. *in his ff. de contr. empt. & melius etiam idem Cephal. conſ. 643. n. 11. & ſeq. vſque ad finem Afflict. Dec. 270. n. 5. & Dec. 399. n. 5. & 6.*

11 Confert in ſimili quod qui promiſit ſoluere Centum & plus & minus in quo debitor apparebit ex calculis, donec tamen & antequã calculetur, conueniri poteſt ad ſoluenda centũ promiſſa *Soc. in leg. pecuniam n. 10. ff. ſi cert. pet. & in leg. quibus diebus* §. *quidam titio n.*

10. ff.

10. ff. de cond. & Dem. Caſtren. conſ. 429. n. p. Grammatic. Dec. 58, n. 10. & 11. vbi adducit rationes & ſimilia Ferentill. ad Buratt. Dec. 123. n. 11. vbi ſequendo Socin. & Grammatic., firmat quod Adminiſtrator etiam ante redditam rationem dicitur liquidus debitor in quantitate certa & determinata per ipſum ſoluenda.

12 Non obſt. Depoſitum quoniam quando ſumus in Debito liquido, Deponere nõ eſt ſoluere prout ſoluere promiſerat Guidiccinus *leg. Item libertas §. p. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolu. Tiraq. de Retract. Lignag. §. p. gl. 3. n. 3. Ludou. Dec. 146. n. p. vbi Beltram. n. 20. alias*

13 *Rota Deciſiones adducit*. præterea depoſitum non erat liberum ſed Conditionale Conditionibus extrinſecis ad quas videlicet adimplendas non tenebatur venditor, vnde non poterat ſuffragari *ad late tradita poſt alios per Cencium de Cenſibus par 3. cap. p. q. 3. art. 9. nu. 28. Rot. Dec. 269. n. 2. impreſſa penes eumd. Cencium & Dec. 488. n. 5. par. 2. Recenſ. & coram Ludou. Dec. 501. n.* 11. Accedebat quod De-

14 poſitum non erat integrum & propterea etiã non releuabat *Cravetta conſ. 106. n. p. Menoch. conſ. 158. n. 13. lib. 4. Cencius de Cenſib. par. 3. cap. p. q. 3. art. 9. n. 38. & ſeq. Ludou. Dec. 505. n. 6.* & quã-

15 do non eſt omnino integrum non ceſſat curſus vſurarum ſuper toto debito nec ſuper parte depoſita *leg. tutor 41. §. Lucius ff. de vſur.*

16 Et dicitur non integrum & irreleuans depoſitum etiam ex modico defectu & licet vnicus nummus deficiat *vt poſt Foller., Felician, Milanenſ. Intrigliol. dixit Cencius de Cenſib. d. par. 3. cap. p. q. 3. art. 9. n. 39. & prius poſt alios Tiraq. de Retract. conuent. §. 4. gl. 6. n. 23. & ſeq. Ludou. Dec. 480. n. 4.* Ex quibus condemnaui D. Guidiccinum ad ſoluendam petitam ſummam librarum 1300. vna cum damnis ſalua menſuratione facienda & ſecundum prædicta ſententiam D. Gubernatoris reformaui.

ARGVMENTVM.

Sententia fauorabilis Reuocata an & quando excuſet ab expenſis vel a fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſta cauſa litigandi quæ maxime reſultat ex ſententia fauorabili excuſat ab expenſis. Fallit in duobus caſibus.*

2 *Sententia quæ reuocatur ex eiſdem atis an excuſet ab expenſis. &, n. ſeq.*

3 *An excuſet a Reſtitutione fructuum.*

4 *A Reſtitutione fructuum non excuſat Iuſta cauſa litigandi.*

5 *Semiplena probatio, plene excuſat ab expenſis.*

Di-

Dictum vnius inducit bonam fidem.

6 *Iudicis Arbitrio Relinquitur quæ cauſa excuſet ab expenſis.*

DECISIO. XXXIX.

1 ABſolui Guidiccinum ab expenſis in cauſa ſupradicta, motus quoniam habens pro ſe ſententiam fauorabilem dicitur habere iuſtam cauſam litigandi quæ ab expenſis excuſat *leg. qui ſolidum 80. ſ. etiam ibi ſi Ratio litigandi non fuit ff. de leg. 2. gl. in § oportet Auth. De Iudic. Gratian. diſcep. 33. n. p. Rot. Dec. 7. de Dol. & Contum. in nou. Ferentill. ad Buratt. Dec. 921. n. 8. & ſeq.* vbi quod fallit in Rota Romana & in Statuto quod victus victori condemnetur in expenſis quibus caſibus non attenditur quoad expenſas iuſta cauſa litigandi.

2 Non obſt. quod ſententia quæ reuocatur ex eiſdem actis excuſare non videatur ab expenſis *Guid. Pap. Dec. 137. n. p. Verall. Dec. 179. per tot. p. p. Amat. Dec. Fer. 41. n. 24. Immo Guid. Pap. d. dec. 137. poſt medium* ſenſit etiam ex nouis actis reuocatam non prodeſſe ad excuſationem expenſarum quando acta illa erant veriſimiliter nota ſuc-

3 cumbenti. Prout etiam ſententia reuocata non excuſat a fructibus reſtituendis qui debentur a die primi Iudicij *Seraph. Dec. 1245. n. 4. & 5. Surd. Dec. 163. n. 16. Buratt. Dec. 568. n. 17* vbi nec etiã diſtinguitur an ex eiſdem vel ex alijs actis reuocata fuerit & reſpondetur allegatis in contrarium n. 3 Non inquam hæc obſtant nam Reſpõdetur quod ſententiam fauorabilẽ etiam reuocatam ex eiſd. actis ab expenſis excuſare *ſenſerunt Viuius Dec. 47. n. 5. Barz. Dec. Bon. 113. in fine & alios teſtantes de communi refert Amat. Dec. Fer. 16. n. 24.* Non obſt. Buratt. cum allegatis d Dec. 568 quia non loqui-

4 tur de expẽſis ſed de fructibus a quorum Reſtitutione iuſta litigãdi cauſa non excuſat *Rot. Dec. 7. de Dol. & Contum in nou. & coram eod. Buratto poſt. Innoc. hoſt. Surd. decidit ead. Rota Dec. 130. n. 9 & 10.* vbi ampliatur qualequnque Iudicium ſit intentatum, extent fructus vel non extent, ſiue poſſeſſor fuerit factus loqupletior ſiue non & debentur a die litis cõtextatæ ſaltem vt ibi, vel a die motæ litis *vt in d. Dec. 568. n.* 17 & hanc expreſſam differentiam inter expenſas & fructus *ſẽſit Rota in d. Dec. 7. de Dol & Cõtũ quæ ali. ſeſt Deciſio* 182

5 Præterea mouit etiam me quod idem Guidiccinus videbatur fere ſemipline probaſſe prætenſum menſuræ defectum; ſemiplena autẽ probatio per ſe ſola excuſat plene ab expenſarum refectione *Iaſ. poſt*

Nn *Bald.*

Bald. in leg. properandum §. ſin autem alterutra n. 8. C. de Iudic. & ibid. Alex. n. 13. & poſt Ancar. Marſil Soc. docet Menoch. de Arbitr. caſ. 77. n. 8. vbi refert decem cauſas ab expenſis excuſantes & dictum vnius teſtis inducit bonam fidē & iuſtam ſaltē dubietatē *Boer. Dec. 211. n. 16. & 20. Surd. Dec. 146. n. 26.* ſic etiam Rota noſtra in cauſa inter Campium & Vgolinum abſoluit ab expēſis Vgolinum qui habebat ſententiam pro ſe licet ex eiſdem actis reuocatā quia viſus eſt aliunde habuiſſe iuſtam cauſam litigandi & leuior etiam cauſa videtur ſufficere quando coniungitur cum ſententia quamuis ex eiſdē actis reuocata & ita poſſent opiniones conciliari vt licet ſola nō ſufficiat,
6 ſufficiat tamen iuncta cum alio adminiculo arbitrio Iudicis præſertim cum hæc materia ſit ei arbitraria *ad tex in leg. qui ſolidum §. etiā ff. de leg. 2. Ruin. conſ p. n. 24. lib. 3. Iaſ. in leg. properandum §. ſin autem n. 8. C. de Iudic. Cagnol. in leg. qui in alterius in fine ff. de Reg. Iur. & poſt alios Menocch. de Arbitr. caſ. 77. n. 2.*

ARGVMENTVM.

Soluens pro alio, quando & qua Actione repetat & an ſine Ceſſione & quid in Confideiuſſore.

SVMMARIVM.

1 *Creditur omni Iure duobus contextibus non habentibus exceptionem contra perſonam vel dicta.*
2 *Soluenti pro alio de eius ordine, competit actio mandati ad repetendum.*
3 *Soluens pro Ignorante repetit actione negotiorum geſtorum.*
4 *Soluens pro Inuito eum liberat, ſed non repetit.*
5 *Confideiuſſor ſoluens non reportata ceſſione, non repetit.*
An Ceſſio facta poſt ſolutionem proſit.
6 *Ex pluribus tutoribus vnus pro communi dolo conuentus ſoluens, a contutore non repetit.*
Soluenti proprium debitum non fit ceſſio.
7 *Soluens pro principali debitore poteſt abſque alia Ceſſione repetere. Eſt tamen neceſſaria Ceſſio ad conſequendam viam exequtiuam.*
8 *Iudices ſuſcipere debent in Iudicio perſonas abſentium.*

DECISIO. XXXX.

IAcobus Bondeſanus tanquam creditor Antonij Piccinini in ſumma ſcutorum triginta ſolutorum vt teſtes deponebant de illius ordine R. Io. Baptiſtæ Carauitæ pro prætio frumentoni venditi eid. Antonio, obtinuit eum condemnari per D. Prætorem Figaroli ad ſolutionem quantitatis præ-

prędictę Appellauit Antonius ſed quia nihil releuans fuit pro eius parte deductum, ex eiſdem actis ſententiam cō firmaui, motus quo-
1 niam de credito ſatis conſtabat per duos teſtes contextes, de ſolutiõne ac de ordine deponentes qui cum non paterentur exceptionem neque contra perſonam neque contra dicta, vtique plene probabãt ex diſpoſitione Iuris Diuini Canonici & Ciuilis *vt dicitur Mattei cap.* 18. In ore duorum Stat omne verbum & *Ioan. cap. 8.* duorum hominum teſtimonium verum eſt *tex. in cap. licet in cap. in omni negotio de teſtibus & in leg. vbi numerus ff. de teſtib.*
2 Et certum eſt quod ſoluenti pro alio de eius ordine, competit actio mandati ad repetendum ſolutum *§. ſi quod autem inſt tit. de fideiuſſ. leg. ſi pro ea* 10. *leg. mandati* 14. *C. mandati leg. qui patitur* 18. *leg. quę fide* 53. *ff. eod. tit. mandati* Immo etiam ſi abſque ordine & mandato
3 Piccinini & eo ignorante ſoluiſſet eius debitum Bondeſanus adhuc ei pro repetitione competiiſſet actio negociorum geſtorum ex quo geſſiſſet vtile negotium debitoris qui cum alterius iactura loquple-tari non debuiſſet *leg ex mandato* 20. *ff. mandati Oinot. in §. ſi qui ł autem n. 3 inſt. tit. de fideiuſſ. idem probat tex. a contrario ſenſu in l fin.*
4 *C. de neg. geſt. ibi poſt denunciationē* qui diſponit in ſenſu directo quod ſoluens pro inuito non repetit licet eũ liberet ab obligatione etiam inuitum *idemque diſponitur in leg. ſoluendo ff. de neg geſt. & inſt. quib. mod. tollitur oblig. in princ. Gratian. diſcept. forens cap.* 150 *n.* 24. vbi quod nec creditor poteſt ſolutionem prædictam recuſare & *in leg. ſolutionem* 23. *ff. de ſolut.* generaliter dicitur quod & per ſolutionem & per ſuſceptionem Iudicij & ignorantes & inuiti liberari poſſunt.
5 Et licet Confideiuſſor ſoluens non reportata ceſſione non repetat a confideiuſſore quia cum teneretur ad ſolidum & nullam haberet confideiuſſoris obligationem, proprium negotium geſſit & proprium debitum ſoluit *leg. vt fideiuſſor.* 39. *ff. de fideiuſſ. leg. cum alter ij C de fideiuſſ. §. ſi plures inſt. tit. de fideiuſſor. & ibi Oinot. n.* 22. *Beltram. ad Lud. Dec.* 190. *n* 4. *Amat Dec. Fer.* 41. *n.* 1. *Surd. Dec* 308. *n.* 8. *& ſeq.* vbi quod nec etiam prodeſt ceſſio facta poſt ſolutionem quamuis contrarium colligi videatur *ex tex. in leg. ſi plures* 27. §.
6 *preterea ff. de fideiuſſ.* Prout etiam dicitur inter ſocios criminum vel quaſi quod ſi ex pluribus contutoribus vnus pro dolo communi cõuentus, totum ſoluat, nihil repetit a participibus quia proprij delicti pænam ſubit Immo nec ceſſionem ſperare poteſt *vt dicitur in leg. p. §. nunc tractemus ff. de tut. Rat. diſtr.* & merito quia ſoluenti pro-

proprium debitum non eſt facienda ceſſio *leg. nulla C.de ſolut. Franc. Dec. 55. n. 7. Rot. Dec. 716. n. 7. par. p. Recentiſſimarum* licet inquam
7 hęc vera ſint, Attamẽ in ſoluente pro principali debitore aliud eſt, poteſt enim abſque alia ceſsione repetere ab eodem contra quem habet obligationem vel conuentionalem vel legalem *ad tex. in d. §. ſi quid autem inſt. tit. de fideiuſſ. & in d. leg. qui fide & in leg. ex mandato C. mandati Buratt. Dec. 470. n. 7.* & licet ibi ſubdat neceſſariam eſſe ceſsionem ad effectum agendi via exequtiua quando per principalem ſub obligatione Camerali promiſſa non eſſet indemnitas, ceſſabat tamen hoc in caſu huiuſmodi diſputatio quandoquidem agebatur ſolum via ordinaria. Et ita dixi vnica tantum parte in-
8 formante ſed pro altera conſideraui *textum in leg. p. C. ſi per vim vel alio modo* ibi Iudices Abſentium ſuſcipiant in Iure perſonas *& in leg. properandum 13. §. ſin autem C. de Iudic.* ibi litigatoris abſentia, Dei præſentia repleatur.

ARGVMENTVM.

Libris mercatorum quando credatur Teſtis ſuper negatiua quomodo deponere debeat, Idemtitas perſonæ ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Libris mercatorum non creditur ſine Adminiculis quæ ſumenda ſunt aliunde quam ex libris.*

2 *Teſtis deponens ſuper negatiua debet remouere ſenſum ab actu & actum a ſenſu & quid ſi ſit alias veriſimiliter informatus & debet reddere rationem licet non interrogatus.*

Filius præſumitur talis, qualem habuit patrem.

3 *Falſa Demonſtratio non vitiat quando de corpore conſtat*

Nominis ſuppoſitio non alterat quando de corpore conſtat.

4 *Duæ Demonſtrationes probant idemtitatem rerum & perſonarum. Amplia vt ibi in fine.*

Duæ Enunciationes in antiquis probant Idemtitatem.

5 *Nomen quod præcedit magis attenditur & quod ſequitur, intelligitur demonſtrationis cauſa adiectum.*

6 *Liber mercatoris verificatus in aliquibus partitis, probat in alijs etiam non connexis, etiam ſi ſint notabiles.*

7 *Libris mercatoris creditur ſtante Statuto vel conſuetudine.*

8 *Inter mercatores creditur eorum libris.*

DE.

DECISIO XXXXI.

IOannes Petrus Garellus vti creditor Iacobi Viuiani in libro deſcripti cum hoc additamento demonſtratiuo (detto Spartura Bottegaro alla Stellata) obtinuit eum grauari pro ſumma petita librarum 60. & debita pro pretio caſei accepti ab eius a poteca vt ex partitis libri in actis exhibiti Appellauit Viuianus ad me tanquam Rotæ Prætorem Et

Primo opponebat non conſtare de Idemtitate perſonę ipſius debitoris ex quo ipſe probauit ſe nunquam fuiſſe Bottegarium.

1 Secundo obiciebat non conſtare de credito, quoniam libro mercatoris vel artificis non creditur niſi concurrant Adminicula *quæ recenſet Guid. Pap. q. 441. Surd. Dec. 199. n. 11. Amat. Dec. Fer. 13. n. 3. Buratt. Dec. 344. n. 9.* quæ quidem ſumenda ſunt aliunde quam ex eod libro *Caſtren. conſ. 149. lib. p. quem ſequitur Rot. Dec. 575. n. 8. par. p. Diuerſ.* Sed prædictis non obſtantibus dixi bene iudicatum Ad primum enim primo reſpondi quod teſtes ſolum deponebant ſe nunquam vidiſſe dictum Iacobum exercentem Apotecam ſed addere
2 debebant quod non potuiſſet exercere quin ipſi ſciuiſſēt quoniam teſtis deponens ſuper negatiua, eam non probat niſi remoueat ſenſum ab actu & actum a ſenſu *gl. in §. ſi vero abſunt in verb. & vidiſſe Auth. de hered. & Falc. Felin. in cap. in noſtra n. 8. in fine de teſtib. Boſſ. in tit. de Defenſ Reorũ n. 15. Clar. lib. 5. com. opin §. fin q. 52. verſ. ſtias autem Ludou. Dec. 42. n. 5. & 6.* vbi videtur ampliare etiam in teſte veriſimiliter informato cum declaratione de qua ibi per eum *Buratt. Dec. 41. n. 2. & Dec. 43. n. 2.* vbi quod gloſa ſupradicta fuit ſemper recepta per Rotam *& ibi Ferentill. n. 9.* vbi etiam quod teſtis deponēs ſuper negatiua debet reddere rationem etiam ſi de ea non fuerit interrogatus.

Accedere poterat quod cum pater conuenti eſſet Bottegarius, potuit creditor veriſimiliter credere filium eſſe eiuſdem profeſsionis ſaltem ad effectum reddendi tolerabilem & excuſabilem errorem ſcripturæ *faciunt tradita per Menocch. de præſ. lib. p. q. 16. n. 24. & 25. & lib. 6 præſ. 58. n. 9. facit tex. in Auth. vt cum de App. cognoſ. in §. Aliud quoque Capitulum verſ. ſi præter voluntatem & tex in leg. In Arenam ij C. de Inoff. teſt. cum vtrobique notatis.*

3 Secundo Reſpondi quod falſa Demonſtratio non vitiat, quando aliunde de corpore conſtat *leg. ſi in nomine C. de teſtam. §. ſi quis in*

nomine inſt. tit. de legat. leg. demonſtratia falſa ff. de cond. & Dem. Rot. Dec. 566. n. 3. par. 2. Recenſ. vbi quod nominis ſuppoſitio conſtituta de corpore perſonæ non alterat diſpoſitionem.

4 Et quamuis duæ demonſtrationes ſufficiant ad probandam Idemtitatem rerum & perſonarum *leg. forma 4. vbi gl. ff. de cenſib. Bart in leg. Demonſtratio falſa ff. de cond. & Dem. n. 14. & ſeq. & poſt Fulgoſ. Soc. & alios Menocch. de Arbitr. Iudic. caſ. 105. n 5.* vbi quod procedit licet variatum ſit in cognomine ac etiam in materia odioſa contra Iaſ. *Latius idem Menocch. de præſ. lib. 6. præſ. 15. n. 39. & ſeq.* vbi quod Idemtitas perſonæ probatur ex ſolo nomine proprio cum alio ſigno demonſtratiuo *Buratt. dec. 132. n. 9.* vbi quod procedit licet aliæ demonſtrationes non conueniant *Amat. Dec. Fer. 51. n. 107.* vbi quod duę enunciationes probãt Idẽtitatem in antiquis; Sed hoc in caſu quatuor Demonſtrationes concurrebant videlicet nomen cognomen ſupranomen locus ſeu patria & ſolum diſcordabat profeſſio vt Reus prætendebat vnde magis omni in caſu credendum erat quatuor ſignis quæ pro idemtitate concurrebant, quam vni quod contra idemtitatem deducebatur Immo licet duæ demonſtrationes conuenirent, & duæ non conuenirent, adhuc Idemtitas remaneret probata dummodo nõ probaretur duas contrarias Demonſtrationes alteri conuenire *Ceauett. conſ. 198. nu. 2. Surd. conſ. 135. n. 19. Rolan. conſ. 65. n. 10. lib. 2. Gratian Diſcept. 883. n. 21.* Confirmari etiam poterant prædicta ex quo ſignum quod non conueniebat, erat nomen appellatiuum profeſſionis vltimo loco

5 expreſſum vnde minus erat attendendum quia nomẽ quod præcedit cenſetur appoſitum diſpoſitiue, & quod ſequitur, demonſtratiue adiectum præſumitur *ad tex. optimum in leg. ſi communis ſeruus 37. ff. de Stip. ſeru. Medices in Tract. mors omnia ſoluit concluſ. 31. n. 83. par. 2.*

6 Ad Secundum vero, Primo reſpondi quod liber mercatoris verificatus in aliquibus partitis prout iſte verificabatur in multis etiam fauorabilibus Aduerſario, præſumitur verus etiam in Reliquis *Iaſ. in leg. Admonendi ff. de Iureiur. n 128. Crauetta conſ. 178. n. 6. Alciat. de præſ. Reg. p. præſ. 16. in fine Menocch. præſ. 63. n. p. lib. 3. Gab. concluſ. 5. de præſ. n. p. Maſcard. de prob. concluſ. 974. n. 71. Gratian diſcept. 171. n. 11. Rot. Dec. 813. quæſt. vltima in par. p. diuerſ. n. 15. & ſeq.* vbi ampliat licet partitæ non verificatæ ſint notabiles & magnimo menti *Surd. dec. 199. n. 3. 12. & 15.* vbi ampliat etiam ſi partitæ non ſint connexæ ſaltem quando mercator erat fide dignus

Buratt.

Buratt. Dec. 31. n. 3. & Dec. 544. n. 14. Secundo reſpunderi poterat quod ſtante Statuto vel conſuetudine quæ videtur vigere Ferrariæ ſaltem in ſummis veriſimilibus creditur libro publici mercatoris *ad tex. in cap. cum dilectus de fid. inſtr. Iaſ. in leg. Admonendi ff. de Iureiur. n. 120.* vbi meminit de conſuetudine Florentiæ & de Statuto Bononiæ *Alios plures refert. Maſcard. de prob. concluſ. 974. n. 16.*

8 *Gratian. diſcept. 171. n. 2.* Tertio dici poterat quod inter mercatores omnino creditur eorum libris *ad tex. in leg. ſi fideiuſſor. §. quadam ff. mandat. Bald. conſ. 198. n. 5. copioſe Maſcard. de prob. concluſ. 974. n. 18.*

ARGVMENTVM.

Solutio in Dubio in quam cauſam cedat. Compenſatio quando admittatur. Libris mercatorum quando credatur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio non facta declaratione & in dubio cedit in cauſam antiquiorem ſi non adeſt cauſa dubior.*

2 *Debet attendi qualitas ſub qua fit actus.*

3 *In ſeparabilibus poteſt quis conſiderari tanquam ipſe & tanquam alius.*

4 *Heres conuentus vt heres pro debito hareditario non vtitur priuilegio ſibi competenti tanquam ſibi. Et aliquis vt heres poteſt impugnare Rem iudicatam contra ſe.*

5 *De credito alieno non fit compenſatio.*

6 *Alius pro alio ſoluere poteſt ſed non compenſare.*

7 *Heres cenſetur vna & eadem perſona cum defuncto etiam ſi ſit heres heredis.*

8 *Promittens de facto ſuo tantũ tenetur etiam de facto defuncti vel heredis.*

9 *Creditur libris mercatorum adminiculatis preſertim in modicis & veriſimilibus partitis.*

10 *Libris ſcriptis durante negotio, creditur etiam eo finito.*

11 *Libris defuncti magis creditur.*

Mors addit vim iuramenti.

12 *Fauendum eſt mercatoribus ob publicam vtilitatem.*

Negotiatores in Ciuitate neceſſarios duxit plato.

Mercatores eſſe quintum elementum dixit Bald.

DECISIO. XXXXII.

DD. Hercules de Rubeis tanquam hæres Bernardini eius patris creditor in lib. a 11. DD. Hypoliti & fratrum de . . . . . . pro rebus acceptis ex fundaco Bernardini prædicti, obtinuit eos grauari pro quantitate petita. Appellarũt illi & dicebant omni in

caſu

caſu compenſandas eſſe ſolutiones ab eis factas & de quibus conſtabat ex receputis eiuſd. Bernardini quas tamen mihi viſum eſt non ſuffragari ad effectum de quo agebatur quoniam in eis Bernardinus fatebatur ſe recepiſſe ab Andrea & Hypolito hæredibus domini Doctoris eorum patris cum quo Rubeus oſtendebat alias partitas rerum ei creditarum per Bernardinum vnde cum illis facienda erat compenſatio vel excomputatio.

1 Primo quia ſolutio, non facta declaratione & in dubio cedit in cauſam antiquiorem quando non apparet cauſa durior *leg. In ijs vero 5. ff. de ſolut. leg. vbi fideiuſſor. ff. eod. Rot. Dec. 113. n. 3. par. p. diuerſ. & coram Ludou. Dec. 366. n. 5. & Dec. 521. n. 9. & ibi Beltram. n. 15. & coram Buratto Dec. 541. n. 5. & ibi Ferentill. n. 6. & 7. Et ad materiam magiſtraliter per triginta quatuor concluſiones Gratian. diſcept. forens cap. 224. per tot.*

Secundo quia cum filij ſoluerint tanquam hæredes patris, ſatis videntur declaraſſe ſe ſoluere debitum hæreditarium patris *ad late tradita per Euerard. in topica in loco a tanquam ſeu Reſpectiuis* & quia

2 ad ſpecificandum actum debet attendi qualitas ſub qua fit actus *cap. quoniam Abb. de off. deleg. & ibi Canoniſt. gl. & Bart. in leg. Mãcipia C. de ſeruis fugit. Rot. Dec. centeſima n. 5. par. p. diuerſ. & coram Seraph. Dec. 1103. n. 3.* vbi quod præſumitur actum facere vti talis qui ſe talem in eo nominat. Quemadmodum etiam Rubeus ab eis ſic recipiendo ſatis declarauit exegiſſe quod debebat pater prędictorum ſoluentium vnde cum adſit Declaratio tam debitorum ſoluentium quam creditoris exigentis, omni diſputatione ceſſante debet attendi cauſa declarata & in eam cedet ſolutio *iuxta tex. in leg. p. ff. de ſolutionibus cum alijs prallegatis.*

3 Tertio quia cum fratres prædicti ſuſtinerent duplicem perſonam poterant in ſeparabilibus conſiderari & tanquam ipſi & tanquam alij *ad tex. in leg. ſi pater §. ſi duo ff. de adopt. & in leg. p. §. communis & in leg. ſeruus 1. ff. de ſtip. ſeru.* vbi communis ſeruus duorum ſeruorum perſonam ſuſtinet *& in leg. ſi fundum 81. ff. de leg. p.* ibi communis ſeruus quaſi deo ſerui ſunt *Cranett. de Antiq. temp. par. 4. n. 142. Rot. Dec. centeſima n. 5. par. p. diuerſ. Amat. Dec. Fer. 8. n. 17.*

4 *& 18.* ſic hæres conuentus vt hæres pro debito hæreditario non vtitur particulari priuilegio ſibi vt ſibi competenti *leg. hæres abſens leg. ſi is ff. de Iudic. Surd. Dec. 296. n. 2.* ſicut econuerſo aliquis tanquam hęres venire poteſt contra Rem iudicatam ſententiæ latæ

con-

contra ipſum vt ipſũ *vt probat tex. in leg. modeſtinus 10. ff. de exceptiõ.*
videbatur ergo quod fratres prędicti compenſare non poſſent cum
5 debito proprio creditum hęreditarium quoniam id eſſet compen-
ſationem facere de credito alieno quod non licet *leg. eius 9 C. de cõ-
penſ.* ibi eius quod alij debetur compenſatio fieri non poteſt *Ludou.
Dec. 366. n. 2. & 7. Buratt. Dec. 325. n. 12.* vnde colligitur quod
6 compenſatio non habet in hoc vim ſolutionis & ſic fallit *lex. fin C.
de compenſ. cum alijs adductis ſup. Dec. 31. n. 3.* quoniam alius pro alio
licet volente compenſare non poteſt & tamen alius pro alio ſol-
uere poteſt & eum liberat licet ignorantem, & inuitum *inſt. tit.
quib. mod. toll. oblig. in princ. leg. ſoluendo ff. de neg. geſt.* nec poteſt cre-
ditor huiuſmodi ſolutionem recuſare *vt dixi ſup. Dec. 40. n. 3* ma-
gis tamen incumbo primis fundamentis quoniam hoc forte poſſet
euitari *ex traditis per gl. in leg. eius in fine C. de compenſ.* in illis verbis
7 quod dicit debetur alij, dic omnino Alij, at defunctus non eſt om-
nino alius ab hærede cum hæres cenſeatur vna atque eadem perſo-
na cum defuncto *Auth. de Iureiur. a mor. preſ. in princ.* quod verum eſt
etiam in hęrede hęredis *ad tradita poſt Menocch. Bellon. Fuſar. & Rotã
8 per Ferentill. ad Buratt. Dec. 154. n. 7.* vnde promittens de ſuo facto
tantum, tenetur etiam de facto autoris defuncti ac etiam de facto
hæredis *leg. ſtipulatio iſta habere licere verſ. ſed ſi ſe ff. de verb. oblig.
leg. ſi neceſſarias §. de vendendo ff. de pign. action. gl. in leg. ſi ſeruus in
princ. in verb. intereſt ff. de condic. furt. Cremenſ. ſing. 31. incipit ſæpe
iſtud de communi Euerard. poſt alios in loco a natura dictionum taxatiua-
rum limit. 4.* vbi oſtendit dictionem taxatiuam non excludere per-
ſonam hæredis neque authoris *plene Ant. Gab. Concluſ. 5. de verb. ſig.
n. 21. Tiraq. de Retract. conuent. §. 1. gl. 6. n. 4.*
9 Quo vero ad debitum proprium dictorum fratrum, de eo conſta-
bat ex libris mercantilibus & adminiculatis quibus eſt habenda fi-
des *iuxta tradita per Giud. Pap. q. 441. per tot. Buratt. Dec. 344. n. 9.*
præſertim in ſummis modicis & veriſimilibus *Menocch de Arbitr. Iud.
caſ. 91. n. 17. & 18. vbi plus dixit Maſcard. de prob. concluſ. 974 nu.
13. Trentacinq. var. Reſol. cap. 7. n. 17 de prob.* quibus quidem libris
10 cum eſſent conſcripti tempore quo Bernardinus mercaturã exer-
cebat erat etiam credendum poſt quam ille deſijt exercere *leg. Præ-
tor ait §. Item qui etiam deſijt ff. de eden. & poſt Ang. Butrig Alex. Iaſ.
Maſcardus de prob. concl. 973. n. 25. Straccha de mercatura tit. quomodo
11 in cauſ. mercat. proced. n. 34.* quod magis procedit in libris Defun-

cti quibus magis creditur quam libris viuentis *ad tex. in leg. qui cum maior §. fin. ff. de Bon. libert. Bart. in leg Admonendi n. 27. Iaſ. n. 120. ff. de Iureiur. Maſcard. de prob concluſ. 973. n. 3. 7. & 8. Amat. Dec. Fer. 3. n. 28. & n. 29* vbi quod mors addit vim Iuramenti.

12 Accedat quod fauendum eſt mercatoribus ratione publicæ vtilitatis *ad tex. in leg. ſi quis mancipijs §. ſi impubes ff. de Inſtit. action.* ibi propter vtilitatem promiſcui vſus *facit tex. in leg. 2. ff. de nundin.* ibi ſummæ prudentiæ & authoritatis apud Grecos Plato negociatores in Ciuitate neceſſarios duxit & plus dixit *Bald. conſ. 348. n. 4. lib. p.* mercatorum & compeſorum maſſam eſſe quintum elementum *Straccha de mercatura par 2. tit. p. n. 40.*

A R G V M E N T V M.

Venditor de vitio Rei venditæ quando teneatur. Pluralitas vel Idemtas quando præſumatur vel ſit probanda & a quo.

S V M M A R I V M.

1 *Non licet acceptare creditum abſque debito contrapoſito.*
2 *Ex Capitulis habitis pro confeſſis Reſultat ficta confeſſio quæ vere probat*
3 *Venditor tenetur de vitio Rei etiam ignorato & quare.*
4 *Præſumitur ſcientia qualitatum Rei propriæ.*
5 *Fides etiam mercatoris Communitatis, Datarij non facit fidem.*
6 *Senatus cenſuit non teſtimonijs ſed teſtibus eſſe credendum.*
7 *Caſus in quibus fides facit fidem Remiſſiue.*
8 *Pluralitas actuum non præſumitur & quare.*
9 *Idemtitatas actuum quando eſt fundamentum intentionis alicuius eſt probanda per eum.*
10 *Pluralitas rerum præſumitur & quomodo:*
11 *Venditor, de vitio patenti Rei venditæ non tenetur & quare.*
Quæ commendandæ Rei gratia dicentur & palam ſunt, non obligant.
12 *Licet contrahentibus ſe ſine dolo decipere infra dimidium iuſti pretij etiã de iure Canonico.*

D E C I S I O. XXXXIII.

CHriſtoforus Bellina tanquam Creditor Andreæ Valentini in ſumma lib. 228. pro reſiduo pretij Butiri obtinuit cum grauari coram Illuſtriſſimo Prolegato & cauſa ab eodem commiſſa D. Locumtenenti in ſtatu & terminis etiam cum facultate reponendi, ille mandauit ad vlteriora procedi Appellauit Andreas ad me tanquam Rotæ Prætorẽ Et ego cauſa cognita dixi exe-

quen-

quendum eſſe grauamen motus quoniam de credito conſtabat nõ ſolum ex libris quibus videbatur credendum ex dictis alibi & præſertim cum continerent partitas Realium quadraginta & Realium
1 viginti ad creditum debitoris qui propterea acceptare non poterat creditum abſque debito contrapoſito *Pariſ. conſ. 9. n. 2. lib p. Crauett. conſ. 275. n. 4. Rot. Dec. 650. n. 2 par p. Recenſ. & coram Ludou. Dec. 377.*
2 *n. p.* ſed conſtabat etiam ex Capitulis pronunciatis pro confeſſis ex quibus reſultat ficta quidem confeſſio ſed quę vere probat *ad tex. in cap. 2. de Confeſſ. in ſex. vbi gl. in verb. Confeſſo Seraph. Dec. 408. nu. 2. & 4. Miccalor. de poſition. cap. 3. n. 2. dixi Plenius Dec. 67. n. 6. & ſeq.*

Neque obſtabant fides productæ ad oſtendendam prætenſam ve-
3 tuſtatem immo putredinẽ Butiri de quo vitio teneri videbatur venditor ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit quia parum intereſt emptoris an decipiatur ignorantia uel calliditate venditoris *vt inquit tex. in leg. p. §. cauſa ff. de edilit. edict.* & quia ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris *vt inquit Bald. in d. leg. p. n. 3. ff. de edil. edic.*
4 Sed quod magis eſt, ſcientia qualitatum Rei proprię pręſumitur *ad tex. in leg. quis quis vbi Bart. C. de Reſcind. vend Bertrand. conſ. 26. n. 7. lib. p. Surd. conſ. 13. n. 30. & Dec. 146 n. 13.* Non obſtabant
5 inquam fides primo quia cum non fuerint parte citata recognitæ, fidẽ non faciunt *cap. 2. in fine & cap. nuper de teſtib. Seraph Dec. 1280. n. p. & prius Dec. 106. n. 3.* vbi loquitur in fide Cõmunitatis *Amat. Dec. Fer. 30. n. 12.* vbi loquitur de fide mercatoris *Buratt. Dec. 835.*
6 *n. 4.* vbi loquitur in fide Datarij & quod ſine iuramento & citatione non probat *facit tex. in leg. 3. ff. de teſtib.* vbi ſenatus cenſuit non teſtimonijs. Sed teſtibus eſſe credendum. Nec vereſabamur in
7 caſibus in quibus fides etiam non recognita parte citata, probat exceptis *per Seraph. Dec. 415. n. 5. & Dec. 755. n. 3. & Dec. 1296. n. 10. & per Buratt Dec. 444. n. 6. & Dec. 688. n. 17. vbi Ferentill.*
8 Secundo non obſtabant quia non percutiebant Idemtitatem butiri & licet pluralitas actum Regulariter non pręſumatur *gl. in leg. omnium C. de teſtam. Felin. in cap. cum Ioannes n. 7. de fid. Inſtrũ. Menocch. de pręſ. lib. 6. pręſ. 15. n. 6. & 7.* vbi addit rationem quoniam facta
9 non pręſumuntur niſi probentur, attamen quando idemtitas etiam actuum eſt fundamentum intentionis, probanda eſt ab eo qui ſe fundat in illa *vt poſt Zabarell. Crauett. Ruin. & alios, probat Maſcard. de prob. concluſ. 874. n. 11. & 12. Menocch. de pręſ. lib. 6. pręſ. 15. n.*

3. Lu-

10 3. *Ludouiſ. Dec. 195. n. 1.* Quę fortius procedunt in idemtitate rerum ſiue mobilium ſiue ſtabilium quarum pluralitas facilius pręſumitur aduerſus eum qui deducit idemtitatem *ad tex. in leg. in Rē in fine ff. de Rei vindic. leg. p. §. ſi quis argentum ff. depoſ. Felin. in cap. Auditis n. 27. de preſ. Ruin. conſ. 65. n. 3. lib. 5. & poſt alios Menocch. lib 6. preſ. 15. n. 26. & ſeq. Amat. Dec. Fer. 3. n. 22.* vbi poſt multos probat pluralitatem rerum ſimpliciter pręſumi licet non pręſumatur pluralitas poſſeſſionum ſeu villarum eiuſdem nominis.

Tertio quia quatenus etiam fides prędictę concluderent, debebat tamen res vendita prout erat vitioſa reſtitui & intentari vel Actio Rhedhibitoria vel quanto minoris *iuxta tex. in leg. Ob quę vitia ff. de edil. edict. & gl. ibi in verb. ex empto & ibid. tradita per ſcribentes.*

11 Quarto quia cum prętenſum vitium Rei venditę eſſet patens & nō latens, de illo venditor non tenebatur quoniam ſic vendendo non decepit emptorem immo emptor ſic emendo ipſe ſe decipit & ſe circumuenit *vt loquitur tex. in leg. immo eum 16. ff. de liber. cauſ.* Nec dolo facit qui non vltro inſtruxit emptorem ſed qui decepit *vt recte inquit tex. in leg. Rectiſſime 14. ff. de liber. cauſ. leg. p. §. ſi intelligitur ff. de edil. edict. & ibi gl. in verb. intelligatur Surd. Dec. 146. n. p. & 2. & fortius probat tex. in leg ea quę 42. ff. de contr. empt.* vbi quod quę commendandę Rei gratia dicuntur & palam ſunt, venditorem non obligant vt ſi ſeruum dixerit ſpecioſum ſecus ſi litteratū *idemque probat tex. in leg. ſciendum 19. ff. de edilit. edict.* niſi fortaſſe cęcus

12 eſſet emptor tunc enim limitari poſſent iura prędicta. Immo licitum eſt contrahentibus ſe circumuenire & circumſcribere ac ſine dolo decipere infra dimidium iuſti pretij *leg. in cauſę 17. §. idem pomponius ff. de minor. leg. item ſi pretio 22. §. fin ff. locat.* quod obtinet etiam de iure Canonico *cap. cum dilecti, cap. pen. de empt. & vendit. Stracca de mercatura par. 2. cap. p. n. 6.* & licet *gl. in leg. Iulianus in princ. ff. de action. empt. & in leg. item pretio §. fin. ff. locati* intelligant expreſſe prędicta vera eſſe in pretijs non autem in vitijs Rerum vēditarum, debet tamen etiam gloſa intelligi in vitijs latentibus nō autem in patentibus vt probant iura patentia *in prelegata leg. ſciendum & leg. ea quę* & ſi bene leges legibus concordantur *leg. vnic. C. de Inoff. Dot.* optime per textus gloſa gloſabitur.

AR-

ARGVMENTVM.

A laudo an detur Appellatio ſuſpenſiua. Clauſula ſi quid exequendum quid importet.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt per pactum Appellationi Renunciari & poſt & ante ſententiam Amplia vt ibi.*

2 *A laudo de Iure non datur Appellatio.*

3 *Quod magis procedit in compromiſſo voluntario.*

4 *Pendente Reductione ad Arbitrium boni viri non ſuſpenditur exequtio laudi.*

5 *Ex For. St. Per. laudum ex compromiſſo etiam neceſſario habere exequtionem paratam.*

6 *Poteſt Statutum appellationem prohibere.*

7 *Clauſula ſi quid exequendum ſuſpendit exequtionem donec fuerit cognitum de iuſtitia ſententiæ.*

8 *Petens exequtionem vigore dictæ Clauſulæ debet ſententiam ex eiſdem actis iuſtificare fallit quando Reus nouis probationibus vtitur.*

9 *Appellatio actoris in effectu habet ſolum effectum deuolutiuum.*

DECISIO. XXXXIV.

ARbiter electus a partibus cum pacto de non appellando declarauit Dominicum Arianum Creditorem Iulij & fratrum de nigris in ſola ſumma ſcutorum 178. Appellante Dominico Illuſtriſſimus Vicelegatus commiſit mihi tanquam Rotæ Prætori Reductionem ad Arbitriũ boni viri cum Clauſula ſi quid exequendum. Dicebatur autem eſſe exequendum laudum.

1 Primo ſtante pacto de non appellando appoſito in inſtrumento cõpromiſſi cum Renunciatione Reductione ad arbitrium boni viri *ad tex. in leg. fin. C. de temp. appellat.* ibi pactionem firmam eſſe cenſemus & legum auſteritatem pactis litigantium metigari & *in leg. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact.* ibi Iudex nullo alio diſcuſſo iuſtam conuentionem veluti confeſſi ſequetur qui tex. loquitur poſt ſententiam ſed ante ſententiam *loquitur tex. in leg. p ff. A quibus appell. non lit.* ibi qui ante ſententiam profeſſus eſt non appellare, indubitate prouocandi auxilium perdit *Rim. Iun. conſ. 450. n. 14. Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. null. n. 16. & ſeq. Idem Rim. conſ. 93. n. p. & ſeq.* vbi quod promittens ſtare ſententiæ ſaltem cũ Clauſula quæcunque ſit vel ſimili, cenſetur appellationi Renunciaſſe.

2 Se-

2 Secundo ex Diſpoſitione Iurris communis præſertim quando fuit. Renuntiatum Reductioni ad Arbitrrium boni viri vn ſup. non datur Appellatio a laudo neque Reductio niſi ex capite notoriæ læſionis enormiſſimæ *Bart. in leg. ſocietatem §. arbitrorum n. 24. ff. pro Soc. Iaſ. in leg. nemo poteſt ff. de leg. p. n. 66.* vbi quod nec pactum valet vt a ſententia Arbitri poſſit Appellari *Caſſad. Dec. vnic. de empt. & vend. n. 3. Marant. de ord. iudic. tit. de appellat. n. 115. Puſett. conſ.*
3 *79. n. 3.* vbi quod Requiritur læſio in ſexta, tertia vel Dimidia ſecundum varias opiniones Quod magis procedit in compromiſſo facto ex ſpontanea voluntate partium & non ex legali neceſſitate Statuti *leg. diem proferri §. ſtari ff. de Arbitr. Iaſ. in leg. Admonendi ff.*
4 *de Iureiur. n. 43. in Repet.* Immo quod etiam pendente Reductione non poſſit exequtio retardari, *firmat Zacchia de oblig. Camer. quæſ. 19. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 10. limit. 2. n. 33. Caputa quen. Dec. 180. lib. p. Buratt. Dec. 650. n. p.*
5 Tertio ex Diſpoſitione Statuti Fer. lib. 2. cap. 72. Laudum habet paratam exequtionem & eſt inappellabile etiam ex capite læſionis
6 enormiſſimæ vel minoris ætatis quod autem poſſit in caſibus, Statutum appellationem prohibire quando habet ſuperioris confimationem non dubitatur *Rolan. conſ. 29. n. 14. lib. p. Beninten. Dec. Bonon. 96. Caualcan. Deciſ. 10. n. 27. par. p. Magon. Dec. Lucenſ. 15. num. 11.*
7 Sed quia Clauſula ſi quid exequendum ſuſpendit exequtionem donec fuerit cognitum de iuſtitia *Gratian. Diſcept. 698. n. 3. Rot. Dec. 487. n. 7 par. 3. Diuerſ. & coram Buratt. Dec. 650. n. 2. & corã Coc-*
8 *cin. Dec. 216. n. 3.* Immo petens exequtionem vigore huius clauſulæ tenetur ſententiam iuſtificare ex eiſdem actis *Mareſcott. lib. 2. var. Reſol. cap. 121. n. 20 Seraph. Dec. 987. n. 2. & 6. Ferentill. ad Buratt. Dec. 650. quæ eſt Ferrarien. compromiſſi de taſſonis n. 17. &* 19. vbi limitat niſi Reus nouis probationibus vtatur ad impediendam exequtionem, quia tunc poterit etiam Actor noua deducere ad elidendas dictas probationes quod relatis alij Rotæ Deciſionibus firmat etiam *Beltram. ad Ludouiſ. Dec. 581. n. 12.*; propterea volui merita deguſtare quantum ſatis fuit ad effectum exequendi, prout exequi mandaui eo facilius quo exequtio quod nouum videtur ſed verum, erat fauorabilis appellanti dum ipſi ſoluebatur ſumma laudata per Arbitrum & pro prætenſo reſiduo remanebant ei iura illæſa in deuolutiuo plenius diſcutienda & cum Reus ab huiuſmodi

reſi-

reſiduo fuerit abſolutus, abſolutio ipſa ſecum trahit exequtionem
9 & Appellatio actoris non habet in effectu niſi effectum deuolutiuũ *vt bene declarat Scaccia de Appellat. quaeſ. 17. limit. 7. n. 27.*

ARGVMENTVM.

Exceptio Diſcuſsionis quando locum habeat & quando ceſſet: Fideiuſſor Indemnitatis quando poſsit agere nõ intimatis moleſtijs.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non admittit appellationem ſuſpenſiuam.*

2 *Non poteſt fideiuſſor etiam Indemnitatis conueniri niſi diſcuſſo principali.*

3 *Diſcuſſio non requiritur parte non opponente.*

Item ceſſat ſtante obligatione Camerali.

4 *Fideiuſſori Indemnitatis debent intimari moleſtia. Amplia vt ibi.*

5 *Quando promiſſor Indemnitatis teneatur non intimatis moleſtijs.*

6 *Quando conſtat de Iuſtitia euictionis, venditor tenetur etiam non facta Denunciatione.*

7 *Non eſt citandus ille cui certum eſt nullam competere defenſionum.*

DECISIO XXXXV.

ALbertus oppeanus fideiuſſit de tuto carcere pro Bartolomeo Marciario ſub pœna ſcutorum quinquaginta & Galeatius Soncinus relauare promiſit indemnem dictum Albertum qui iuridice coactus ſoluit penam prædictam & obtinuit retorqueri grauamen aduerſus Galeatium releuatorem qui tamen appellauit & cauſa mihi Rotę Prętori commiſſa cum Clauſula ſi quid exequendum, viſis videndis, mandaui exe-
1 qui quoniam Cameralis obligatio non admittit obligationem ſuſpenſiuam *Veſtr. in praxi lib. 7. cap. 3. n. 17. Galleſ de oblig. Cam. par. 3. tit. de ſequeſtr. n. 20. Marcheſan. de commiſſ. par. 2. cap. 2. n. 27. & 28. & cap. 5. n. 7. & 10. Lancellott. de attent. par 2 cap. 21. limit. 13. n. 59. Scaccia de Appellat. quaeſt. 17. limit. 9. n. 4. & ſeq.* vbi addit Rationes *Buratt. Dec. 779. n. p. & Dec. 910. n. p.* vbi quod habet exequtionem paratam *& Dec. 869. n. 2. & Dec. 206. n. 24.* vbi quod non admittit exceptiones dubias.

2 Non obſt. quod ante fideiuſſorem Indemnitatis videretur diſcutiendus marciarius principalis *ad tex. in Auth. præſente C. de fideiuſſ. late Gab. concluſ. p. de fideiuſſ. n. p & n. 21. vbi poſt Alex. Marſil. Curt.*
3 *Corn* quod id locum habeat etiam in fideiuſſore Indemnitatis nam Reſpondetur quod cum pars in iudicio non oppoſuerit huiuſmodi

ex-

exceptionem, iudicium parte non opponente recte proceſſit *gl. &*
Bart. in leg. ſi mancipium ff. de euiction Idem Bart. in Auth. hoc ſi debitor
in fine C. de pignor. Socin. Reg. 124. in 6. limit. & poſt alios Gab. con-
cluſ. p. de fideiuſſ. n. 59. Immo huiuſmodi exceptio erat opponenda
ante litem conteſtatam *iuxta ſententiam eorum quos retuli Dec. 33. n.*
13. prçterea ceſſat Diſcuſsio ſtante obligatione Camerali *Surd. Dec.*
44. n. 16. & 17. & poſt Galleſ. Buratt. Dec. 441. n 8. Non obſt. no-
4 torium grauamen deductum ex eo quod Soncino non fuerint ab
initio Iudicij intimatç, moleſtiç vt requirebatur *ad tex. cum ibi not.*
in leg. emptor. 8. *C. de euiction. & tradita per Seraphin Dec. 1024. n. p.*
vbi quod fideiuſſor Indemnitatis dicitur obligatus ſub conditione
ſi Damnum ſequatur ſine culpa damnum paſsi. Immo huiuſmodi
denunciatio neceſſaria videbatur licet Soncinus aliunde ſciuiſſet
cum ordinata ſit non ſolum ad certiorandum ſed etiam ad incitan-
dum *ad tradita per gl. & Bart. in leg. p. in fine ff. de action. empt. Gamb.*
5 *Dec. 79. Riccius Collect. 91.* non inquam obſt. nam Reſpondetur
quod quando conſtat de iuſtitia ſententiç & quod nulla compete-
bat defenſio, promiſſor Indemnitatis teneri videtur etiam non in-
timatis moleſtijs prçſertim quando fideiuſſor cauſam defendit vt
fecit oppeanus *ad tex. in d. leg. emptor. & tradita per Caball. de euictio.*
§. 3. n. 73. verſ. Tertio limitatur & n. 114. & per Amat. Dec. Fer. 3.
6 *n. 24.* Ita quando conſtat de Iuſtitia Euictionis tenetur venditor
etiam ſi ei emptor nihil denunciauerit iuxta veriorem & commu-
niorem ſententiam *quam poſt Fulgoſ. Alex. Soc. Natt. Couar. & alios*
ſequitur Facchin controu. Iur. lib. 2. cap. 31. Riccius Collect. 91. Surd.
Dec. 22. n. 9. & videtur probat tex. in leg. emptorem ff. de action. empt.
& faciunt tradita per Imol. in leg. fin ff. de contr. empt quem ſequta eſt
Rota coram Seraph. Dec. 1024. n. 5. vbi quod quando Res euincitur
ex confeſsione emptoris, venditor non tenetur niſi tamen aliunde
conſtet de veritate confeſsionis *& probat etiam Surd. d. Dec. 22. n.* 8.
7 & eſt generaliter verum quod non eſt citandus ille cui nulla com-
petit oppoſitio & cui nullum ius competere manifeſtum ſit *leg. 2. §.*
quod de frumentaria ff. de Adminiſtr. rerum ad Ciuit. pertin. vbi Bart.
Abb. in cap. ex inſinuatione ſub finem de Appell. Felin. in cap. Eccleſia
Sanctæ Mariæ de Conſtit. n. 20. Gratian. diſcept. forien cap. 339. n 25.
vbi quod citatio poteſt omitti ſtante notorio non iure & defectu
Defenſionis.

ARGVMENTVM.

Quando liceat vnicuique in ſuo ædificare vel aliud facere etiam cum damno vicini.

SVMMARIVM.

1 *Preceptum cum Clauſula iuſtificante, parte comparente, reſoluitur in Citationem.*

2 *Licet in ſuo facere etiam cum damno vicini dummodo non intendatur.*

3 *Aliud eſt Damnum ſentire, aliud eſt lucrum amittere.*

4 *Fodiens in ſuo & vicini fontem auertens non tenetur niſi vt ibi.*

5 *Opus quod prodeſt facienti, non preſumitur factum animo, alteri nocendi.*

6 *Cælum quod ſupra ſolum publicum eſt, liberum eſſe debet.*

7 *Licet in ſuo aperire feneſtram licet per eam inſpiciatur in domum vicini. fallit vt num. 9.*

8 *Non tentur quis in feneſtris crates ferreas tenere nec reponere.*

9 *Non licet habere feneſtras proſpicientes in monaſterium monialium.*

10 *An liceat eas habere proſpicientes in ſeminarium.*

11 *Moniales debent eſſe Remota ab humanis aſpectibus.*

12 *Monaſteria Monialium debent longe abeſſe a Monaſtoriјs monacorum & quare.*

13 *Viſitatio & oculacis inſpectio eſt ſuperlatiua probatio & ſuperat omne genus probationis.*

14 *Paries præſumitur illius qui habet in eo feneſtram.*

15 *Aliud eſt reficere, aliud de nouo facere etiam ſi agatur de Re in totum deſtructa.*

16 *Poſt Decennium licentia præſumitur præceſſiſſe.*

17 *Rati habitio mandato comparatur etiam vbi ſpeciale requiritur.*

18 *Non intereſt an voluntas præcedat vel ſequatur.*

19 *In facultatiuis non præſcribitur niſi vt ibi Amplia vt ibi.*

20 *Res preſumitur libera donec probetur ſeruitus.*

21 *Seruitus tam perſonlis quam Realis eſt inimica naturæ. Quid ſit libertas. Et quid ſeruitus.*

22 *Inferioris fundi natura eſt ſuperiori deſeruire: limita vt ibi.*

23 *Preſumptio Iuris transfert in Aduerſarium onus probandi.*

24 *Clauſula ſine preiudicio exequtionis preſeruat Iudici a quo ius exequēdi. Limita quo ad expenſas quas tamen includit Clauſula parito Iudicato ſed non Clauſula parito Breui.*

DECISIO XXXXVI.

FRanciſcus Simalatus obtinuit præcipi Gentili piemonteſię vt Clauderet feneſtram reſpicientem in Domum ipſius inſtantis ſed pręceptum fuit redactum ad terminos iuris, habebat enim Clauſulam iuſtificantem ſi quis ſe grauatum ſenſerit, compareat &c. quæ operatur vt par-
1 te comparente, præceptum reſoluatur in ſimplicem citationem *Bart. in leg. ne quicquam n. 10. ff. de off. proc. vbi etiam Iaſ. n. 6. & poſt Ruin. Rimin. & Seraph. Buratt. Dec. penult. n. 3.* poſt modum facta loci viſitatione Domini Conſules abſoluerunt Gentilem a petitis pro parte Franciſci qui appellauit ad me tanquam Rotæ Prætorem Ego vero credidi & dixi bene fuiſſe iudicatum per Dominos Conſules & eorum Dominum Conſultorem.

Primo quoniam Gentilis fundatam habebat intentionem in Diſ-
2 poſitione iuris communis ex qua licet vnicuique in ſuo facere quicquid libet dumodo non immittatur in alienum, ac etiam cum damno vicini dummodo illud non intendatur & faciens intendat ſibi prodeſſe & non alteri obeſſe & ſic poteſt quilibet in ſuo fodere vſque ad centrum & tollere vſque ad Cęlum & omnino poteſt de iure quicquid de facto poteſt *ad tex. in leg. Altius vbi DD. C. de ſeruit. leg. Fluminum cum ſeq. ff. de Damn. infect. leg proculus 26. ff eod. tit.*
3 *de Damn. infect.* vbi quod licet de damno promiſerim, poſſum tamen altius tollendo lumen auferre, quia vicinus ex eo non dicitur damnum ſentire ſed lucrum amittere *leg. p. §. Idem aiunt ff. de aqu.*
4 *plu. Arcen.* vbi ſi quis in ſuo fodiens vicini fontem auertit, non tenetur ſi non animo nocendi ſed ſuum agrum meliorem faciendi id
5 fecit *Buratt. Dec. 38. n. p.* vbi quod non præſumitur opus fieri animo nocendi vel emulandi niſi quando ædificans nullam ex opere conſequitur vtilitatem *vt declarat etiam poſt alios Ferentill ad Buratt.*
6 *Dec. 631. n. 27. & idem Buratt. Dec. 668. n. 2.* ſic etiam Cælum quod ſupra ſolum publicum eſt liberum eſſe debet & publicum *leg. p. ff. de ſeruit. vrban. pręd.*

7 Secundo in ſpecie licet Plutarch. in Commentar. de Curioſitate moraliter dixerit. Feneſtras quibus in viciniam proſpicis & Diuerticula Curioſitatis occlude. Alia aperi quæ in conclaue tuum & in familiæ cellas ducant, legaliter tamen loquendo. Quod liceat in ſuo aperire feneſtram, quamuis per eam inſpiciatur in Domum vicini, *eſt tex. grecus in leg. 12. C. de edific. priuat.* ibi & luciferas & proſpecti-

pectiuas feneſtras *& poſt Bald. in d. leg p. C. de ſeruit. docet Cepoll. de ſeruit. vrban. præd. cap. 55. n. 3. & cap. 62 de feneſtra n. p Vrſill. ad Afflict. Dec. 225. Gratian. diſcept. 752. n. 81.* vbi quod nec tenetur
8 quis in feneſtris crates ferreas tenere nec eas reponere quamuis eas prius tenuiſſet & remouiſſet. *Buratt. in Romana altius non tollen-*
9 *di Dec. 631. n. 21. & 23.* vbi libertas legis Altius quo ad feneſtras proſpectiuas ſolum limitatur quando proſpiciunt in monaſteria
10 monialium vel ſeminaria puerorum Immo quo ad ſeminaria fuit receſſum a Reciſis *vt teſtatur ibi Ferentill. nu. 18.* ex quo textus *in cap. p. de St. Reg. in ſex.* ſolum loquitur de monialibus quæ debent
11 eſſe ſeparatæ vt ibi dicitur ab humanis & mundanis conſpectibus prout etiam a monaſterijs monacorum *vt eſt elegans tex. in Can. mo-*
12 *naſteria 18. q. 2.* ibi Monaſteria puellarum longiuſa monaſterijs. monachorum vel propter inſidias Diaboli vel propter obloquutiones hominum collocentur.

Quod autem Gentilis in ſuo proprio pariete feneſtram aperuerit,
13 probatum fuit ex viſitatione loci & ſic ex inſpectione oculari & euidentia facti quæ ſuperat omne genus probationis *Bald. in leg. cōtra negantem in fine C. de leg. Aquil. Marant. de ord. Iud. tit. de concluſ. in cauſ. n. 6. Maſcard. de prob. concluſ. 8. n. 5.* vbi quod eſt fortior probatio de mundo *poſtius de manuten. obſeru. 101. n. 3.* vbi quod eſt ſu-
14 perlatiua probatio Et in dubio etiam paries præſumitur proprius illius qui habet in eo feneſtram perforantem totum murū *gl. in leg. ſi ędes ff. com. diuid. & poſt Caſtren. Soc. & alios Menoch. de præſ. lib. 6. præſ 73. nu. 11.*

Non obſt. *St. lib. 2. cap. 9.* quo prohibetur ne quis in ſuo nouum opus & in ſpecie feneſtram nouam faciat niſi concordauerit cum vicino vel a Conſulibus licentiam inpetrauerit.

Primo enim Reſpondetur quod non agitur hic de nouo opere quoniam ex teſtib. patet feneſtram controuerſam, decem ab hinc an-
15 nis fuiſſe reapratam & refectam. Sed aliud eſt Reficere, aliud de nouo facere *leg. 3. §. Reficere ff. de Itin. act. priu. cap. conſuluit de Iudeis Dec. in leg Domum ſumam ff. de Reg. Iur. n. p & 2.* vbi ampliat etiam quando Res erat in totum dextructa *Magon. Dec. Florent. 55. n. 39.*

Neque etiam ſumus in Refectione ex antiquis de qua Statutum loquitur.

16 Secundo cum ante decem annos feneſtra eſſet in eſſe, ex curſu ſupra decennium præſumerendum eſt licētiam requiſitam præceſ-

ſiſſe

ſiſſe *ad tradita per Alex. in leg. qui in aliena n. 11. ff. de acq. hæred. Seraph. qui de com. teſtatur Dec. 792. n. p. vbi loquitur in fortioribus terminis Rot. Dec. 765. n. p. par p. diuerſ.* Tertio cũ DD. Conſules prę uia loci viſitatione abſoluerint a petitis, approbarunt & ratificarunt opus iam factum vnde videtur plene ſatisfactum Statuto cum plus ſit confirmare iam factum quam concedere licentiam faciendi Et ſaltem negari non poteſt quin ex ſententia prædicta reſultet li-
17 centia virtualis & æquipollens quia Ratihabitio mandato comparatur *leg. fin. C. ad ſen. conſ. Maced. leg licet ff. de Iudic. cap. fin. de Iureiur. in ſex cap. Ratihabitionem de Reg. Iur. in ſex. Dec. in leg. ſemper qui non prohibet n. 7. ff. de Reg. Iur. Ludou. Dec. 291. n. 4. Buratt. Dec.* 301. *n.* 8. vbi ampliat etiam quando ſpeciale mandatum requiritur.
18 Nec intereſt an voluntas præcedat vel ſequatur nam & poſteriorem voluntatem Pretor tuetur. *vt dicitur in leg. ſi autem 10. ff. de Aqua pluu. arcen.*

Non obſt. quod forte per longum tempus prædicta feneſtra, aper-
19 ta non fuerit quoniam in facultatiuis etiam per annos mille non præſcribitur nec vlla vmquam præſcriptio currit niſi quando Dominus tentaſſet facere & impeditus deſtitiſſet *leg. viam publicam vbi Bar. & alij ff. de via pub & itin. pub. reficien. leg. hæc autem Iura cum ibi not. ff. de ſeruit. vrban. pred. gl. in leg. qui luminibus ff. eod. Cepolla de ſeruitut. cap. 62. n. p. in fine Tiraq. de Retract. conuent. gl. 2. n. 22. Ferentill. ad Buratt. Dec 222. in litt. A. facit tex. in can. placuit 16. q. 7.* vbi ſola temporis longinquitate libertatis humanæ iura, minime mutilanter. *faciunt tradita poſt alios per Gratian. diſcept. 298. n. 10.* vbi loquitur etiã in factis affirmatiuis & facultatiuis & quod non inducãt conſuetudinem reſtrictiuam liberæ poteſtatis & quod non quæritur quaſi poſſeſſio nec currit aliqua præſcriptio niſi a die prohibitionis. Denique non obſt. allegata ſeruitus quoniam eſt cõcludenter probanda per allegantem, interim Gentilis habet pro
20 ſe naturalem præſumptionem libertatis quia ſicut perſonę ita & Res præſumuntur liberæ donec ſeruitus ex aduerſo probetur *leg. Altius leg. ſi in ædibus C. de ſeruitut. leg. loci corpus §. competit ff. ſi ſeruit. vindicetur Aleiat. de preſ. Reg. 2. præſ. p. n. 2. & præſ. 3. n. p. Cepoll. de ſeruit. in cap. de pariete Maſcard. de prob. concluſ. 978. n p. & concluſ. 1299. n. p. & 2. Menocch. de preſ. lib. 3. præſ. 89. n. p. Buratt. Dec.*
21 *668. n. 3.* Et quemadmodum ſeruitus perſonalis eſt Inimica naturę quia libertas eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet.

Et

Et ſeruitus eſt Conſtitutio iuriſgentium qua quis Dominio alieno contra naturam ſubicitur *vt dicitur in* §. *p.* & *2. Inſt. tit. de Iure perſon.* Ita etiam ſeruitus Realis eſt exorbitans & naturæ repugnas
22 nec videtur in Rebus dari ſeruitus aliqua naturalis niſi forſan illa *de qua in leg. p.* §. *denique ff. de Aq. pl. ar.* vbi dicitur quod inferioris fũdi natura eſt, ſuperiori deſeruire quoniam ſicut omnis pinguitudo terræ ad eum decurrit, ſic & aquæ incommodum defluit, quod tamen limitandũ videtur in agris ex limitata ratione quæ ibi aſſignatur nam in alijs prædijs ſiue ruſticis ſiue vrbanis contrarium obtinet vnde ſi quis habet in Domoſolarium ſuperius ex quo in inferiorem aqua deſcendit cogitur ſuis ſumptibus reficere & impedire deſcenſum aquæ *leg. eum debere columnam ff. de ſeruit. vrban. præd. iuncta leg.* & *ſi forte* §. *etiam ff. ſi ſeruit vindicetur Cepolla de ſeruit. vrban. pręd. cap. 41. de Stillicidijs n. 7.* & *alijs in locis ibi per eundem*
23 *indicatis* Eſt autem generale quod iuris præſumptio transfert in Aduerſarium, onus probandi contrarium *leg. ſiue poſſidetis C. de prob. leg. generaliter* §. *ſi petitum ff. de fid. liber. Maſcard. de prob. concluſ.* 1194. *n. 38. Buratt. Dec. 264. n. 5.* & *Dec. 947. n. 5.*

Ex prædictis igitur ſenſi contra Franciſcum qui tamen appellauit & Commiſſa cauſa cum Clauſula non retardata exequtione Gentilis inſtabat coram me pro taxatione expenſarum, ego vero credidi
24 eas non eſſe taxandas niſi in fine litis per Iudicem ad quem iuxta *tradita per Verall. poſt Staffil. Dec. 341. n. p. par p.* Et quia Clauſula nõ retardata exequtione vel ei ſimilis clauſula ſine præiudicio exequtionis præſeruat Iudicia quo ius exequendi quoad negocium principale ſed non quoad expenſas & in hoc differt a Clauſula parito iudicato quæ includit etiam expenſas *Mandoſicus de inhibitione quæſt. 106. n. 2. Rot. Dec. 46. de ſent.* & *de Iudic. in Antiq. Gratian. Diſcept. 349. n. 7. Dix. ſup. Dec. 6. n. p.* & *ſeq.* Immo etiam Clauſula parito Breui non includit expenſas de quibus in Breui non fit mentio *Ludou. Dec. 36. n. 4. Buratt. Dec. 646. n. 4. vbi quod Includit fructus non autem expenſas* & *ibi Ferantill.*

ARGVMENTVM.

Statutum vel Conſuetudo Ciuitatis Dominantis quando ſeruetur in loco ſubiecto. Poſitionibus quomodo ſit reſpondendum & quid in minore.

SVMMARIVM.

1 *Verbum Credit a parte prolatum eſt veritatis expreſſiuum.*
Etiam de Iure communi poſitioni ſimplici, debet ſimpliciter reſponderi & num. 2.

2 *Statutum reſpiciens probationem dicitur Deciſorium.*
Ita ſtilus & Statutum de Reſpondendo poſitionibus per verbum credit vel non credit & quando dicatur ſimplex Reſponſio.

3 *Non cogitur quis reſpondere poſitioni ſi per reſponſionem incideret in periurium.*

4 *Poſitioni criminoſæ non tenetur quis reſpondere.*

5 *Quando ſeruandum ſit Statutum Ciuitatis dominantis in loco ſubiecto & quando Conſuetudo.*

6 *Reſponſio Relatiua ad Acta, de iure ſuſtinetur.*

7 *Res Iudicata pro veritate habetur quo ad partes & facit de indebito debitum.*

8 *Minor tenetur reſpondere Authorizante curatore.*
Reſponſio iurata minoris afficit.
Iudicium infantis ſuppletur autoritate tutoris.

9 *Confeſſio tutoris facta per viam contenſioſæ iuriſdictionis probat etiam contra pupillum donec de errore doceatur.*

10 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*

11 *Statutum dubium recepit interpretationem a iure communi.*

12 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet & non alijs imputare.*

13 *Iudex debet vſque ad ſententiam vniuerſa rimari & veritatem inueſtigare.*

14 *Iudex poteſt interrogare in quaqunque parte Iudicij ex officio & vbiqunque æquitas ſuggerit.*

15 *Poſitioni Captioſæ nemo tenetur reſpondere.*

DECISIO. XXXXVII.

PEndente iudicio coram D. Gub. Lugi, pro parte D. Franciſici Mantuani & Ioannis Fātoni fuerunt porrectæ poſitiones Alberto Lugareſio aduerſario minori annorum 25. qui præuio iudicis Decreto cum Curatoris interuentu reſpōdit ſed reſpondit in multis per verbum non Recordari: neſcire: ſe refert ad Codicillum: non credit vt ponitur & ita non per verbum ſimplex Credit vel non credit *vt exigit Statutum Lugi lib. 2. Rub. de poſition. verſ. teneatur que ipſe reſpondens* prout etiam ex diſpoſitione iuris cō-

munis

munis poſitiooi ſimplici debet ſimpliciter reſponderi pro verbum
1 Credit vel non credit quod a parte drolatum, eſt veritatis expreſſiuum *Bald. in leg. p. in fine C. de Falſ. cauſ. adiect. legat. Geminian. in cap. p. de confeſſ. in ſex. n. 10. & 12. Surd. Dec. 17. n. 9. & n. 14. Amat. Dec. Fer. 22. n. 4. & Dec. 40. n. 3.* Debet inquã reſponderi per verbum Credit quando poſitio eſt ſimplex & de facto proprio *Rom. ſingul. mihi 688. Cepoll. caut. 53 n. 2. cum alijs adductis per Buratt. Dec. 882. n. 2 & 3. & 4. vbi quod id eſt indubitabile ſtante Statuto & n. 5.*
2 *vbi poſt Bald. Felin. & alios* firmat huiuſmodi Statutum eſſe Deciſorium quia reſpicit probationem & ſic deciſionem cauſæ, prout etiam ſtylus reſpiciens modum probandi dicitur Deciſorius *Rain. conſ. 69. lib. 4. n. 6. vbi de communi. Coccin. Dec. 192. n. p.* ſed quia ille dicitur reſpondere ſimpliciter per verbum Credit vel non Credit, qui huiuſmodi verbo nihil addit vel detrahit *iux. tex. in leg. 2. §. ſi quis a P. i. cipe verſ. ſimpliciter ff ne quid in loc. pub. & in leg. ſin in verb. ſimpliciter C. de Dct. promiſſ. & ibi Bald. notat. & poſt eum Ilſ. Ludouic. Dec. Peruſ 8. n. 5. & 6.* Ideo D. Gubernator Lugidiæ non eſſe ſufficienter reſponſum poſitionibus prædictis & mandauit eiſdem de nouo reſponderi Appellauit Lugareſius & cauſa mihi commiſſa tanquam Rotæ Prætori etiam cum Clauſula quam & quas.

Primo dicebatur Lugareſium tanquam minorem nullo pacto cogi poſſe ad reſpondendum poſitionibus, ita diſponente Statuto prædicto ſub finem ibi volentes quod pupilli Adulti & alij, curatores habentes non poſſint ponere neque cogi poſitionibus reſpondere: Secundo quod nec etiam ex diſpoſitione iuris communis poterat Lugareſius cogi ad reſpondendum ſi non ex qualitate perſonæ ſaltem ex qualitate materiæ quoniam poſitiones de quibus agebatur continenbant conſtituta & Acta criminalia ex quibus iterum reſ-
3 pondens incidere poterat in periurium quo caſu nemo cogitur reſpondere *vt commune m eſſe omnium ſcribentium ſententiam dixit Olofred. depoſition. n. 17. Iacob. de Aren. eod. tit n. 16. copioſius Miccalor.*
4 *de poſition. cap. 51. n. p. & ſeq.* Sic etiam poſitioni criminoſæ nemo cogitur reſpondere *leg. qui iuraſſe §. qui pater vbi Bart. ff. de Iureiur. Marant. de ord. Iud. memb. 7 n. 7. Maſcard. de prob. con. luſ. 1177. nu. 60. & 64. Miccalor. alios referens de poſitionib. cap. 18. n. 10. Oſaſch. Dec. 65. n. 2. Ludou. Dec. 563. n. 14.*

Tertio deducebatur Reſpõſiones factas per relationem ad acta publica exhibita & ſic ad Codicillos ſuſtineri & eſſe ſufficiẽtes ac ad

mit-

mittendas *ex form. Stat. Fer. lib. 2. cap. 47. verſ. ſi non ſit tale factum* nam cum caſus iſte ſit omiſſus a Statuto Lugi, ſeruandum eſt Statutũ Ferrariæ ex diſpoſitione Conſtitutionis Ducalis in fronte eiuſdem impreſſa vbi dicitur quod in quibus per Statuta locorum iuriſdictionis, expreſſio & ſingularis mentio facta non fuerit, recur-
5 ſus habeatur ad Statuta Ferreriæ Idem eſt etiam de iure communi quod præcipit ſeruandum eſſe Statutum Ciuitatis dominãtis quoties in loco ſubiecto contrarium Statutum non vigeat *Roman. conſ. 218. n. 4.* vbi plus probat non valere Statutum Ciuitatis Piſanę tanquam inferioris vt in caſibus ab ipſa non deciſis, recurratur ad ius commune quia debet prius recurri ad Statutum Florentinæ Ciuitatis tanquam Dominantis *Maſcard. de interp. Stat. Concluſ. 12. nu. 10. Ludou. Dec. 269. n. 2. Buratt. in Bononien. Dotis Dec 332. n. p. &* 11. loquens de Statutis Ferrariæ & Centi vbi tamen ex communi reprobat Romanum in facti ſpecie in qua conſuluit. *Amat. Dec. Fer. 4. n. 75.* vbi loquitur in puncto de terra Lugi & dicta in Statuto ampliat in Conſuetudine *poſt Bart. Pariſ. & Ludouic.* Accedebat quod
6 etiam ex diſpoſitione iuris communis Reſponſio relatiua ad Inſtrumenta & acta in actis exhibita admittitur *ad tex. in leg. fin. C. de falſ. cauſ. adiect. leg. Guid. Pap. Dec. 334. Ludou. Dec. Peruſ. 8. n. 10. & ſeq Miccalor. de poſition. alios referens cap. 54. n. 18.*
Sed ad Primum, fuit primo reſponſum quod tunc ſolum quærebatur an Lugareſius ſufficienter reſpondiſſet non autem an teneretur reſpondere quia quo ad hoc aderat Decretum D. Gub. ſub die 26. Nouembris mandans reſponderi cum interuentu Curatoris quod fuit effectuatum die 11. Decembris & tranſiuit in iudicatum vnde
7 non poterat amplius in controuerſiam reuocari quoniam Res Iudicata pro veritate habetur inter partes *leg. Res Iudicata 107. ff. de Reg. Iur. vbi gl. & Dec. cap. cum inter ſub finem de Re Iudic. Ludou. Dec. 184. n. 2.* vbi quod reicit alias omnes probationes *Maſcard de prob. concluſ. 1316. n. 14. & ſeq.* vbi quod facit de Albo nigrum & de indebito debitum Et ſi Res Iudicatæ inſtaurentur, nullus erit litium finis *leg. p. C. de fruct. & lit. expenſ.* Secundo fuit dictum quod licet minor cogi non poſſit vt ſolus reſpondeat ex mente præallegati
8 Statuti, cogi tamen poteſt cum interuentu curatoris ex diſpoſitione Iuris communis *ad tex. in leg. Clarum 4. C. de Author. præſt & poſt alios docet Miccalor. de poſition cap. 64. n. 13.* Immo etiam Reſponſio ſolius minoris abſque ſolemnitatibus facta tamen cum iuramento

affi-

afficit *vt dixit Rota in Maceraten. pradij coram Remboldo & refert Ferentill. ad Buratt. Dec. 600. n. 17. facit tex. fortior. in leg. quamuis 32. §. p. ff. de acq. poſſ.* vbi iudicium infantis ſuppletur autoritate tutoris *& tex. in leg. potuit C. de Iur. delib.* vbi pupillus autorizante tuto-
9 re poteſt hæreditatem adire immo etiam confeſſio ſolius tutoris vel curatoris facta poſitionibus probat de iure contra pupillũ vel adultum ſaltem donec probetur contrarium cum facta ſit per viam contentioſę iuriſdictionis *Abb. in cap. exparte n. 10. de Confeſſ. Ludou. Dec.*
10 *506. n. 8.* Et cum caſus hic non ſit expreſſus a Statuto ſed omiſſus, merito relinquendus eſt diſpoſitioni iuris communis *ad tex. in leg. ſi cum Dotem ff. ſol. matrim. & in leg. Commodiſſime ff. de lib. & poſthum. Euerard. in loco ab æquipollent ſub medium Rot. Dec. 247. n. 21. par. 5. diuerſorum* Vel ſaltem cum Statutum diſponat quod minor curatorem habens non teneatur reſpondere & non exprimat an teneatur ſaltem cum curatore, caſus remanere videtur dubius Et Statutum
11 dubium recipit interpretationem a iure communi *Crot. in leg. omnes populi ff. de Iuſt. & iure n. 294. vbi de commui Maſcard. de interp. Stat. concluſ. 2. n. p.*

Ad Secundum dicebatur quod ſi Lugareſius reſpondebat ſe depoſuiſſe quę depoſuerat nõ incidebat in preiurium ſed ſolum incidiſſet reſpondendo ſe non depoſuiſſe quę vere depoſuerat vnde videbatur eſſe in eius poteſtate ac voluntate an incideret in preiurium & ſic dici non poterat quod poſitio eum incidere faceret in preiurium cum poſſet illud euitare, veritatem fatendo vnde aduerſus
12 eum militabat potius Regula Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet & non alijs imputare *cap. Damnum quod quis de Reg.*
13 *Iur. in ſex.* & aduerſus me vrgebat Regula quod Iudex debet quo diligẽtius poteſt veritatem piſcari venari inquirire & inueſtigare *leg. Is apud quem C. de eden.* ibi Ad Inueſtigandam veritatis fidem *cap. Iudicantem 30. q. 5.* ibi cuncta rimari & ventilare quo vſque ad veritatem perueniant *Cranett. conſ. 203. n. 29.* vbi quod Iudex debet ſummopere veritatem iuuare & ad lucem perducere vnde etiam in
14 in quaqunque parte Iudicij & vbiqunque ęquitas Iudicem mouerit interrogare debere, dubium non eſt *vt inquit tex. in leg. vbiquũ-*
15 *que pen. ff. de Interrog.* Quod ſi poſitio eſſet vere Captioſa tunc vtique litigans reſpondere non teneretur *ad tex. & ibi tradita in leg. & quia 6. ff. de Interrog. action. Bart. in leg. At qui natura §. ſi cum me abſenten. 1. ff. de neg. geſt. Cepoll. Caut. 60. nu. p. Surd. Dec. 22. nu 3.*

Tt *Ceuall.*

Ceuall. queſt. 508. n. 10. in Theſauro Communinm contra communes.

Ad tertium dixi verum eſſe de Iure, ſed facto non congruere quoniam in Decreto D. Iudicis a quo non fuit Reiecta aliqua ex Reſponſionibus factis per relationem ad Acta ſecundum proceſſum vnius partis ſed quia in proceſſu alterius partis legebatur in hoc aliqua diuerſitas, decreui vt infra videlicet. pronunciauit nō fuiſſe ſufficienter reſponſum Capitulis quibus Reſponſum fuit per verba. Non recordari: neſcire. non credit vt ponitur Ideo mandauit Reſponderi per verbum Credit vel non credit vel per Relationem ad iura producta ſeu cum Reſponſione producenda.

ARGVMENTVM.

Captura ſuſpecti de fuga facta poſt Inhibitionem an & quando ſit valida.

SVMMARIVM.

1 *Captura facta poſt Appellationem nulla eſt & Attentata. Amplia vt ibi.*
2 *Iudex non deferens appellationi ab interlocutoria procedere poteſt donec ſit inhibitus.*
3 *Nulliter captus tanquam libertate Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus.*
4 *In Cauſa ſuſpicionis fugæ multa ſunt in Iure ſpecialia & n. ſeq.*
Suſpectus de fuga capi poteſt a Creditore. Et in Domo propria Et in die feſto.
Non poteſt allegare Iudicis incompetentiam.
Capi poteſt lite & appellatione pendente.
Tregua fugitiuis non prodeſt.
5 *Simplex Inhibitio non comprehendit caſū in quo adeſt obligatio Cameralis ſaltem quando de obligatione non dubitatur.*
6 *In ijsquæ celeritatem deſiderant, non datur Appellatio ſuſpenſiua.*
Quod differtur aufertur. Et eſt magnum damnum in modica mora.
7 *Inhibitio ſubreptitia an & quando afficiat vel non.*
8 *Obſeruantia Romanæ Curiæ eſt optima rerum magiſtra. Amplia vt ibi.*
Quando mora periculum eſt allatura, Receditur a Regulis Iuris & petitur licentia poſt factum.
9 *Inhibitio intelligitur ſub tacita conditione ſi de iure fieri poteſt.*
Inhibitio An iuſta vel iniuſta ſit timenda.
10 *Captura facta ratione ſuſpicionis fugæ ſuperuenientis non inducit Attentata.*

DE-

DECISIO. XXXXVIII.

COntarenus appellauit ad Prętorem a Grauamine cō-
tra ipſum relaxato pro ſumma ſcutorum 180. ad fa-
uorem Lanfranchi non exprimendo quod grauamē
eſſet ſuſpicionis fugę prout erat & obtinuit etiam
Inhiberi & non moleſtari nec quo ad bona nec quo
ad perſonam vigore grauaminis contra ipſum rela-
xati pro ſumma prędicta per D. Loc. ciuilem Et cum his non ob-
1 ſtantibus fuerit perſonaliter captus inſtabat pro excarceratione ex
quo Captura, nulla eſſet & attentata tanquā facta poſt Inhibitionē
ad tex. in cap. non ſolū in fine & in cap. Romana §. *quod ſi obiciatur de Ap-
pellat in ſex. Rot. Dec. 20. & Dec. 21. de App. in nou. Lancellott. de At-
tent. poſt Inhibit. par. 2. cap. 20. n. 226.* vbi generaliter loquitur de
omnibus actis poſt & contra inhibitionem *& idem Lancell d. cap. 20.
Ampl. 3. n. 2.* vbi in ſpecie quod carceratio facta poſt inhibitionem
Reuocanda eſt tanquam nulla & attentata licet facta foret vigore
Rei Iudicatę *Buratt. Dec. 902. n. 2.* vbi quod etiam ſola lite penden-
dente carceratio fieri non poteſt abſque vitio Attentatorum *Amat.
2 Dec. Fer. 21. n. 4.* vbi quod procedit etiam in interloqutoria in qua
licet Iudex non deferens appellationi, poſſit ea non obſtante pro-
cedere, ſecus tamen eſt quando fuit inhibitus *vt eſt tex in cap. non
ſolum* §. *Illa vero de Appell. in ſex. & paſt Dec. Soc. & alios firmat Lan-
3 cellot. de Attent. par 2. cap. 12. limit. p. n 101* Et cum ita nulliter cap-
tus dicatur iniuſte ſpoliatus libertate, eſt ad illam ante omnia Re-
ſtituendus *vt poſt Bart. Caſtren. Soc. Cep. & alios firmat Ant. Gab. Cō-
mun. Concluſ. lib. 5. concluſ. p. de Reſt. Spoliat. n. 20. Buratt. in Ferra-
rien. bonorum Dec. 908. n. 11.*

Primo tamen ex aduerſo mihi videbatur quod cum inhibitio ema-
naſſet pro grauamine ſimpliciter, non comprehenperet grauamen
4 ſuſpicionis fugę tanquam dignum ſpeciali nota & expreſſione cum
multa in eo ſpecialia in iure diſpoſita reperiantur *de quibus per Iaſ. in
leg. 2. ff. de Iuriſd. omn Iudic. n. 15. 18. 20. & 21. & per eumdem in leg.
plerique ff. de in ius vocand. a n. 26.* vbi quod ſuſpectus de fuga capi
poteſt in Domo propria, & diebus feſtis etiam ſolemnioribus & a
proprio creditore *iuxta tex. in leg. Ait Prætor* §. *ſi debitorem ff. quę in
fraud. creditorum* & multo magis capi poteſt mandato Iudicis licet
incompetentis *Ancar. conſ. 192. Rom. & Alex. in d. leg. 2. ff. de Iuriſd.
omn. Iud. quos ibid. ſequitur Iaſ. n. 15.* generaliter firmantes, de fuga
ſuſ-

Digitized by Google

ſuſpectum non poſſe allegare Iudicis incompetentiam ergo neque etiam poterit allegare nullitatem capturę quę non eſſet nulla niſi ex defectu iuriſdictionis & ſic ex capite incompetentię & quod ſuſpectus de fuga capi poſſit etiam tempore treguę quoniam illa fugitiuis non prodeſt *poſt gl. Bald. & Salicet. firmat. Iaſ. in d. leg. 2. ff. de Iuriſd. om Iud. n.* 20. & quod tam lite quam Appellatione pendente capi poſſit quando ſuſpicio ſuperuenit *docet poſt alios Marant. de ord. iudic. tit. de Appell. n. 166. & copioſius Lancellott de Atten. par. 2. cap. 4. limit. 9. n. 2. & cap. 12. lim. 31. n. 3. Scaccia de Appellat. queſt. 3. n. 27.*

5 Confert ad hoc, ſimile quod inhibitio etiam Rotalis non comprehendit neque afficit caſum in quo adſit obligatio Cameralis ſi non fuit expreſſa in ipſa inhibitione *Lancellot. de Atten. poſt inhib. cap. 20. limit. 26 n. p. & 2.* Et quando de obligatione non controuertitur nec dubitatur, *admittit ead. Rota in hyſpalen. Attentatorum 24. Maij 1568. coram Seraph. & eſt in impreſſis Dec 53. in princ. Ferentill. ad Buratt. Dec. 902. n. 7.* vbi quod ſimplex commiſſio cauſę in qua fuerit actum vigorę obligationis Cameralis cuius non ſit facta mentio, operatur ſolum effectum deuolutiuum.

6 Secundo dicebam quod a mandato ſeu grauamine ſuſpicionis fugę non datur Appellatio ſuſpenſiua cum ſit inter cauſas quę præcipuã celeritatem requirunt *ad tex. in leg. fin. ff. de Appell. Recip. ibi ſi Res Dilationem non recipiat Specul. in tit. de Appellat. §. in quibus verſ. Octauo Iaſ. in leg. p. ff. de fer. n. 9. Marant. de ord. Iudic. tit. de Appell. n. 319. Lancellot. de Atten. par 3. cap 28. n. 56.* & merito quoniam in hac materia, ſepe quod Differtur, aufertur & ſummum eſt in mora periculum & ſępe etiam magnum damnum verſatur in mora modici temporis *contra tex. in leg. ſi debitor ff. de Iudic. & contra dictum Saliceti* quod parua mora non eſt mora *quem refert Tiraquell. de Retract. Lignag. §. 8. gl. 2. n. 9.* Vnde ſi in Appellatione fuiſſet expreſſum grauamen a quo appellabatur eſſe ſuſpicionis fugæ & ad effectum cauendi, vel Appellatio fuiſſet Reiecta vel admiſſa ſolum ad effectum Deuolutiuum & ſic vel inhibitio non emanaſſet, vel emanaſſet cum Clauſula iuſtificante vt emanare ſolet ab vrbe ex ſignatura iuſtitiæ videlicet dummodo non agatur vigore obligationis

7 Cameralis vel alterius proceſſus exequtiui Et licet ſimplex emanaſſet inhibitio, tanquam ſubreptitia ſuffragari non videbatur *ad tex. in cap. ſuper litteris de Reſcript. & in leg. proſcriptione C. ſi contra ius*

vel

vel vtilit. pub. & in cap. ſi motu proprio de Reſcript. in ſex. Menoch. de Arbitr. Iudicum lib. 2 caſ. 202. n. p. & n. 70. Surd. Dec. 307 *nu. 17.* vbi loquitur de ſecuritate a principe conceſſa quę fugitiuo non ſuffragatur ex hoc capite ſurreptionis Et in puncto quod inhibitio emanata vigore cōmiſſionis ſurreptitiæ non afficiat præſertim quādo ſubreptio eſt circa ſubſtantialia, *poſt Paris Rolan. Bero. & alios docet Lancellott. de atten. cap. 20. limit. 12. n. p. &* 11. licet alius ſit ſtylus Rotæ *vt ibi n. 7.* & licet aliud ſeruetur in Curia ob facilem Recurſum ad ſignaturam pro Reformatione *Ludou. Dec. 435. n. 5.* Tertio in vrbe ita paſſim practicatur vt inhibitiones & non grauetur pro quibusqumque mandatis exequtiuis non ſuffragentur pro mandatis ſuſpicionis fugæ niſi ſint ſpecialiter expreſſa & ita ego pluries & in meis & in alienis inhibitionibus practicaui & Obſer-
8 uantia Romanæ Curiæ eſt optima Rerum magiſtra *Martha poſt alios in opuſculo de tribunalibus vrbis cap. 5. n. 14. Amat. Dec. Fer. 2. n. 19. in fine & Dec. 17. n. 41.* vbi quod etiam extra vrbem ſtylus vrbis eſt ſequendus niſi habeat ſpecialem & localem rationem quæ non militet extra. Rationabilis autem redditur huiuſmodi praxis ex eo quod quando mora periculū eſt allatura, receditur a Regulis iuris *leg. de pupillo §. ſi quis riuos ff. de oper. nou. nunc. Iaſ. in leg. 2. ff. de iuriſd. omn Iud. n. 15. in fine facit tex. elegans in leg. ſi quis filio §. quid tamen ff. de Iniuſt. Rup. & irrit. fac. teſt.* ibi ſuſtinenda eſt pæna, donec Princeps reſcribat, quod ſi Res moram non recipiat, permittitur Iudici punire, deinde ſcribere & ſic videtur ibi caſus in quo ex moræ periculo poſt factum licentia poſtulatur.

9 Quarto inhibitio intelligitur in dubio fieri ſub tacita iuſtificante conditione ſi de iure fieri poteſt *poſt Caſtren. Berous conſ. 85. nu. 23. lib. 3 Lancellot. de atten. cap. 20 Declar. 5. per tot.* & quamuis dicatur quod inhibitio iuſta vel iniuſta timenda eſt *Rot. Dec. 126. de Appell. in antiq. & coram Seraph. Dec. 53. n p:* id tamen dicitur de inhibitione Rotali & videtur magis de ſtylo Rotæ Romanæ quam de iure *vt oſtendit Lancellott de Attent. d. cap. 20. Ampl. 11. nu. p. & 2:* quoniam inhibitio debet eſſe Canonica *vt loquitur tex. in cap. non ſolum de Appell. in ſex confert Gratian. poſt Can. ſi Epiſcopus 38 vndecima quæſt. tertia* ibi ſententiam paſtoris iniuſtam Gregorius non dixit ſeruandam ſed timendam.

10 Quinto demum quod Captura facta ex cauſa ſuperuenientis ſuſpicionis fugæ non inducat attentata *docet Lancellott. de Atten. par 2.*

cap. 4. nu. 209. & poſt Ang. Marant. Duenn. & alios latius idem Lancellott. cap. 12. n. p. & ſeq. Amat Dec. Fer. 13. n. 9. Rot. Dec. 926. par. 3. diuerſ. quæ nec diſtinguit an ſuſpicio ſuperuenerit prout vere ſuperuenientia non conſtabat hoc in caſu vnde vt iuſtitia ſimul & iuriſdictio ſalua foret ita Decreui prꝗſtita cautione de habenda Ciuitate pro carcere mandauit relaxari abſque prꝗiudicio iurium ambarum partium quæ poſtea concordarunt.

ARGVMENTVM.

Confeſſio extraiudicialis quomodo & quando probet, Ratificatio vt proſit quo tempore ſit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio fieri debet in tempore in quo actus Ratificandus celebrari debebat.*

2 *Idem in Adhęſione Appellationi conſortis.*

3 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte plene probata probat ſemiplene.*
Et an per teſtes ſingulares probetur.

4 *Confitens etiam ſi nihil promittat, obligatur.*
Confeſſio eſt quidam quaſi contractus.

5 *Iuramentum ſuppletorium probat ſemiplene;*

6 *Duo imperfecta iunguntur ad conſtituendum vnum perfectum & quãdo.*

7 *Quando agitur de probando Crimine etiam Ciuiliter, duæ ſemiplenę probationes non coaceruantur.*

8 *Confeſſio facta pręſente parte plene probata probat plenę etiam non acceptata.*
Vnus deponens de Confeſſione pręſente partę iungitur cum alijs deponentibus de confeſſione abſente parte.
An vnicus teſtis deponens de diuerſis confeſſionibus coniungatur vt ſolus plene probet,

9 *Petens dilationem videtur debitum confiteri,*

10 *De æquitate Canonica extraiudicialis Confeſſio etiam abſente parte facta probat plene & ſeruanda eſt in terris Eccleſię.*

11 *Confeſſio extraiudicialis, geminata, probat plene.*

12 *Item ad fauorem pię cauſę extraiudicialis confeſsio plene probat.*

DECISIO XXXXIX.

Reu. Pater & pro eo Monaſterium obtinuit grauari Franciſcum eius nepotem pro ſcutis viginti ei mutuatis iurato tamen prius per eundem actorem in ſupplementum plenæ probationis ſuper veritate Crediti ſuper quo de extraiudiciali confeſſione debitoris

toris deponebant tres teſtes. Appellante patruo nomine nepotis pro quo de rato & commiſſa mihi cauſa cum Clauſula conſtito de Re Iudicata, viſum eſt de ea ſatis conſtare quoniam fuerat appellatum cum promiſſione de rato & ratificatio nullo modo fuit facta nec
1 poterat amplius fieri quia erat neceſſario facienda intra tempora intra quæ actus ipſe Ratificandus celebrari debebat & ſic intra tẽpus in quo appellatio debebat interponi *ad tex. in leg. p. in princ. ff. de Appell. Recip. ibi quod mox Ratum Reus habeat gl in cap. quam ſit de Electione. in ſex. Bart. in leg. p. C. qui Admitti n. 9. & poſt Butr. Alex. Corne. Decius in leg. ſemper qui non prohibet n. 12. ff. de Reg. Iur. Rot. Dec.*
2 *437 n. 4. par. 3. diuerſ.* Sic etiam vt proſit Appellatio Conſortis cõſorti requiritur Adhæſio vel ſaltem ſcientia in eo qui vult appellatione iuuari infra tempus a iure præſcriptum ad appellandum *gl in leg. 3. §. p. ff. de Appell. Bart. in leg ſi quis ſeperatim §. fin. ff. eod. Salicet in Rub. ſi vnus ex pluribus appell. n. 3. Soc. conſ. 132. vol. p. quos refert & ſequitur Trentacinq. Var. Reſol. lib. 2 Reſ. 5. n. 7. de minor. Lancellott. de attent. par. 2 cap. 12. lim. 12. n. 6.*

Et licet Res Iudicata ſufficeret quę facit de indebito debitum vt dixi Dec. 33. nu. 2. attamen quoad meritum, ſatis etiam videbatur
3 iuſtificatum Creditum quoniam extraiudicialis Confeſſio etiam abſente parte, plene probata per duos teſtes loco & tempore contextes, ſemiplene ſaltem probat *ad tex. in leg. certum §. ſi quis abſente ff. de Confeſſ. Alex. conſ. 36. & conſ. 39. lib. 5. quem ſequitur Marant. de ord. iudicior. par. 2. act. 5. n. 12. Maſcard. de prob. concluſ. 379. nu. 2. Buratt. Dec. 175. n. 20. & Dec. 458. n. 5 & 8. vbi Ferentill. idem Ferentill. ad eumdem Buratt. 341. in litt. A.* vbi quod quando Confeſſio extraiudicialis eſt adminiculata, probatur etiam per teſtes ſingula-
4 res Et Confitens etiam ſi nihil promittat, ex confeſſione ſine promiſſione obligatur quoniam confeſſio eſt quidam quaſi contractus *leg. de ętate §. qui interrogatus ff. de interrog. action. Salicet. in leg. generaliter n. 17. in fine C. de non num. pec. Surd. Dec. 285. n* 7. iuramẽ-
5 tum quoque ſuppletorium probat pariter ſemiplene quando vt hic concurarunt requiſita *de quibus per DD. in leg. admonendi ff. de iure iur. Marſil. ſing. 273. Marant. de ord. Iudic. par. 2. act. 9. n. 4. & ſeq.*
6 *Amat. Dec. Fer. 61. n. p.* Vnde ex duabus ſemiplenis probationibus reſultabat vna plena probatio quoniã duo licet imperfecta coniunguntur ad conſtituendum vnum perfectum quãdo tendunt ad vnũ & eundem finem & effectum vt hic ad faciendam fidem de eodem

cre-

Digitized by Google

credito, *iuxta receptam Bartoli Theoricam in d. leg. Admonendi ff. de iu-*
7 *reiur. n. 48. Afflict. Dec. 12. n. 3.* quamuis quando ageretur de probando crimine etiam Ciuiliter non fieret huiusmodi coniunxio *vt poſt alios probat Ant. Gab. concluſ. p. de prob. n. 12. & 13. Ludouiſ. Dec. 512. n. 28. & 29.*

8 Accedebat alia ſuperabundãs ſemiplena probatio teſtis deponentis de confeſſione facta preſente parte quę plene etiã probat quando plene probatur *leg. publia §. fin ff. depoſit. leg. generaliter C. de non num pec. & poſt Bald. Soc. Alex. & alios Marant. de ord. Iudic. par. 2. act. 5. n. 2. Maſcard. de prob. concluſ. 379. n. 3. Surd. Dec. 12. n. p.* vbi quod non requiritur acceptatio *& n. 4.* vbi quod vnus deponens de confeſsione præſente parte iungitur cum alijs deponentibus de confeſſione facta abſente parte & ſimul plene probant & ibi etiam an vnus teſtis deponens de pluribus confeſſionibus vel actibus coniungatur vt ſolus plene probet Deponebat autem teſtis prædictus quod R. Pater petierat pecuniæ Reſtitutionem & Franciſcus poſtulauerat Dilationem *iuxt. tex. Eccleſia ſtici cap. 24.* Donec accipiãt oſculantur manus dantis & in promiſſionibus humiliant vocem ſuã at in tempore redditionis murmurabunt & poſtulabunt tempus &
9 ſæpe pro pecunijs maledicta reddent. Ex petitione autem dilationis reſultat confeſſio debiti *leg. ad ſolutionem 5. C. de Re Iudic.* ibi ad ſoluendum, Dilationem petentem, acquieuiſſe probatur *Bald. & Salicet. ibid. in p. notab. & tex. in leg. ſed & ſi quis 4. §. fin. ff. ſi quis caution. Buratt. Dec. 144. n. 6.*

10 Sed quod plus eſt de æquitate Canonica extraiudicialis Confeſſio etiam abſente parte facta, plene probat *vt poſt Franc. Corn. Iaſ. & alios firmat Maranta de ord. Iudic. par. 2. act. 5. nu. 19. & poſt plures Ant. Gab. concluſ. p. de Confeſſis. n. 46. & 48.* vbi quod eſt communis ſententia in terris Eccleſiæ & ita ſeruandum *Buratt. Dec. 233. n. 8. & Dec. 828. n. 4.* vbi quod ita ſeruat Rota. *Ead Rot. Dec. 215. nu. 2. par p. Recentiſſimarum ſeu poſthumarum & Dec. 136. n. 5. par. 5. Diuerſorum.* præterea teſtes deponebant Che piu & piu volte Franceſco
11 confeſſo &c. Confeſſio autem geminata etiam abſente parte, probat plene *Caſtren. in d. leg publia §. fin ff Depoſ. & ante eum Bart. in leg. cum ſcimus per illum tex. C. de Agricol. & cenſitis lib 11. Felin. in cap. ſi cautio n: 39. de fid, Inſtrum, & poſt Rom. Corn. Dec. Iaſ. & alios Gab. concluſ. p. de Confeſſis n 61. quem ſequitur Rot. d. Dec. 215. n. 2.*
12 *in fine p. p. poſthumarum* Denique cum hic ageretur de intereſſe

mo-

monaſterij Confeſsio extraiudicialis etiam abſente parte ad fauorem piæ cauſæ plene probabat *Felin. in d. cap. ſi cautio n. 27. de fid. Inſtrum. & poſt Bald. Corn. & alios Gab. d. concluſ. p. de Confeſſis n. 65.*

ARGVMENTVM.

Ex quibus ſaluetur ineptitudo libelli.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio defuncti diuiditur inter hæredes inuito creditore.*

2 *Nemo poteſt decedere pro parte rerum vel temporis teſtatus & pro parte inteſtatus.*

3 *Inſtitutus in Re certa etiam taxatiue totum capit & quomodo.*

4 *Hæres adeundo quaſi contrahit cum creditoribus hereditarijs.*

5 *Hypoteca eſt indiuidua.*

6 *Actionis expreſsio non requiritur in libello.*

7 *Clauſula Ius & Iuſtitiam ſaluat libellum ab Ineptitudine Concluſionis quando ex narratione colligitur cauſa apta.*

8 *Ex Clauſula Omni meliori modo Libellus recipit interpretationem quæ fauorabilior eſt libellanti.*

9 *In Cauſis ſummarijs libellus ineptus admittitur.*

10 *Cauſæ pauperum videntur ſummariæ & inappellabiles.*

11 *Cauſa Dotis an ſit ſummaria de Iure com. vel ex for. Stat.*

12 *Sententia nulla conſtito de bono iure poteſt confirmari.*

13 *Ex Clauſula ſola facti veritate inſpecta, poteſt pronunciari ſuper probatis licet non petitis.*

DECISIO. XXXXX.

IAcoba Romaria tanquam Creditrix pro Dote materna in ſumma librarum quingentarum egit aduerſus Iacobum Romarium nepotem & hæredem Pauli coram Gubernatore Hadriani & obtinuit eum condemnari ad reſtitutionem quantitatis prædictæ. Appellauit ad me Iacobus pro quo videbatur poſſe deduci quod cum fuiſſet actum actione perſonali contra Iacobum vti hæredem Pauli, is non videbatur poſſe condemnari niſi pro portione hæreditaria & ſic pro tertia parte cũ adeſſent alij duo fratres
1 coheredes teſtamentarij nã in hæredibus Obligatio defũcti diuiditur licet inuito creditore *ad tex. in leg. in executione ff. de verb. oblig. & in leg. ſi vxor C. de Bon. aut. Iud. poſſ. Gratian. diſcept. 150. n. 12. Cauall. in theſaur. commun. cont. com. quaſt. 76. nu. 12.* Sed obiecto non obſtante, credidi ſuſtinendam eſſe ſententiam quoniam conſtabat

Iacobum vniuerſa bona hæreditaria Pauli poſsidere & cũ non con-
ſtaret alios ſcriptos hæredes adiuiſſe, ſolus Iacobus remanebat hę-
2 res in totum quia nemo poteſt decedere pro parte teſtatus & pro
parte inteſtatus *leg. ius noſtrum ff. de Reg. Iur.* & non ſolum pro parte
rerum & bonorum ſed nec etiam pro parte temporis *§. hæres & pure*
3 *Inſt. tit. de hęred. inſtit.* vnde inſtitutus etiam in Re certa quantumis
taxatiue, non exiſtente cohærede vniuerſali, efficitur ipſe vniuer-
ſalis hæres *leg. p. §. ſi ex fundo ff. de hæred. inſtit. & ibi gl. in verb. Re-
tracta leg. quoties §. ſi duo leg. ex facto 2. ff. eod & leg. quoties C. de hæred.
inſtituendis vbi gl. in vltimo verbo.* Cum ergo Iacobus eſſet hęres ſo-
lus & hęres ſimpliciter abſque inuentario, potuit ſolus actione per-
4 ſonali conueniri & condemnari cum Adeundo quaſi contraxerit
cum Creditoribus hæreditarijs *§. hæres quoque inſtit. tit. de oblig. quæ
quaſi ex contr. naſc. leg. ſi mus cum ibi not. C. de Iur. Delib.* prætcrea li-
cet alij fuiſſent hæredes & ipſe Iacobus non potuiſſet actione per-
ſonali conueniri niſi pro rata, quia tamen poſsidebat bona omnia
hæreditaria, actione reali tenebatur in totum *Gratian. diſcept. 150.
5 n. 13. & 14.* quoniam hypoteca eſt indiuidua *vt ibi per eum & per
Ceuall. quęſt. 76. n. 16. 26. & 27.* vbi quod eſt ſicut anima tota in
toto & tota in qualibet parte *& per Afflict. Dec. 213. n. 4.* vbi quod
per omnes Dominos de Conſilio fuit conclusum quod ius hypotecę
eſt indiuiduum. Vnde cum vndique de bono iure conſtaret illud
debebat magis attendi quam ineptitudo libelli & quia quãdo quis
in iudicio narrauit & probauit cauſam aptam & expreſsit actionem
6 Ineptam, adhuc libellus & ſententia ſuſtinentur nam Actionis ex-
preſsio non requiritur *cap. Dilecti 6. de iudic.* ibi ne ſubtiliter cuiuſ-
modi Actio intentetur, inquiratis ſed factum ipſum & Rei veritatę
inueſtigetis *& conſonat tex. in Clem. fin. De Iudic.* ibi Diſpendioſa li-
tium prorogatio prouenit interdum ex ſubtili Iudiciarij ordinis ob-
ſeruatione *Alex. in leg. p. ſub fin. C. de eden. Canoniſtæ in cap. examiną-
ta de Iudic. & hanc eſſe communem ſententiam teſtatur Marant. De ord.
7 Iudic. p. 3. act. p. n. 69.* Quod magis procedit ſtante Clauſula ſuper
quibus ius & iuſtitiam quæ ſaluat libellum ab omni ineptitudine
Concluſionis quando ex narratione colligitur cauſa apta *ad tradita
per Abbat. in cap. cum dilectus de ord. cognit. n. 52. & poſt Iaſ. Alex. &
8 Corn. per Marant. de ord. iudic. in tit. de Libello n. 9.* Accedebat etiam
Clauſula omni meliori modo quæ operatur vt libellus recipiat in-
terpretationem illam quæ fauorabilior eſt libellanti *Butr. in cap. lit-*

 teræ

ter. de dilat. & in cap. examinata de Iudic. Marant. de ord. Iudic. d. tit. de libello num. 10. poterat etiam forte libellus ſaluari ex eo quod in
9 Cauſis ſummarijs libellus etiam ineptus admittitur *vt poſt Bart. & Pariſ. docet Marant. de ord. Iudic. in nona Diſtinxione n. 14.* at hoc in
10 caſu agebatur inter pauperes quorum cauſæ videntur eſſe ſummariæ *ad tex. vbi Bart. in §. ſit tibi quoque in verſ. Vilium Auth. de mandat. princ. & in leg. nonnunquam p. in verſ. perſonæ ff. de iudic. & in leg. Illicitas §. ne tenuis ff. de off. præſid. Marant. d. Diſt. nona n. 71. de ord. iudicior. facit ad hoc idem gl. in cap. in primis 1. q. p.* vbi quod cauſæ pauperum ſunt prius expediendæ quam cauſæ Diuitum *Neuizzan. in Sylua nuptiali lib. 6. n. 31. Maſtrill. Dec. 67. n. 14.* vbi quod Cauſæ pauperum ſunt inappellabiles, Erat etiam cauſa ſummaria,
11 quoniam erat Cauſa Dotis licet enim de iure communi ſit dubium ob varias doctorũ opiniones vt per Euerard. in loco a Dote ad piam cauſam, certum tamen eſt *ex Diſpoſitione Statuti lib. 2. cap. 35. & decidit Rota coram Amat. Dec. 24. n. p. & 1.*

Mouebar denique quoniam licet ſententia Gubernatoris fuiſſet nulla, quia tamen erat iuſta & de manifeſto bono iure cõſtabat, poterat in gradu Appellationis confirmari *Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. nul. a n. 129. Scaccia de Appellat. quæſ. 11. n. 194. Caualcan. Dec. 25. n. 17 par. p. Amat. Dec. Fer. 19. n. 18.* preſertim quia nullitas ex inepto libello deducta non poterat influere in ſententiam a me fe-
12 rendam qui vigore facultatis procedendi ſola facti veritate inſpecta pronunciare poteram ſuper probatis licet non petitis, *poſt Bart. Alex. & alios Marſilius ſing. 272. incipit. in hac inclita ac Regia Ciuitate Bononiæ Marant. de ord. iudicior. diſtinx. nona n. 31. Afflict. Dec. 91. in fine Oſaſch. Dec. ped. p. n. 21. Surd. Dec. 32. n. 9.* vbi quod debet attendi an agenti aliquo modo competat Ius & quod Senatus mandauit poſſeſſori vt ſolueret canones preteritos ad quos tenebatur actione reali licet fuiſſet intentata perſonalis *Amat. Dec. Fer. 58. n. 17. & 18.* vbi quod ita etiam coram Rota veritas debet attendi & circuitus euitari.

A R G V M E N T V M.

In Cauſa Salarij procuratoris an detur Appellatio ſuſpenſiua & quomodo ſalarium ſit taxandum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In Cauſa mercedis procuratori debita licet non conuenta non datur appellatio ſuſpenſiua. Declara vt ibi.*

2 *Salarium exceſſiuum reduci debet ad congruam ſummam in cauſa appellationis.*

3 *Salarium procuratoris taxari debet arbitrio Iudicis iuxta qualitatem perſonarum cauſarum & laborum.*

4 *Iudex in Arbitrarijs non poteſt facile redargui. Declara vt ibi.*

5 *Cauſa mercedis generaliter eſt inappellabilis ſaltem quando concurrit paupertas.*

DECISIO. LI.

D. Hieronimus obtinuit à D. Loc. grauari D. Heredē D. Duciſſæ Saxatellæ in bonis hæreditatis pro Reſiduo mercedis ſibi debitę in rationem ſcutorum 25 pro quolibet anno ex quo inſeruiuit eidem D. Duciſſæ in officio ſollicitatoris ſuarum litium & cauſarum. Appellante hærede & commiſſa mihi cauſa
cū Clauſula ſi quid exequendū, credidi exequtioni locū eſſe, motus
1 quoniam agebatur de cauſa mercedis licet non conuenta, debita
tamen ab ea quę ſolita erat conducere ei qui ſolitus erat locare ſuas
operas, debita, inquam ſaltem officio Iudicis *vt dixit Rota in terminis ſollicitatoris & procuratoris coram Romboldo in Romana Salarij 23 Ianuarij 1626. Ferentill. ad Buratt. Dec. 174. n. 18. & ad Dec. 92. n. 11.* In qua non videtur admitti Appellatio ſuſpenſiua *Marcheſan. de commiſſ. par. p. capi 19. de commiſſ. App. in cauſ. merced. n. 22. vſque ad 26. & poſt eum Scaccia de Appellat. quæſt. 17. limit. 8. nu. 9.* vbi in puncto loquitur etiam de mercede procuratoris & de ſtylo ſignaturę teſtatur & licet addat in fine quod quando ſignatura ſentit Iudicem exceſſiſſe in taxatione, ſolet in aliqua parte dare exequtionē & in alia appellationi deferre prout etiam idem *dixit Marcheſan. vbi ſup. n. 25.*, attamen pro parte hæredis nihil mihi ſuper exceſſu oſtenſum fuit quod ſuaderet exequtionem eſſe retardandam Immo potius ex aduerſo habui fumum ſuper non exceſſu. Salua tamē adhuc remanebant hæredi iura docendi in deuolutiuo de huiuſmo
2 di exceſſu quoniam quādo ſalarium vere oſtenditur exceſſiuum reduci debet ad congruam ſummam in gradu appellationis *Rot. apud Marcheſ. de commiſſ. par p. fol. 1196. n. 6. Marc. Ant. Tomat. Dec. Ma-*
3 *cer. 10. n. 28.* quia ſalarium non conuentum taxari quidem debet

arbi-

arbitrio Iudicis ſed tamen inſpecta qualitate perſonarum & cauſarum & præſertim debet arbitrium eſſe non liberum ſed Regulatum a labore ita vt ſalarium ſit labori correſpectiuum *Menocch. de Arbitr. Iud.caſ.505.n.3.& 4.Rot.Dec.291.n.2. & Dec. 354.n 4.par.p.Recēſ. Thomat.Dec. Maceraten. 10.n.21. Coccin. Dec. 256.n. 3. & Dec. 416.*
4 *n.p. Ferentill. ad Buratt. Dec. 508. n. 3.* Bene verum eſt quod Iudex in Arbitrarijs non debet facile redargui, immo quod non poſſit argui vel reprehendi quia ſemper motus præſumitur ex iuſta cauſa *dixit poſt Caſtren. Crauetta conſ. 78. nu. 9. Menocch. de Arbitr. Iud. caſ. 176. nu. 5. lib. 2. & prius lib. p. quæſt. 70. nu. 7. & 12.* vbi quod non tenetur reddere rationem *Gratian. diſcept. forens cap. 170. n. 6.* vbi quod in hac parte Iudex principi æquiparatur *Scaccia de Appellat. quæſt. 17. limit: 15. n. p. & ſeq. Thomat. Dec. Macer. 14. n. 24. & 21.* quæ tamen temperari forte poſſent vt procedāt in ijs in quibus Iudex habet Arbitrium liberum, prout etiam ad dicta ſupra poſſet
5 addi quod generaliter cauſa marcedis eſt in appellabilis ſaltē quādo concurrit paupertas *vt ſentit Rota in maceraten. attētatorum Dec. 764. n. p. 2. & 3: par. p. diuerſorum* In hac autem, exequtionem nō relaxaui quia partes concordarunt.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum quando concedenda vel deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum habet exequtionem paratam ſtante Diſpoſitione Statuti.*
2 *Ex ſuſtentatione litis probatur poſſeſſio.*
3 *Reſponſiones ad Capitula, plene probant contra Reſpondentem.*
4 *Fauorabilior eſt Retentio quam Acquiſitio.*
5 *Non competit Reſtitutio niſi probetur læſio ſaltem ſemiplene etiam in minore, etiam in Eccleſia etiam aduerſus lapſum temporis, ſine aliquali probatione læſionis.*
6 *Non ſufficit modica læſio ad Reſtitutionem obtinendam.*
7 *Reſtitutio in integrum competens litis conſorti non prodeſt conſorti in cauſa Diuidua.*
8 *Quando diuerſa iura concurrunt in perſona vnius, non confunduntur ſed ſunt ac ſi eſſent in diuerſis perſonis.*
9 *Tertius qui ſciuit cauſam agitari non poteſt exequtionem impedire ſuper eadem Re in iudicium deducta.*

Digitized by Google

DECISIO. LII.

IO Baptiſta Durius tanquam Creditor in libris mille pro
reſiduo Dotis & in lib. 200. pro fructibus obtinuit a *D.*
Loc committi ſub haſtationes bonorum ſibi hypotecato-
rum & poſſeſſorum ab Eleonora & Dominica de Simeoni-
bus quibus appellantibus ad Rotæ Prætorem, credidi ri-
te ac recte fuiſſe iudicatum quoniam de credito & hypoteca con-
1 ſtabat ex publico documento quod habet exequtionem abſque vl-
la diſputatione ſtante diſpoſitione Statuti *ad tradita per Ludouic. Dec.*
Peruſ: 23. n. 32. & per Scacciam de Appell. quæſt. 7. Ampl. 12. n. 34. &
dixi ſup. Dec. 7. n. 6. de extremis autem A quo & Ad quem, vide-
licet de poſſeſſione debitoris tempore obligationis & de poſſeſſio-
2 ne Aduerſariorum tempore motæ litis, præter ſuſtentationẽ eiuſd.
litis quæ probat hoc ſecundum *Seraph. Dec. 1415. n. 3. Ludou. Dec.*
136. nu. 2. Buratt. Dec. 693. nu. 5. & Dec. 728. n. 3., conſtabat ex
3 Reſponſionibus ad Capitula quæ contra Reſpondentem plene pro-
bant *leg. procuratorem ff. de Inſtit. action Abb. in cap. quamuis n. 4. de*
Re Iudic Ludou. Dec 92. n p. Buratt. Dec. 921. n. 3.
Sed petebatur pro parte vnius Aduerſariæ Viduæ Reſtitutio in in-
tegrum aduerſus lapſum termini ad probandum & præſertim ad
docendum de iuribus anterioribus in bonis controuerſis in quibus
ei competere dicebatur Retentio *ad tex. in leg. a Diuo pio §. quod ſi*
4 *Res fuerit pignorata ff. de Re Iudic.* quæ fauorabilior eſt & facilius con-
ceditur quã acquiſitio de nouo *leg. 2. vbi Bald. C de fideico. Crauett.*
conſ 148. n 2. Ludou. Dec. 425. n. 2. Attamen viſum eſt Reſtitutio-
5 nem nõ competere ex quo non probabatur nec dabatur aliquis fu-
mus læſionis & eorum quæ ſupponebantur oretenus *ad tex. in leg. ex*
cauſa §. nunc videndum ff. de minor. Odd poſt alios de Reſt. in integ. par.
p. queſ. 4. art. p. n. p. & ſeq. vbi generaliter loquitur in omnibus pri-
uilegiatis *& n. 5. vbi ex Dec. conſ. 564. n. 18.* ampliat etiam in Ec-
cleſia *Buratt. Dec. 130. n. p.* vbi quod fundamentum Reſtitutionis
eſt læſio *& ibi Ferentill. n. 14.* & de minore *textus eſt in leg. minoribus*
C. de Reſt. in integ. & in leg. nam & poſtea §. ſi minor. ff. de Iureiur. cũ
alijs de quibus ibi per gloſ. in verb. Decuit. Dixit Rota noſtra coram D.
Paſio in cauſa vertente inter Illuſtriſſimam D. Canauam & D D. de Paſ-
qualibus vbi quod requiritur ſaltem ſemiplena probatio læſionis *vt*
per Oddum de Reſt. in integ. quæſt. 36. n. 27. & quæſt. 61. n. 89. &
per Scacciam de Iudicijs lib. 2. cap. 2. n. 467. & quod etiam in Reſtitu-

tione

tione aduerſus lapſum temporis requiratur aliqualis probatio læſionis *tradit opiniones conciliando Card. in cap. Auditis in ſec. oppo. de Reſt. in integ. odd. in eod. tract. par. p. queſt. 36. art. 4. n. 36. poſt medium*

6 Immo nec ſufficit læſionem probare ad obtinendum Reſtitutionē, ſi læſio eſt modica *ad tex. in leg. ſcio ff de in integrum Reſt. min. Odd. de Reſt. in integ. p. p. quaſ. 4 art. 12. n. 105.* nec etiam notabilis læſio ſufficit niſi minor probet ſe ex facilitate & ętatis lubrico lęſum *vt inquit tex. in leg. verum §. ſciendum ff. de minor.*

7 Omni in caſu hic militabat quod Reſtitutio in integrum vni ex colligitantibus competens non prodeſt conſorti quando cauſa eſt diuidua *tex. eſt in leg. p. C. ſi in com. cauſ. Reſtit. poſtul. & in leg. 2. C. ſi vn. ex plu. appell. & in hac ſpecie Afflict. Dec. 213. n. 4. vbi refert ita pluries fuiſſe deciſum.*

Dicebatur etiam quod iura Anteriora ſi quæ aderant, poterant etiā

8 in exequtione deduci nam quando diuerſa iura concurrunt in perſona vnius, non confundūtur ſed ſunt ac ſi eſſent in pluribus diuerſis perſonis *leg. p. vbi Bald. ff. de off. conſul. Socin. in leg. cum filium n. 28. ff. de leg. p. Ludou. Dec. 212. n. 8.* De hoc tamen poterat dubita-

9 ri quoniam etiam tertius qui ſciuit cauſam agitari & tacuit non poteſt impedire exequtionem pręſertim quando agitur de exequtione facienda in eadem Re quę fuit in iudicium deducta *Lancellott. de Atten. par. 2. cap. 12. Ampl. 14. n. 13. Boer. Dec. 39. n. 3. Ludou. Dec. Peruſ. 26. n. 8. Oſaſch. Dec. ped. 37. n. 4. Burate. Dec. 917. n. 4. vbi copioſe Ferentill.*

ARGVMENTVM.

Regula filius ergo hęres quando procedat. Promittens de Rato ad quid teneatur. Filius an & quādo pro patre poſſit obligari & ad quid.

SVMMARIVM.

1 *Filius non tenetur pro patre etiam pro debitis publicis & quare.*
Regula filius ergo hæres procedit quando agit, non quando conuenitur.
2 *Filius præſumitur hæres patris.*
3 *Non ſufficit præſumptio vbi requiritur probatio.*
4 *Promittens de rato ſine Clauſula Alias de ſuo non tenetur niſi ad Diligētias. Amplia vt ibi.*
5 *Sed non factis diligentijs tenetur ad intereſſe.*
6 *Poteſt ſe filius obligare pro patre.*
Metus reuerentialis non pręſumitur niſi probetur.
7 *Filius obligatus pro patre non tenetur niſi in quantum facere poteſt niſi*

renun-

renunciauerit expreſſe Beneficio legis vel ſit hæres patris ſimpliciter. Amplia vt ibi.

DECISIO. LIII.

D. Io. Baptiſta Superbus tanquam Creditor in libris centum Annibalis Berzuini ex priuata ſcriptura & ſolidatio- computorum facta cum Baſtiano filio Annibalis & nomine patris pro quo de rato, obtinuit a *D.* Loc. committi exequtionem ſcripturæ aduerſus Baſtianum qui appellauit & videbatur poſſe deducere quod cum ipſe promiſerit nomine
1 patris non poterat nomine proprio conueniri *vt in C. ne filius pro patre leg. 2. & leg. 4.* quæ loquuntur etiam in debitis publicis ne ſi patres comederent vuam acerbam dentes filiorum obſtupeſcerent *contra tex. Hierem. cap. 31. n. mihi 29. & Ezecchiel. cap.* 18. *n.* 20. vbi filius non portabit iniquitatem patris Et quamuis pater deceſſerit, filius tamen non fuit conuentus vt hæres nec probatum ipſum eſſe hæredem prout Requirebatur quoniam dictum Apoſtoli *ad Romanos cap.* 7. *& ad Galatas cap. 4.* filius ergo hæres in humanis procedit quando filius agit vt hæres non autem quando conuenitur niſi probetur quod ſe immiſcuerit hæreditati paternæ *leg. p. cum ibi not. per gl. & DD. C. ſi ab hæredit ſe abſtin. Euerard in loco Ab Autoritate Gratian. diſcept. forens cap. 215. n 15. & cap.* 330. *n.* 10. *& 11.* vel pro-
2 cedit quo ad præſumptionem non quo ad probationem quoniam filius præſumitur quidem hæres patris *Seraph. Dec. 1262. n. 4.* ſed
3 vbi requiritur probatio non ſufficit præſumptio *Felin. in Rub. de prob. in princ. & n. 3. Maſcard. de interp. Stat. concluſ. 4. n. 42. & 46. Buratt. Dec. 763. n.* 7. præſertim quando ſumus in materia quę poſſit aliunde quam præſumptione probari *vt dixi ſup. Dec. 32. nu. 4.*
4 Attamen credidi obiectum non obſtare quia cum Baſtianus promiſerit de Rato licet ſine Clauſula alias de ſuo quo caſu non tenetur niſi ad diligentias & promiſſio facti alieni reſoluitur in promiſſionē facti proprij *vt poſt alios tradit Gab. concluſ.* p. de pact. n. p. *& ſeq. vbi ampliat Beltram. ad Ludon. Dec. 241. n. 8. Surd. Dec. 234. per tot.* vbi idem deciditur in promiſſione principis *Buratt. dec. 64. n. p & ſeq.* vbi quod id procedit non obſtante iuramento: cum tamen neque
5 de abhibitis diligentijs conſtaret, tenebatur & condemnari potuit ad intereſſe quod erat in ſcriptura ipſa & in computis liquidatum *ad tex. in leg. 2. & in leg. ſi procurator ff Rem. rat. hab. Ruin. conſ. 132. n. p. lib. p. Gab. d. concluſ. p. de pact. n. p. Ludou. dec. 241. n. 2.*

6 Quod

6 Quod autem poſſit ſe filius obligare pro patre, certum eſt *leg. filius familias vbi gl. & DD. C. de fideiuſſor. cum alijs adductis in fortioribus terminis per Buratt. Dec. 44. n. p. & ſeq. & Dec. 783. n. 11.* vbi quod fideiuſſio filij pro patre non præſumitur facta ex metu reuerentiali
7 niſi probetur. Eſt tamen verum eum non teneri niſi in quantum facere poteſt. Si non expreſſe renunciauit Beneficio legis ſecundę C. quod cum eo vel niſi ſit ſimpliciter & abſque inuentario hæres patris *Pariſ. conſ. 94. n. 43. & ſeq. vrſill. ad Afflict. Dec. 308. Franch. Dec. 181. cum alijs adductis a Buratto Dec. 281. per tot.* vbi quod hec obligatio in forma Camerę nec iuramentum, nec Clauſula in ſolidum tollit hoc Beneficium.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio legis quoties C. De Re vindic. quando procedat & quando ceſſet & præſertim an in locatione locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Inter duos præfertur prior in traditione licet in donatione vel venditione poſterior amplia vt ibi.*
2 *Contractus conſumatus præfertur non conſumato; fallit in matrimonio.*
3 *Traditio eſt perfectio emptionis licet non ſubſtantialis ad omnem effectũ.*
4 *Locatio & venditio fraternizant.*
5 *Diſpoſitio leg. quoties C. de Rei vindic. an in locatione locum habeat.*
6 *Publicum inſtrumentum, priuatæ ſcripturæ præfertur.*
7 *Interdum poſterior creditor, potior eſt priore.*
8 *Regulariter prior in tempore, potior eſt in Iure.*
9 *In operis duobus ſimul locatis, conuenit priori ſatisfieri. Et quomodo id intelligatur.*
10 *Ex St. Fer. prima venditio Immo & promiſſio de vendendo pręfertur ſecunda venditioni non obſtante priori traditione.*
11 *Statutum dubium recipit interpretationem maxime paſſiuam a iure communi.*
12 *Verba Statutorum ſtricte ſunt intelligenda.*
13 *Quod eſt in genere tale, eſt proprie tale.*
14 *Vniuerſalis comprehendit omnes caſus licet in vno maior ſit Ratio quam in alio.*
15 *Ex St. Fer. prima locatio præfertur niſi ſecunda ſit ad longum tempus.*
16 *Ceſſat lex quoties ſtante ſcientia ſecundi emptoris de prima venditione.*
17 *Differt noua conceſſio a dimiſſione & relaxatione. Vnde infertur vt ibi.*
18 *Dare videtur qui non adimit cum poteſt.*

19 *Dictio quaſi eſt nota improprietatis & Additum diminuens.*

20 *Matrimonium non conſumatur ex copula praecedenti ſecundum communem ſententiam.*

21 *Deficiente ſuppoſito, deficit Diſpoſitum.*

22 *Dictio quatenus importat Conditionem.*

23 *Deficiente conditione, deficit conditionalis Diſpoſitio.*

24 *Ab Eccleſiaſtica perſona longe debet abeſſe variatio.*
Ex pluribus ab Eccleſiaſtico patrono præſentatis præfertur primus.
Laicus vero poteſt plures cumulatiue preſentare ex quibus Epiſcopus eligit

25 *In Eccleſiaſticis perſonis an ceſſet Diſpoſitio legis quoties. C. de Rei vendic.*

DECISIO. LIV.

Die 20. Martij 1638. Dominicus Stuanus tanquam Actor conſtitutus a D. Chriſtoforo Stuano eius patruo & curatore locauit per acta publici notarij Franciſco Vaſſallino quoddam Caſale pro annis quinque & pro annua reſponſione ſcutorum quinquaginta.

Die 22. Martij eiuſdē anni 1638. Reu. Stuanus atteſtatur per fidem eius manu conſcriptam ſe locaſſe idem Caſale pro annis quinque & pro ead. annua reſponſione ſcutorum quinquaginta Iacobo Bertello veteri conductori, & qui propterea reperiebatur in poſſeſſione Caſalis.

Quæſitum eſt quis eorum eſſet in locatione præferendus & D. prætor Bondeni pronunciauit ad fauorem Vaſſallini contra Bertellum. Quo appellante & cauſa mihi commiſſa tanquam Rotæ Prætori, licet fuerit præſentatus nudus proceſſus abſque informatione vlla Iuris vel facti Attamen mihi mecum differenti, videbatur fauere Bertello *tex. in leg. quoties C. de Rei vendic.* vbi facta per eundē eiuſ-
1 dem Rei Donatione vel venditione duobus, præfertur ille qui prior eſt in traditione licet ſit in Donatione vel vēditione poſterior quod locum habet etiam ſi prima Donatio vel venditio eſſet iurata *vt poſt Imol. Iaſ. Alex. Gozzad. & alios firmat Ant. Gab. concluſ. 2. de empt. & vendit. n. 3.* & rationem illius tex. adducere videtur Rota *Dec. 2. de*
2 *locat. in antiq. n. 2.* quia ſcilicet contractus conſumatus præfertur non conſumato, licet contrarium Statutum ſit in matrimonio *in cap. ſi Inter de Sponſal. & in cap. licet de ſponſa duorum* quamuis vt ibi dicitur in fine a quibuſdam prædeceſſoribus fuerit aliter iudicatum &
3 quod traditio ſit perfectio emptionis *firmat Fabian. de monte in*

tract.

tract. de empt. & vend. quaeſt. 5. *princip. n.* 6. *& ſequitur Amat. Dec. Fer.* 63. *n.* 6. licet neget eſſe perfectionem ſubſtantialem ad effectũ
4 de quo ibi At locatio & venditio fraternizant *inſt. tit. de location. in princ. leg.* 2. *ff. locat. Paſett. conſ.* 111. *n.* 10. *Rot. Dec.* 2. *n.* 2. *de locat.*
5 *in Antiq.* & quamuis controuertatur an *tex. in d. leg. quoties* locum habeat in locatione & partem negatiuam pluribus comprobare conetur *Iaſ. in Rep. eiuſd. legis quoties n.* 32. Attamen quod affirmatiua opinio contra Ias verior ſit *affirmat. Purpurat. in additione ad eundem Iaſ. vbi ſup. n.* 32. *poſt Alex. conſ.* 22 2. *viſo proceſſu cauſa & poſt Socin, Card. & alios probat Ant. Gab. concluſ.* 2. *de empt. & vend. n.* 5. *& decidit Rota d. Dec.* 2. *de locat. in antiq. licet Riccius Collect.* 439 *eam refe-rat pro negatiua quam pro affirmatiua refert Gab. d. n.* 5. *quamuis etiam ipſe in lib. meo referat Deciſionem primam pro ſecunda Add. Beniuaſſ. de pauper. q.* 8. *ſpec.* 6. *n.* 4. & quamuis etiam de locatione facta Vaſſallino conſtet ex publico documento & de locatione facta Bertello
6 ſolum ex priuata ſcriptura vnde preferendum videtur Inſtrumentum quod caret ſuſpicione Antidatæ *iuxta diſpoſitionem tex. in leg. ſcripturas C. qui potiores in pign. habear. Buratt. Dec.* 905. *n.* 2. Id tamen nihil obſtat, quia licet Inſtrumentum inducat præſumptam
7 prioritatem ex d. leg. ſcripturas, hoc tamen in caſu poſſeſſio inducit potioritatem *ex d. leg. quoties & leg. interdum ff. qui potior in pig. hab.* vbi dicitur quod interdum poſterior creditor, potior eſt priore.
8 Vaſſallino autem fauebat Regula qui prior eſt in tempore potior eſt in iure *cap. qui prior de Reg. Iur. in ſex. leg. p. C. qui potior in pig. hab. Amat. Dec. Fer* 8. *n.* 8. *tex. melior in leg. in operis ff. locati* ibi in operis
9 duobus ſimul locatis conuenit priori ſatisfieri, vbi verbum ſimul intelligendum eſt de ſimultate actus non de ſimultate temporis, alias enim non daretur prior & ſic textus ſecum ipſe pugnaret.
10 Accedebat *Statutum lib.* 2. *cap.* 94. vbi diſponitur quod ſecunda venditio non valeat in præiudicium primæ etiam ſi ſit cum priori traditione coniuncta & quod idem locum habeat in ſola promiſſione de vendendo *quod ſequta eſt Rota Fer. Dec.* 43. *n.* 4. *coram Amat.* vnde Ratio fraternitatis inter locationem & venditionem ex ad-
11 uerſo deducta retorqueri videbatur cum Statutum recipiat interpretionem præſertim paſſiuam a iure communi *ad latiſſime tradita poſt alios per Maſcard. de Interp. Statutorum concluſ.* 2. *n. p. & ſeq.* Sed nec videbatur opus ad Argumenta confugere quoniam Statutum ſatis expreſſe comprehendebat etiam locationẽ dum non ſolum de

ven-

venditione loquebatur ſed generaliter de qualibet etiam conceſſione & de quolibet contractu Et negari non poteſt quin locatio ſit quædam Conceſſio,& uere & proprie contractus ex ijs quæ ſolo cōſenſu ſubſtantiantur *vt patet Inſtit. tit. de locatione & in tit. ff. Locati*
12 *& in Cod. de locato* vnde nec obſtare poteſt quod verba Statuti ſtricte & proprie ſint intelligenda *ad tex. in leg. 3. ſ. hęc verba ff. de neg. geſt. Maſcard. de interp. Stat. concluſ. 4. n. p. & ſeq.*; nam quod eſt in
13 genere tale, eſt proprie tale *leg. ſemper in generalibus cum ibi not. ff. de Reg. Iur. Bald. in leg. 2. C. de Iureiur.* Quod magis procedit cum Sta-
14 tutum non ſolum generaliter ſed vniuerſaliter loquatur vnde magis comprehendit omnes caſus etiam ſi maior in vno vigeret Ratio quam in alio *ad tradita per Paſcit. conſ. 65. n. p. & ſeq. Amat. Dec. Fer. 80. n. 30. & 31. faciunt quę dixi ſup. Dec. 24. n. 2.* Sed quod plus eſt,
15 Statutum prædictum in verſ. Si vero expreſſe diſponit quod prima locatio valeat niſi ſecunda ſit ad longum tempus Attento ergo Statuto non obſtabat diſpoſitio legis quoties. Sed & in terminis iuris communis ceſſare videbatur ex quo ſecundus Conductor videlicet Bertellus ſciebat rem prius fuiſſe locatam Vaſſallino & quia mala fides non eſt a lege fouenda quæ non ſolet malitijs hominum indulgere ſed fraudibus potius obuiare *ad tex. in leg. in fūdo ff. de Rei vēdic.*
16 Ideo ſtante ſcientia ſecundi emptoris ſiue conductoris de prima conceſſione, alteri facta, non ſuffragatur ei prior affectata poſſeſſio *Iaſ. in leg. quoties in nona limit. C. de Rei vendic. Ferrati. caut. 48. & poſt Bart. Alex. Alberic. Gabriel. d. Concluſ. 2. de empt. & vēdit. n. 30.* Dubitari etiam poterat an ceſſantibus alijs, poſſeſſio quam Bertellus habebat ante locationem ſuffragaretur ei ad effectum gaudendi Beneficio legis quoties quæ videtur vim facere nō tam in poſſeſſione quam in traditione ibi cui priori traditum eſt & ibi Cui priori poſſeſſio ſoli tradita eſt & in iure ſolet in ſimilibus differre noua cō-
17 ceſsio a dimiſsione & relaxatione *vt poſt Alciat. Iaſ. Ab. & alios probat Menocch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 161, n. 64. & ſeq. Ludouic. Dec. Peruſ. 35. n. 7. & 8.* vbi quod licet Eccleſia, minor, emphyteota alienare non poſsint & de nouo tradere, poſſunt tamen (quia id minus eſt, dimittere & relaxare rem apud quem reperitur Et quamuis etiam Locatio facta, rem locatam detinenti, videatur habere traditionem annexam ſaltem virtualem & Ciuilem vt in ſimili dicitur de mutuo rei exiſtentis penes mutuatarium *in leg. certi cōdictio ſ. fin ff. ſi cert. pet.* quia qui mutuat pecuniam iam traditam li-

cet

18 cet alio tit. quodammodo tradere de nouo videtur *ad tex. in leg. ſingularia ff. ſi cert. pet. & in leg. p. §. ſciendum ff. de leg. 3.* vbi dare videtur qui non adimit cum poteſt. Verum eſt tamen quod illa eſt impropria traditio vnde DD in legibus preallegatis eam appellant
19 quaſi traditionem. Et Dictio quaſi eſt additum diminuens & nota improprietatis & quod eſt quaſi tale non eſt proprie tale *leg. 2. ff. de vſufruc. earum rerum quæ vſ. conſ. leg. ſi cum Dotem §. ſin ff. ſol matr. Bart. in leg. ſi ante nuptias 6. n. p. ff. ſol matrim.* Et illa non eſt vtique naturalis & actualis traditio quam conſideraſſe videtur *tex. in d. leg. quoties* præſertim cum ad effectum prelationis & conſumationis cõtractus non videatur ſatis, traditionem preſertim ex alia cauſa pre-
20 ceſsiſſe vt in ſimili dicimus quod matrimoniũ non conſumatur per copulam præcedentem ſed per ſubſequentem *cap. veniens de Sponſal. & ex communi Theologorũ & Canoniſtarũ ſententia cõprobat Sachez. de matrim. lib. 2. diſput. 21. nu. 13.* quicquid contra male ſenſerit *Marſil. ſing. 500. cum alijs* quos etiam ratio conuincit quoniam copula precedens non eſt matrimonialis ſed fornicaria.

Omnem denique difficultatem remouebat quod pro parte Bertelli non videbatur concludenter probatus contractus locationis quoniam de illo non cõſtabat niſi ex fide Reu. Curatoris atteſtantis fuiſse concluſum contractum locationis ſub ſuppoſito conſenſu ne-
21 potis, qui iam diſsenſerat, alij locando per biduum ante vnde deficiente ſuppoſitio, deficiebat Diſpoſitum *leg. moncipia vbi DD. C. de ſeru. fug. Amat. Dec. Fer. 4. n. 42. Buratt. Dec. 52. n. 4* preterea in eadem fide iurauerat Curator ſe velle ſeruare promiſsam locationẽ
22 Bertello quatenus ei locus eſse poſset quæ dictio quatenus importat conditionem *Crauetta conſ. 802 n. p. Ludou. Dec. 555. nu. 2.* Conditio autem illa deficiebat quia cum per biduum ante, nepos tanquam actor ab ipſo curatore conſtitutus locaſset Vaſsallino, nõ poterat poſt modum idem curator locare Bertello & impugnare factum eius nomine, quod factum eius proprium reputabatur *cap. qui per alium de Reg. Iur. in ſex. leg. quod meo ff. de acq. poſſ.* vnde deficien-
23 te conditione locationis deficiebat locatio *ad tex. in leg. multum intereſt. 21. & in leg. legata ſub conditione 41. ff. de cond. & Dem. & in leg. hac conditio 29. ff. eod.* & eo minus dici poterat locus eſse ſecundę locationi poſt primam, ex quo agebatur de contractu celebrato à
24 perſona Eccleſiaſtica a qua longe debet abeſse variatio *cap. cũ autem de Iure patr.* vbi quod licet laicus poſsit plures etiam ſucceſsiue

pręſentare ex quibus Epiſcopus eligit, attamen id Eccleſiaſticus nõ poteſt ſed ſi plures pręſentet, ſemper primus ab eo præſentatus eſt potior & pręfertur Vnde quod in Eccleſiaſticis perſonis contrahentibus pręferatur primus contractus & ſic ceſset diſpoſitio legis quoties *ſenſit Romanus in Auth. ſimiliter C. Ad leg. Falcid. in duodecima ſpeciali pię cauſę Marſil. ſing. 82. verſic. ſecundo limita Hoſtien. Io. Andr. Alex. Soc. Felin. Gozzad. Ruin. & alij relati per Gab. concluſ. 2. de empt. & vendit. n. 34. & per Martam de Iuriſd. par. 4. cent. 2. cap. 72. licet alij quos refert idem Gab. d. nu. 34. contrarium ſenſerint.* In prædictis ſentiebam ſententiam pro primo Conductore fore confirmandam ſed non confirmaui quoniam partes concordarunt.

ARGVMENTVM.

Exceptio erroris calculi quando proſit. Conſanguinitas quando repellat Iudicem vel teſtem. Fauore minoris quando Contractus & Iudicium claudicet.

SVMMARIVM.

1 *Minor non poteſt in iudicio legitime comparere de iure & ex St. Fer.*
2 *Conſanguineus vſque ad tertium gradum vel repellitur a teſtificando vel non eſt teſtis integer pro conſanguineo.*
3 *De errore calculi opponi poteſt vbi nõ obſtat Res Iudicata vel tranſactio.*
4 *Non valet Renunciatio Reuiſionis computorum niſi poſt motam litem ſuper errore.*
5 *Sententia lata inſtante minore ad eius fauorem, valet, ſecus ſi contra eũ. Nullitas inducta fauore minoris allegari non poteſt niſi ab eo. Fauore minoris poteſt contractus & iudicium claudicare.*
6 *Conſanguineus teſtis probat quando eſt vtrique parti æque coniunctus: Par Affectionis cauſa, ſuſpicionem remouet.*
7 *Iudex conſanguineus partis vſque ad decimum gradum poteſt recuſari.*
8 *Fallit quando eſt vtrique parti æqualiter coniunctus.*
9 *Iudex ex leui cauſa recuſari poteſt.*
10 *Facilius repellitur Iudex quam teſtis & quare.*
11 *Error calculi eſt Clare probandus ab allegante.*
12 *In dubio pro calculo ſemel facto eſt iudicandum.*

DECISIO. LV.

CArolus Gambarus tanquam Creditor Ferdinandi pizzaguerrę in lib. 60. vigore ſaldi vt vocant confecti per priuatam ſcripturam a partibus ſubſcriptam & a teſtibus recognitam obtinuit a D. Loc. eum grauari ſed is appellauit ad me & pro eo

1 Primo

1 Primo dicebatur iudicium nullum tanquam actitatum nomine Ca-
roli minoris qui non habet ad iudicia legitimam perſonam *ad tex.*
in leg. p. C. qui legit perſon. ſtan. in Iud. & concordat Stat. lib. 2 cap. 8.
2 Secundo dicebatur teſtem ex aduerſo receptum pro recognitione
ſcripturæ tanquam Caroli, ſecundi gradus conſanguineum non
probare *ad tex. in cap. 2. & cap. Accuſatores 3. q. 1. cum alijs adductis*
per Gab. Concluſ. 13. de teſtib. n. p. & 8. vbi quod Conſanguineus ſaltẽ
vſque ad tertium gradum incluſiue repellitur *Maſcard. de prob. Cõcl.*
1357. n. 4. & prius Concluſ. 412. n. 3. vbi quod licet admitteretur,
admitteretur cum diminutione fidei adeo vt dici non poſſet teſtis
3 integer & omni exceptione maior. Tertio opponebatur de errore
calculi de quo dici & opponi ſemper poteſt quoties non adeſt tran-
ſactio vel Res Iudicata *iux. tex. in leg. vnic. C. de error. calcul.* quod
4 procedit non obſtante quouis pacto Renunciatiuo Reuiſioni com-
putorum quoniam error calculi influit in pactum & ex eodem erro-
re vtrumque præſumitur actum & vtrumque tanquam erroneũ re-
tractatur *ad tex. in leg. Doli mali §. Diuerſum ff. de noua Bart. in leg. ſi*
quis cum aliter ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 60. n. 3. Maſcard. de prob.
Concluſ. 212. n. 19. Amat. Dec. Fer. 39. n. 7. Buratt. Dec. 336. nu. 9.
vbi quod nec Cameralis obligatio nec Renunciatio nocet niſi facta
ſit poſt motam litem ſuper ipſo errore. His tamen non obſtantibus
credidi ſuſtinendum eſſe grauamen.

Ad Primum enim Reſpondi *ex leg. non eo minus C. de proc.* quod ſen-
5 tentia lata inſtante minore vel eius illegitimo procuratore valet ad
fauorem minoris licet non ſi contra eum lata ſit *Ita poſt alios Reſpon-*
dit Vant. de nullit. ex inhabilet. n. 36. Bellamer. Dec. 142. Fere per tot.
Gratian. Diſcept. 27. n. 39. vbi quod nullitas, fauore minoris indu-
cta allegari non poteſt niſi ab ipſo minore cuius fauore poteſt & cõ-
tratus & iudicium Claudicare *vt dixi Dec. 4. n. 2. & ſeq.*

6 Ad Secundum Reſpondi Conſanguineum in teſtem admitti quan-
do vt hic eſt vtrique parti eodem gradu coniunctus *gl. in cap. Con-*
ſanguinei 3. q. 5. in verb. parentes verſ. ſed quid ſi teſtis poſt Bart. &
communem Gab. Concluſ. 13. n. 18. de teſtib. & facit ad id Ratio tex. in
leg. non ſolum 67. §. p. ff. de Rit. nupt. vbi quod par Affectionis Ra-
7 tio cauſam ſuſpicionis remouet. Sic etiam licet Iudex conſangui-
neus vnius partis, poſſit ab alia ſuſpectus allegari *cap. poſtremo de Ap-*
pellat. etiam vſque ad decimum gradum *ſecundum communem ſenten-*
tiam gl. Bald. & Dec. & in d. cap. poſtremo. attamen quando Iudex
8 eſt

8 eſt vtrique parti æqualiter coniunctus, a neutra recuſari poteſt *Abb. in d. cap. poſtremo n. 5. de Appell. Iaſ. in leg. qui Iuriſdictioni n. 9. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Menocch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 152. n. 8.* Argumentũ autẽ a Iudice ad teſtem hoc in caſu procedit a fortiori
9 quoniam Iudex ex leui cauſa remouetur *cap R. Canonicus de off. deleg. Beltram. ad Ludou. Dec. 327. n. 14.* Et facilius repellitur Iudex a iu-
10 dicando quam teſtis a teſtificando in cauſis particularibus quia facilius eſt Iudicem reperire quam teſtem & vbi maius eſt periculũ ibi cautius eſt agendum *cap. vbi periculum de elect. in ſex.*
11 Ad Tertium prætenſus error fuit allegatus ſed non probatus per allegantem cui hoc onus incumbebat *ad tex. in leg. qui accuſare C. de eden. & in leg. 2. ff. de prob* vbi quod ei qui dicit incumbit onus probandi non ei qui negat Immo non ſolum probare ſed perſpicue & clare id probare tenebatur *Dec. conſ. 98. n. 4. verſ. non obſtat Idem in leg. p. n. 8. in fine C. de error. calculi Crauetta conſ. 198. n. 3.* In dubio
12 autem nemo debet vrgeri ad calculum repetendum & pro calculo ſemel facto & ſolidato eſt in dubio præſumendum & iudicandum *leg. ſemel. C. de Apoch. lib. 10. Soc. ſen. conſ. 92. n. p. lib. 4. Pariſ. conſ. 89 n. 8. lib. p. Maſcard. de prob. concluſ. 252. n. 20 & 21. Amat. Dec. Fer. 28. num. 10.*

ARGVMENTVM.

Voluntas Captatoria quando valeat vel non. Impenſa funeris & infirmitatis quomodo deducantur.

SVMMARIVM.

1 *Expenſa funeris deducenda eſt ante omnia.*
Expendens in funus, cum defuncto contrahere dicitur, non cum herede.
2 *Expenſa funeris præfertur etiam Creditoribus anterioribus & priuilegiatis. Amplia vt ibi.*
3 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
4 *Dictio ſemper omne tempus & omnem caſum includit.*
5 *Expenſa pro vltima infirmitate, habet priuilegia funeris.*
Non minus expedit viuos conſeruari quam mortuos ſepeliri.
6 *Teſtamentum non debet pendere ab alieno arbitrio.*
7 *Filius fam. teſtari non poteſt etiam de patris conſenſu.*
8 *vltima voluntas Captatoria non valet ſiue ſit inſtitutio ſiue legatum.*
In Captatoria voluntate videtur ceſſare voluntas.
9 *Voluntas Captatoria quæ nam proprie dicatur.*
10 *Legatum & fideicommiſſum particulare poteſt alieno arbitrio committi.*

11 Pa-

11 *Pater per ſubſtitutionem pupillarem dicitur teſtari pro filio.*
12 *Ad pias cauſas poteſt vltima voluntas alieno arbitrio committi.*
13 *Vltimę voluntati alieno arbitrio commiſſæ Regulariter ius non aſſiſtit, ſed non reſiſtit.*
14 *Poteſt. per legem vel conſuetudinem permitti vt vltima voluntas alieno arbitrio commitatur.*
15 *Princeps eſt ſupra ius Ciuile & dicitur conſuetudinem habere ſub pedibus*
16 *Poteſt Princeps permittere vt vltima voluntas poſſit alieno Arbitrio committi.*
17 *Facta ſunt potentiora quam verba ad indicandam voluntatem & quare.*
18 *Sententia Principis habet vim legis.*
Sententia lata contra ſententiam Principis eſt ipſo iure nulla ſicut lata contra legem.
19 *Poteſt Princeps de iure ſupra ius diſpenſare & contra ius Ciuile etiam ſine cauſa.*
20 *Præſumitur Princeps vti voluiſſe plenitudine poteſtatis ſi actus alias nō valeret.*
21 *Non creditur mandatario ſuper mandato.*
Mandatum eſt ſtricti iuris & ſeruandum eſt in forma ſpecifica.
22 *Delegato non creditur de Delegatione & citatus ſine illius inſertione, non tenetur comparere.*
23 *Non ſtatur Dicto Iudicis in ijs ex quibus pendet eius iuriſdictio.*
Non creditur Arbitro ſuper compromiſſo.
24 *Aſſertioni Principis creditur præſertim quando in eo fundat diſpoſitionē.*
25 *Et in terminis Ducum Ferrariæ.*
26 *In Antiquis creditur Principis Aſſertioni licet agatur de illius commodo.*
27 *Nobili & egregiæ perſonæ aſſerenti ſe mandatarium alterius creditur pręſertim in antiquis.*
28 *Mandatum enunciatum in antiquis præſumitur.*
In ſententia Antiqua præſumitur mandatum Delegationis.
29 *Poſt diuturnitatem temporis Laudum pręſumitur latum in vim precedētis compromiſſi.*
30 *In ſententijs Antiquum dicitur poſt annos triginta.*
31 *Omnis Diſpoſitio Principis habet vehementiſſimā iuſtitiæ præſumptionē.*
32 *Pro ſententia maioris iudicis maior eſt præſumptio.*
Princeps dicitur Iudex Iudicium.
33 *Laudum dicitur emologatum ex diuiſione ſequta iuxta formam laudi.*
34 *Voluntas Captatoria an pacto confirmetur.*

35 *Vltima voluntas celebrari poteſt etiam in contractu.*
36 *Sententia licet inter alios latę inducunt vehementem preſumptionem bonis Iuris.*

DECISIO. LVI.

Illuſtriſſimus D. Ioſeph. Guarinus vexatus a diuerſis creditoribus hæreditarijs quorum ipſe non erat debitor, impetrauit mihi committi cum voto Rotę cauſam concurſus & petijt & obtinuit locum. Primo pro ex-
1 penſa funeris quæ eſt ante omnia deducenda *leg. p. ff. de Relig. & ſumpt. fun.* vbi quod qui in funus impendit, cum defuncto contrahere dicitur non cum hærede *leg. papinianus §. quarta ff. de Inoff. teſtam. leg. in reſtituenda C. de pet. hæred. pereg. de fid. art. 35.*
2 *n. 40. Amat. Dec. Fer. 4 n. 69.* & præfertur etiam creditoribus expreſſam habentibus hypotecam *leg. nec ære alieno deducto ff. de Relig. & ſumpt. fun. leg. impenſa 45. ff. eod. leg. fin §. in computatione C. de Iure delib. leg. p. §. de impenſa ff. Ad leg. falcid.* vbi quod ante æs alienum deducitur & impenſa funeris & ſepulturæ Immo etiã impenſa monumenti modica. *Ludou. Dec. Peruſ. 78. n. 22. Surd. poſt alios Dec. 112. n. 3. Amat. Dec. Fer. 8. n. 2. &* 3. vbi quod ab hærede beneficiatio deducitur & præfertur creditoribus etiã priuilegiatis *quod probat etiã Ludouic. d. n. 22. in fine facit tex. in leg. pen. ff. de Relig. & ſumpt. fun.* vbi quod omne creditum præcedit & ſemper deducitur At qui om-
3 ne dicit nihil excludit *cap. ſolita de ma. & ob. leg. 2. C. de her. Inſt. gl.*
4 *in leg. a pro ..atare C. mandati* Et Dictio ſemper omne tempus & omnem caſum includit *gl. in leg. p. ff. ſol. matr. Iaſ. conſ. 51. n. 10. lib. 1. Pariſ. conſ. 90. n. 28. lib. 2. Surd. Dec. 112. n. 4.*
5 Cui acceſſit Impenſa facta pro vltima infirmitate quæ pariter eſt priuilegiata quia non minus expedit viuentes conſeruari, quam mortuos ſepeliri *Bald. in leg. fin n. 7. C. de neg. geſt. Felin. in cap. Contingit. 36. n. 2. de ſent. excom. Rol. conſ. 14. lib. p. n. 26. & 27. Neguſant. de pignor. par 2. memb. 5. n. 28. Surd. Dec. 112. n. 7. Gratian Diſcept. 94. n. 14. & 15. Dixi Dec. 26. n. 7. & ſeq.*

Obtinuit poſt hæc & poſt bona quædam feudalia & Dotem maternam graduari pro bonis & in bonis fideicommiſſo ſubiectis per q. D. Alfonſum Guarinum eius Atauum ſeu per tunc Illuſtriſſimũ Herculem, ſecundum Ferrariæ Ducem cuius Arbitrio moriens Alfonſus commiſerat bonorum ſuorum diſpoſitionem.

Opponebatur tamen dubitari poſſet de viribus huiuſmodi diſpoſi-
tionis

6 tionis Ducalis ex quo vltima voluntas & Teſtamentum pendere nõ
debet ab Alieno arbitrio *leg. p. ff. de teſtam. ibi voluntatis noſtræ iu-
ſta ſententia leg. Illa inſtitutio ff. de here. inſt.* vnde ex ratione prædicta
7 non poteſt filius fam. etiam de patris conſenſu condere teſtamentũ
*Inſt. tit. quib. non eſt permiſſum fac. teſt. in princ. ibi quamuis parentes eis
permiſerint leg. qui in poteſtate ff. de teſtam. & ibi Caſtr. hanc rationem
adducit Iaſ. in leg. ſenium C de teſtam. n. 9. Cinot. d. tit. quib. non eſt per-
miſſ. fac. teſt. n. 6. Clar. in §. teſtamentum quæſt.* 18. *in princ.* & ex quo
8 vltima voluntas captatoria non valet ſiue loquamur de teſtamento
& diſpoſitione vniuerſali *leg. Captatorias ff. de her. inſt. leg. captatorias
C. de teſtam. milit.* ſiue loquamur de legato & fideicommiſſo parti-
culari *leg. captatoriæ ff. de leg. p. Surd. Dec. 68 n. 7. vbi ex Bart.* quod
in captatoria voluntate videtur ceſſare voluntas ex quo videtur
quis aliena magis captare quam propria relinquere voluiſſe.
9 Sed fuit Reſponſum quod voluntas de qua in cauſa non erat pro-
prie captatoria nam proprie captatoria dicitur illa quæ fit ad cap-
tandum, venandum, aucupandum alterius hæreditatem ſeu lega-
tum vt cum quis inſtituit alium ſi vel ex qua parte fuerit ab ipſo in-
ſtitutus vel cum quis alteri relinquit vt ſibi relinquatur & hæc tan-
quam bonis moribus repugnans, omni iure prohibetur *ita docet Soc.
Iun. in leg. moribus n. 9. cum ſeq. ff. de vulg. & pup. qui ſibi diſtinxionẽ
aſcribit, Couar. in cap. cum tibi de teſtam. n. p. & ſeq. Ant. Aug. lib. 4.
emendat. cap. 15. Coraſ. miſcellan. lib 5 cap. 13. Sarmient. lib. 2. Sele-
ctar. interpret. cap. 4. Petr. Greg ſintagmat. Iuris lib. 39. cap. 9. nu. 12.
Surd. Dec. 53. n. 28. & Dec. 98. n. 3. Rot. Dec. 142. n. 8. & 11. &
Dec. 343. per tot. par p. diuerſorum & coram Seraph. Dec. 359. n. 11. &
12. & coram Coccina Dec. 178. n. 1 par ſex. diuerſ. Duran. de condition.
impoſſib. a iure reprobat. par 3. cap. 5. n. 4.* Voluntas autem alieno ar-
bitrio commiſſa quę ab Antiquis appellata eſt etiam captatoria ſed
erranter vt ſupradicti recenſiores ac eruditiores oſtẽdunt & in qua
verſabamur cum longe abſit a Dolo & a fallacia & ſolum repugnet
rationi mere ciuili ac poſitiuæ, non eſt adeo prohibita vnde in le-
10 gatis & fideicommiſſis particularibus eſt a lege permiſſa *tex. eſt in
leg. p. ff. de leg. 2. & in leg. Senatus §. legatum ff. de leg. p. & in leg. ſi ſic
ff. eod. & in leg. fideicommiſſum §. tanquam ff. de leg. 3 & in leg. Theo-
pompus ff. de Dote prelegata* Et in aliquibus etiã caſibus eſt a iure cõ-
muni permiſſum vt quis poſſit alieno arbitrio etiam teſtamentum
11 & vniuerſalem diſpoſitionem committere patet de Iure Ciuili ex

tex.

tex. in leg. 2. ff. de vulg. & pupill. vbi pater liberis impuberibus po-
teſt teſtamentum facere& ita teſtamentum filij committitur patris
12 Arbitrio: Patet etiam in Iure Canonico *ex tex. in cap. Cum tibi de*
teſtam. vbi poteſt quilibet ad piam cauſam alteri bonorum ſuorum
diſpoſitionem committere *Bart. poſt Innocen. in leg. Captatorias in fi-*
ne ff. de hær. inſt. Nauar. conſ. 2. n. 3. de teſtam. Gab. concluſ. 3. de pia
cauſa n. p. & 2. vbi de magis communi Fuſar. de ſubſtit quæſt. 50. *n.* 68.
13 Et quod vltimæ voluntati alieno arbitrio commiſſæ Ius non reſi-
ſtat, licet non aſſiſtat *dixit Bart. in leg. p. n. 5. ff. de condit. Inſtit. quẽ*
ibi ſequitur Imola Bolognin. in leg. nemo pot. ff. de leg. p. Ruin conſ. 20.
n. 6. lib. 2. Surd. Dec. 53. n. 6 & 18. Et quod etiam extra ſpeciales
14 caſus vt ſupra deciſos poſſit etiam generaliter per leges, Statuta,
vel conſuetudines pormitti huiuſmodi diſpoſitio alterius arbitrio
commiſſa *docet poſt Alex., Rip., Socin. & communem Gab. d. concluſ. 3.*
de pia cauſa n. 10. Tiraq. de leg. Cornub. gl. 5. n. 96. in fine Vaſq. de ſuc-
ceſſ. creat. lib. 2. §. 17. n. 85. & ſeq. vbi de communi & vera teſtatur
& prius in §. *p. n. 19. Craſſus qui communem etiam aſſerit in* §. *inſtitutio*
quæſt. 18. *in fine de ſucceſſion. Genuen. in praxi Archiep Neap. cap. 78. n.*
2. Fuſar. poſt alios de ſubſtit. quæſt. 503. n. 80. Vnde poteſt etiam per
15 Principem idem concedi quoniam Princeps non eſt inferior lege
ſed eſt lex Animata immo eſt ſupra legem & ſupra ius Ciuile & ple
niſſimam in eo poteſtatem habet *vt dixit Crauetta conſ. 266. num. p.*
& conſuetudinem dicitur habere ſub pedibus *vt poſt Bald. cõſ 388.*
& 451. lib 4 dixit idem Crauetta conſ. 238. n. 11. Et in ſpecie quod
16 Princeps permittere poſſit prædictam diſponendi formam *dixit*
Vaſq. de ſucceſſion. creat. lib. 2. cap. 17. n 86. ibi Eadem ratione limi-
ta vt non procedat Principe permittente *arg. leg. p. ff. de Conſtit Prin-*
cip. & in §. ſed & quod Principi inſt. tit. de Iure nat. gent. & Ciuili &
17 *ſequitur Fuſar. de ſubſtit. quæſt 503. n. 76.* Et cum facta ſint poten-
tiora quam verba *cap. dilecti filij 2. & ibi Dec. in 2. not. de Appell. Idem*
Dec. in leg. ſemper qui non prohibet n. 8. ff. de Reg. Iur. Menocch. de præſ.
lib. 6. præſ. 35. n. 21. Beltram. ad Ludou. Dec. 163 n. 11. Idem Lud.
Dec. 247. n. 18. vbi ſubditur ratio nam homines ſæpe dicunt quod
nolunt at raro faciunt contra id quod ſenſiunt, fortius prædicta
procedere videbantur in caſu propoſito in quo Princeps non ſim-
pliciter permiſerat verbo ſed facto nam ipſemet acceptauerat fa-
cultatem & ipſe diſpoſuerat per modum etiam ſententiæ & laudi
18 Et certum eſt etiam quod ſententia Principis in caſu in quo fertur

habet

Digitized by Google

habet vim legis *vt eſt tex. in d. §. ſed & quod Principi ibi vel Cognoſcens decreuit vbi Aldobrand. not. nu. 20. & tex. in d. leg. p. ff. de conſt. princ. ibi vel Cognoſcens decreuit vel de plano Interloqutus eſt & ibi Iaſ. in 3. not.* Immo & vim generalis Legis haberet etiam in ſimilibus caſibus ſi de voluntate Principis conſtaret *leg. Imperialis 11. ff. de legib.* nam quod Principi placuit legis habere vigorom, legis habet vigorem & ita reduplicatiue intelligitur *tex. in d. §. ſed & quod Principi*. Et ſicut ſententia lata contra caſum legis non ſubſiſtit *leg. 2. C. quand. prouoc. non eſt neces leg. p. §. fin ff. quorum appell. non recip.*, ita etiam ſententia lata contra ſententiam Principis, quaſi contra legem lata, eſt ipſo iure nulla *vt per Aldobrand. in d. §. ſed & quod Principi n. 20. & poſt Imol. & alios per Iaſ. in d. leg. p. ff. de conſtit Princ. n. 6.* Quod adhuc etiam fortius obtinebat ex quo in Ducali diſpoſi-
19 tione legebatur Clauſula de plenitudine poteſtatis qua Princeps poteſt de Iure ſupra Ius diſpenſare *ad tex. in cap. propoſuit 4. de conceſſ. preb. Crauett. conſ. 119. n. 2.* vbi quod Princeps de poteſtatis plenitudine poteſt etiam ſine cauſa contra ius Ciuile diſpēſare immo & tollore quæ ſunt iuris Ciuilis & ſic derogare poteſt & abrogare & de plenitudine poteſtatis Princeps eſt omnia & ſuper omnia. *Bal. in cap. qualiter Do. feu. prop. priu. in vſib. feud. Crauett. conſ. 241.*
20 *n.* 4. vbi plus dixit Immo licet Clauſula pſædicta non foret expreſſa, & Regulariter tacite non ſubintelligatur, ſi tamen alias actus nō valeret, tunc præſumitur Princeps vti voluiſſe plenitudine potoſtatis vt actus valeat *Caſtren. in leg. ex imperfecto in fine C. de teſtam. Alex. in leg. quamquam C. de teſtam. milit. & poſt Dec. & Abbat. Crauett. conſ. 75. num. 3.*

Obiciebatur etiam quod non conſtabat de aliqua volūtate Alfonſi
21 niſi ex dicto D. Ducis quod non videbatur ſatis probare quia de mandato non creditur mandatario, niſi de mandato conſtet aliunde *cap. p. de proc. leg. p. C. de mand. princip.* Immo etiam quando de mandato conſtat, adhuc eſt ſtricti iuris & in eo non veniunt niſi expreſſa *leg. diligenter ff. mandati cap. cum olim Abbas in fine de off. deleg.* & ſeruandum eſt in forma ſpecifica *Buratt. Dec. 374. n. 8. & Dec.*
22 *696. n. 9.* Nec de Delegatione creditur Delegato niſi litteras Delegationis exhibeat *Cap. cum in iure vbi Abb. & Felin. de officio Deleg. & poſt Bart. Marant. de ord. Iudic. Diſtinx. quinta nu. 55.* vbi quod propterea citatus corā Delegato comparere non tenetur niſi in citatione ſit inſertus tenor Delegationis *Gratian. diſcept. forens*

cap. 170. n. 17. fatiunt tradita in Deciſione ſeq. ex Buratt. Dec. 29. n. 6.
23 vbi quod non ſtatur dicto Iudicis circa ea ex quibus pendet eius iuriſdictio ſic etiam Arbitro non creditur ſuper compromiſſo ſeu facultate Arbitrandi *leg. ne in Arbitris C. de Arbitr. ibi ſolius arbitri Sermones minime eſſe credendos.*
24 Sed fuit Reſponſum quod prædicta omnia procedunt in priuatis perſonis ſed fallunt in Principe cuius dicto & aſſertioni omnino creditur *ad tex. in can. nobiliſſimus 97. Diſt. & in Clem. p. de prob. ibi fidẽ plenariam Bart. in leg. Ambitioſa nu. 28. ff. de Decret. ab ord. fac. cum alijs adductis per Maſcard. de prob. Concluſ. 1227. n. p. & 10.* vbi quod licet Clementina loquatur in Pontifice, extenditur tamen etiam ad alios ſupremos Principes & n. 9. vbi quod abſque dubio procedit Concluſio in Aſſertione ſuper qua Princeps fundat Diſpoſitionem *& probat tex. in d. Clem. ibi ſuper quibus intentio noſtra fundatur.*
25 Et in terminis Sereniſſimorum Ducũ Ferrariæ *Reſpondit Ruin. conſ. 21. in princ. & conſ. 227. n. 6. lib. p. & conſ. 200. n. p. lib. 2. & Laderchia conſ. 107. n. 2.* vbi ampliat etiam ad verba enunciatiua & n. 3. vbi probat Duces Ferrariæ habere omnia iura quibus gaudent ſupremi Principes ac Reges. Quæ facilius etiam procedunt quan-
26 do inter ſubditos agitur Et quod ſaltem in Antiquis, principis aſſertioni credendum ſit etiam ſi agatur de commodo eiuſdem Principis *poſt ſpecul. Corn. Soc. Butr. probat Crauetta conſ. 276. n. p.* & quod
27 etiam nobili vel alias egregiæ perſonæ aſſerenti ſe procuratorem vel mandatarium alterius credatur præſertim in Antiquis *poſt Beltram. Soc. Cagn. & alios tradunt Gab. concluſ. p. de proc. n. 10. Tiraq. de nobilit. cap. 2. n. 39 Crauett. de Antiq. temp. par. 2. n. 69. Menocch. de*
28 *praſ. lib. 2. praſ. 33. n. 28.* Confirmatur quoniam etiam in priuatis perſonis ex Diuturnitate temporis preſumitur mandatum procuræ quando reperitur enunciatum in inſtrumẽto aliquo prout erat hoc in caſu *Cepoll. conſ. 26. n. 2. Dec. conſ. 36. n. 8. Boer. Dec. 281. n. 17. Menocch. de praſ. lib. 2. praſ. 33 nu. 25. Gab. concluſ. 2. de proc. nu. 9. Crauett. de antiq. temp. par 2. num. 61.* Et in ſententia Antiqua preſumitur Mandatum Delegationis *Felin. in cap. ſicut de Re Iudic. n. 32. & poſt alios multos Gab. Concluſ. p. de proc. n. 20 & Concluſ. 4. de ſen-*
29 *ten. n. 35* Et in ſpecie quod poſt temporis diuturnitatem Laudum præſumatur latum in vim præcedẽtis compromiſſi *Crauett. de Antiq. temp. par 2. n. 34. Curt. ſen. conſ. 11. quẽ ſequitur Menocch. de preſ. lib. 2. praſ. 33. n. 35. Caſſad. Dec. 3. de proc. n. 2. Gab. d. Concluſ. p. de proc. n. 20.*

Digitized by Google

n. 20. Et cum eſſemus in caſu in quo fluxerant anni pluſquam ſeptuaginta, diuturnitas temporis controuerti non poterat cum in ſẽ-
30 tentijs adhũc effectum ſecundum diuerſas opiniones dicatur antiquam poſt annos decem vel viginti vel ad ſummũ poſt annos triginta *Gab. poſt alios concluſ. 4. de ſenten. n. 39. & 40. Menocch. lib. 2. de Arbitr. Iudic. caſ. 4. per tot. Ferentill. ad Buratt. Dec. 94. nu. 8.* Et
31 hæc magis procedunt in ſententia Principis quæ vſque ab initio abſque vllo temporis adminiculo habet vehementiſſimam Iuſtitiæ prę̃ſumptionem *ex traditis in leg. 2. §. merito & §. ſi quid a Principe ff. ne quid in loco pub. & per Crauett. conſ. 168. n. 9. vbi ex Bald.* quod
32 Princeps prę̃ſumitur Iuſtitia plenus Et ſi pro ſententia maioris Iudicis maior eſt præſumptio *leg. p. ff. de off. pręf. prę̃t. Bald. in leg. tutores ff. de Confirm. tut. Iaſ. in leg. pacta nouiſſima in 3. not. C. de pact. petr a ſanc. ſing. 52. in fine Marſil. ſing. 438. & poſt Alciat. & alios Menocch. lib. 2. de Arbitr. Iudic. caſ. 4. n. 6.* maxima militabit pro ſententia principis qui dicitur Iudex Iudicum *ad tradita in leg. nemo Iudex C. de Decurion. & per Menocch. poſt Bald. in quarto Reſponſo Cauſę Finarienſis n. 58. & 59. poſt Tract. de Recuperan. poſſeſſione impreſſo.*

Accedebat quod Ducalis diſpoſitio fuerat comprobata per diuiſiones ſubſequtas inter ſucceſſores Alfonſi videlicet inter Franciſcũ eius filium & Ioannem Baptiſtam eius ex Franciſco nepotem & Auum prædicti D Ioſephi equitem oratorem ac poetam laureatum cuius clariſſimo nomine non ſolum Illuſtriſſima Ferraria ſed mea
33 hęc quoque Deciſio illuſtratur: Ex diuiſione autẽ facta iuxta formam laudi, laudum dicitur emologatum, & licet alias nullum eſſet, valeret ſi non in vim laudi ſaltem in vim pacti *cap. examinata de Confirm. vtil. vel inut. cũ ibi not. per Canoniſtas leg. 2. C cõmun. vtriuſq; Iudicij vbi gl. & legiſtę Abb. in cap. dilecti in fine de Arbitr. Menocch. cõſ.*
34 *p. n. 120. Afflict. Dec. 117. n. 6.* Et quamuis voluntatem Captatoriã pacto non firmari, firmare videatur *Surd. Dec. 57. n. 6. & 9.*, loquitur tamen quando per eam inducitur Captio vel aufertur libera teſtandi facultas a quibus caſibus longe aberat caſus noſter præter quam quod habebat alias circumſtantias de quibus ſupra Et certũ
35 eſt quod fideicommiſſa & ſubſtitutiones induci poſſunt etiam in contractibus & per actus inter viuos *leg. vt heredibus ff. de leg. p. leg. quoties vbi DD. C. de Donat. quæ ſub mod. pereg. de fid. Art. 41. n. 16. & Art. p. n. 2. & n. 24. vbi de pacto inducto per laudum Arbitratoris loquuntur Ang. & Alex. ibid. allegati.*

Poſtre-

Poſtremo ead. diſpoſitio Ducalis reperiebatur Canonizata per alias duas conformes ſententias latas in ſapientiſſimis tribunalibus Venetis & exequtioni etiam demandatas quæ quamuis inter alios latæ inducebant vehementem præſumptionem boni Iurris *ad tex. in leg. ſi duo patroni ff. de Iureiur. Seraph. Dec. 1422. n.* 8.*Ludouiſ. Dec. 434. num.* 3.

ARGVMENTVM.

Delegatio facta Iudici ordinario an & quando illum efficiat Delegatū. Commiſſio facta cum voto vel de voto in quo differat. Et an & quomodo debeat conſtare de voto.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ Ferrariæ ſunt Iudices ordinarij.*
Quis dicatur Iudex ordinarius.
2 *Delegatio facta Iudici ordinario non facit illum delegatum. Fallit vt n.* 3.
4 *Auditor ſine voto Coauditorum non poteſt terminare cauſam vel eius articulos releuantes.*
5 *Iudex cui cauſa delegatur cum voto, tenetur illud requirere ſed nō ſequi.*
6 *Conſilium eſt voluntarium ex parte dantis & ex parte recipientis.*
7 *Principale pendere non debet ab acceſſorio.*
8 *Dictio cum coniungit Acceſſoriæ Dictio Et coniungit principaliter.*
9 *Duo ex tribus arbitris poſſunt tertio contradicente non autem eo abſente & non vocato iudicare & quare.*
10 *Iudex cui cauſa committitur cum Clauſula de voto, tenetur votum ſequi. Amplia vt ibi.*
11 *Conſenſus eſt de ſui natura neceſſario ſequendus. Et ibi infertur ad matrimonium.*
12 *Dictio De importat cauſam proximam Dictio Propter, cauſam remotam.*
13 *Recedi non poteſt a perſona cuius induſtria eſt electa.*
14 *Diſtinctio prędicta inter Clauſulam de voto & cum voto, dubitabilis eſt.*
15 *Ceſſat in collega participe eiuſdem officij.*
16 *Immunitas vel libertas Eccleſiaſtica, nec directe nec indirecte violari poteſt.*
17 *vnus Clericus inter plures laicos trahit totam cauſam corā Eccleſiaſtico.*
18 *Clericus actor ſequitur forum rei laici.*
Senator Ancillam ſequitur quo ad forum.
19 *In Iudicio legis Diffamari, Diffamans licet pulſetur, dicitur Actor.*
In dubijs ſemitam debemus eligere tutiorem.
20 *Qualitas extrinſeca non pręſumitur niſi probetur. Fallit. n.* 22.

21 *Com-*

21 *Commiſſa cauſa cum voto vel de voto An & quomodo debeat de voto conſtare.*

DECISIO. LVII.

IN ead. Cauſa D. Guarini cum creditoribus mihi cõmiſſa cum voto Rotæ fuit extra merita dubitatũ ad diuerſos Iuris effectus Primo An Iurriſdictio hac in cauſa, eſſet ordinaria vel Delegata Secundo an ego tenerer non ſolum requirere ſed etiam ſequi votum Rotæ. Tertio An de huiuſmodi voto conſtare deberet in actis.

Quo ad Primum viſum eſt meam Iuriſdictioné hoc in caſu eſſe po-
1 tius delegatam quoniam licet Auditores huius Rotæ ſint Iudices ordinarij cum ſint a Papa & ſic a Principe conſtituti ad vniuerſitatem cauſarum abſque expreſſione Delegationis *ad tradita per Bart. in leg. more ff. de Iuriſd. omn. Iudic. & per Alex. in leg. Prator ff. eod. Marant. de ord. Iudic. Diſtinxione quinta n. 2. & expreſſe dicitur in Conſtitutione Rotali n. 34. & dixit Amat. Dec. Fer. 23. n. 3.* Et licet etiam
2 Delegatio Cauſæ facta Iudici ordinario non efficiat illum delegatũ ſed dicatur excitatiua iurriſdictionis ordinariæ *ad tex. in Auth. vt nulli Iudic. §. & hoc vero iubemus Bart. in leg. quia & in leg. more ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Dec. conſ.* 404. *n. 10. Maran. de ord. Iudic. Diſtinx. 6. n. 72.* vbi quod dicitur Iuſſus & non delegatio *Felin. in cap. licet de off. ordin. n. p. ſub fin. Gratian. diſcept. forens cap. 55. n. 11.* Attamen
3 quãdo cauſa Delegata, iure ordinario & Delegatione ceſſante nõ ſpectabat ad Iurriſdictionem Iudicis cui delegatur vel ſi ſpectabat, committitur tamen ei cum aliqua Clauſula cum qua Iudex ille iure ordinario procedere non poſſet, tunc Delegatio illa alterat iuriſdictionem, & Iudex ex ordinario, efficitur Delegatus in cauſa ita ſibi commiſſa *Alex. in leg. more n. 6. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Iaſ. qui de communi teſtatur in leg. p. §. & poſt operis n. 3 de oper. nou. nunciat. Felin. in d. cap. licet de off. ordin. n. 2. & ſeq. Marant. de ord. Iudic. diſti. quinta n. 72. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 55. n. 14. vbi teſtatur de veriori & communiori & per Rotam deciſa.* Concurrere autem videbantur hoc in caſu ſimul illa duo quorum alterum ſufficiebat, quia videlicet cauſa hæc credebatur mihi commiſſa tanquam Eccleſiaſtico vt pote quæ ſpectare non poſſet ad me tanquam Auditorem neque ad Rotam cũ ageretur etiam aduerſus perſonas Eccleſiaſticas Et quia Clauſula cum voto & mox dicetur alterabat Iurriſdictionem Audi-

4 toris qui tenetur in cauſis Rotalibus iudicare de voto & ſequi votū Coauditorum *iuxta tenorem Conſtitutionis n. 34.* ibi ita tamen vt abſque voto Collegarum nec ad terminationem cauſarum, nec articulorum releuantium venire queat, cui acceſſit inuiolabilis obſeruantia optima legum interpres *leg. ſi de interpretatione ff. de legib.*

5 Quo ad ſecundum Domini dixerunt me non teneri ſequi ſed ſolum requirere eorum votum ex quo cauſa commiſſa erat cum voto *Ant. de Butr. in cap. cum inueteri n. 21. de electiou. Bald. in Rub. C. de exercitor action. n. 6. Abb. in cap. p. n. 6. de Ceppoll. monachor. & in cap. cū olim. 7. n. 2. de Arbitr Felin in cap ex parte 12. de Conſtit. ſub initium verſ. & quod ſit leuis ſolemnitas, licet loquantur de conſilio Gratian diſcept. forens cap. 524. n. 2. Buratt. Dec. 29. n. 16.* cuius Rei ratio eſſe

6 poteſt quia votum, hoc in caſu reſoluatur in conſilium quod eſt de ſui natura voluntarium tam ex parte dantis quam ex parte recipiētis *cap. nullus ex conſilio vbi gl ff. de Reg. Iur. in ſex leg. 2. ff. mandati cap. cum olim de Arbitr. cap. cum in veteri in fine de electiou. Menocch. de praeſ. lib. 6. praeſ. 34. n. 23. & ſeq.* Confirmari poteſt ex eo quod prin-

7 cipale pendere non debet ab acceſſorio *cap. Acceſſorium de Reg Iur. in ſex leg. cum principalis ff. eod. tit. Rot. Dec. 22. nu. 19. par 6. diuerſ.* At

8 Dictio cum, de ſui natura importat acceſſorium *leg. ſi cui fundū ſ. ff. de fund inſtruc.* vbi Bart. poſt tex. diſtinguit copulam cum quę coniungit acceſſorie a copula & quæ coniungit principaliter & poſt alios, ad notabiles iuris effectus *docet Euerard. in loco a natura copulae poſt initium verſ. ſed ne decipiaris* & oſtendit diſcrimen inter caſum in quo quis legat fundū & inſtrumenta & in quo legat fundum cum inſtrumentis *poſt tex. in d. leg. ſi cui* & alia ſimilia ponit.

Nec dicatur Iudicem inutiliter votum requirere ſi non tenetur votum ſequi quia Reſpondetur quod vtiliter requirit cum poſſit illud ſequi & ſufficit poſſe in hoc operari & eſſe vtile, cum poſſint votantes Iudicem trahere in eorum votum ſi requiratur, quod ſi non requireretur, ita non eſſet cum intellectus ac voluntas ad incognita non trahantur *textus eſt ad hoc optimus in leg. ſi in tres 20. ff. de Recept.*

9 *Arbitr.* vbi deciditur poſſe duos conſentientes ex tribus Arbitris, tertio contradicente iudicare non autem tertio abſente & irrequiſito, licet hoc minus videatur & redditur ibi Ratio quoniā tertius ille, ſi præſens fuiſſet, potuiſſet fortaſſe alios in ſuam ſententiam trahere *& poſt Bart. & Oldrad. docet Felin. in cap. ex parte 12. poſt initium verſ. Ad hoc Reſpondet pulcre de Conſtit.*

Si au-

10 Si autem cauſa commiſſa fuiſſet cum Clauſula de voto, tunc Domini dicebant quod ego omnino debuiſſem ſequi eorum votum *ad tradita per DD. in leg. p. §. ſi plures ff. de exercit. action. Gemin. in cap. Hinc etenim. n. 7. 49. Diſt. Burſatt. conſ. 90. n. 43. & 44. lib. p. Gratian. diſcept. forens cap. 524. n. 3. Ferentill. ad Buratt. Dec. 29. in litt. A. Vant. de nullitat. ex defec. iuriſdict. n. 152. verſ. idem ſi hoc fuiſſet vbi loquitur de voto vel de conſenſu & verſ. ſi autem Statuta* vbi quod idẽ in Clauſula ſecundum conſilium: Ratio eſſe poteſt quoniam hoc in

11 caſu votum reſolui videtur in conſenſum de ſui natura neceſſario ſequendum *cap. ſi pro te de Reſcript in ſex vbi gl. in verb. Aſſenſus leg. cum tale §. Reſcriptum ff. de Cond. & Dem. leg. fin C. de contr. empt. Bellin. in cap ex parte 12. de Conſtit. nu. p. verſ. nihilominus Menocch. de preſ. lib. 6. preſ. 34. n. 12 Sanchez. de matrim. lib. p. diſp. 34. n. 19. & 24* vbi quod licet non reiciatur à matrimonio conditio nubendi cũ conſilio alterius, reicitur tamen conditio nubendi cum alterius aſſenſu tanquam impediens libertatem matrimonij. Confirmari po-

12 teſt ex Dictione illa De, cuius natura eſt importare cauſam proximam & immediatam ſine qua non videtur effectus poſſe ſubſiſtere *leg. p. §. nunc videamus ff. de Coniungen. cum emancip. liber* vbi diſtinguitur a Dictione De, Dictio propter quæ ſolet indicare cauſam remotam ibi Hoc enim non de bonis Aui ſed propter bona eis acceſſit *Iaſ. poſt Bart. in leg. non dubium C. de legib. n. 24.* vbi quod mandãs homicidium dicitur condemnari non de homicidio ſed propter homicidium vnde infertur ad Statutum vt ibi. Additur quod. Dictio

13 illa De videtur indicare electionem Induſtriæ perſonæ votantium a quibus propterea non videtur poſſe recedi *ad tradita per Gemin. in d. can. Hinc etenim n. 7. 49. Diſt. & per Felin. poſt Abb. in cap. quoniam Abbas n. 5. de off. & pot. Iud. Deleg. & per Menocch. de praeſ. lib. 2. praeſ. 21. num. 2.*

14 Prædictæ tamen diſtinxioni quæ verbalis alicui videri poteſt & euitabilis cum in iure non videatur ſatis expreſſa & reprobari videtur *ex traditis per Bart. in leg. p. §. ſi plures ff. de exerc. action. per Burſatt. conſ. 90. n. 47.* adeo vt indiſtincte vel in vtroque caſu votum ſit ſequendum vel in neutro, obſtare ſaltem poterat quod quando

15 cauſa committitur Collegæ qui particeps eſt eiuſdem officij & ſic Auditori Rotæ cum voto Rotæ ceſſare omnino videtur diſtinxio, nam indiſtincte non ſolum de honeſtate ſed etiam de neceſſitate tenetur Auditor ſequi votum coauditorum *ad tradita per Bart. per illũ tex.*

tex. in leg. titium & meuium ff. de Adminiſtr tut. iuncto tex. in leg. conſilio ff. de cur. furioſ. & per Burſatt. d. conſ. 90. nu. 36. dum probat conſilium quod ab aliquo non participe eiuſdem officij requiritur non eſſe neceſſario ſequendum *Vant. de nullitatib. ex defec. Iuriſdic. n. 152. verſ. & Stantibus huiuſmodi Statutis vbi adducit Rotā Dec. 751. ſciendum in fine & Dec. 761. ſciendum & Dec. 805. Rota mandauit in Antiquis* Et licet Reſponderi poſſet, prædicta procedere in cauſis Rotalibus non autem in Commiſſarijs in quibus conſiderari poteſt Ratio aliqua diuerſitatis prout hac in cauſa cōſiderabatur illa quod ſi votum Rotæ erat a me ex neceſſitate ſequendum, Rota in effe-
16 ctu licet indirecte indicabat Eccleſiaſticos quod nec indirecte licet *ad tex. in cap. quanto 26. de priuilegijs Ancar. conſ 155. n. 7. Maſ-*
17 *card. poſt alios de Interp. Stat. concluſ. p. n. 33.* Et licet in cauſa, plures eſſent laici & vnus Clericus, ille tamen ſolus ratione prærogatiuæ trahit totam cauſam coram Eccleſiaſtico *Bart. in leg. præcipimus §. eodem obſeruando C. de Appell. Bald. in leg. fin in 6. quæſt. C. de edict. Diu. Hadrian. tollen. Soc. conſ 12. lib. p. Abb. in cap. p. de locat. quos ſequitur Marant. de ord. Iudic. vndecima Diſtinx. num. 21 & poſt Bart Aretin. Surd. Ferentill. ad Buratt. Dec. 780 n. 19.* Replicari tamen etiam poterat quod non fuerat firmatū Rotam omnino carere Eccleſiaſtica iuriſdictione cum ex generalibus. Immo & vniuerſalibus verbis Conſtitutionis Pōtificiæ ſuper eius Erectione, contrariū fortaſſe colligi poſſet: præterea in vniuerſali Iudicio concurſus videbatur etiam Clericos vocari poſſe coram ſeculari cum per cita-
18 tionem ſi ſua putauerint intereſſe vocentur tanquam actores & Clericus actor ſequitur forum Rie laici *cap ſi Clericus laicum cap. cum ſit generale de foro competen.* Sic licet Senatoria Dignitate actor decoretur Ream etiam Ancillam ſequitur quo ad forum *leg. 3. C. vbi cauſ. ſtat. ſimile eſt in Iudicio legis Diffamari C. de Iudic.* nam diffamans
19 quamuis vocatus in Iudicio, dicitur tamen actor vnde Iudicium agendum eſt coram Iudice Diffamati *Abb. in cap ſi quis contra Clericum n. 2. & 11. de for. comp. Alex. conſ. 103. lib. 5. per tot. Soc. conſ. 94. n. p. & 6. Capicius Dec. 18 n. p. Boer. Dec. 296. n. 6. poſt alios Marcheſan de commiſſ. par. 2. cap. 9. n. 31. & 36.* vbi oſtendit hanc eſſe veriorem & communiorem ſententiam & ante eum. *Ant. Gab. concluſ. 6. de Action. n. 41. & 42.* Quomodoqunque ſit, ego qui libenter innitor *textui in princ. cap. ne Innitatis prudentiæ tuæ de conſtit.* & qui libentius in dubijs ſequor ſemitam tutiorem *iuxta tex. in cap.*

Ad

Ad Audientiam 12. de Homicid. libentiſſime ſequtus ſum votum, tum quia rationabile mihi viſum eſt vt in Deciſione antecedenti rationibus & authoritatibus demonſtraui, tum quia placuit mihi ſemper vt decebat obſeruare & colere colendiſſimos Collegas meos mihi non ſolum annorum quantitate ſed magis etiam meritorum qualitate ſuperiores.

20 Quo ad tertium videbatur quod de voto exhibito omnino conſtare deberet in actis cum huiuſmodi qualitas tanquam extrinſeca nō præſumatur niſi probetur *ad tex. in leg. ſi ita Stipulatus* §. *criſogonus ff. de verb. oblig. & in leg. quæcunque* §. *fin ff. de publicia copioſe poſt alios*

21 *Menocchi de pręſ. lib. 3. præſ. 132. n. 28. & ſeq.* Et in hac ſpecie quod debeat conſtare de voto *Bald. in leg. p. Col. pen. C. ne lic. tert. prou. verſ. quæro Ancar. in cap. Canonum Statuta de conſtit. verſ. ſimilem quæſtionem Alex. conſ. 59. lib. 4. in princ. ſecundę col. Vant. de nullitat. ex defect. Iuriſd. n. 153. & 154. vbi poſt ſpecul. Bald. Alex. Ang. Abb. Felin.* docet quod non ſolum conſtare debet votum fuiſſe exhibitū ſed etiam a Iudice lectum *Conferunt tradita per Buratt. Dec. 29. n. 6. & ſeq.* vbi quod non ſtatur Iudicis aſſertioni in ijs ex quibus prouenit & pendet eius Iuriſdictio.

Sed tamen viſum eſt ſatis, me in ſententia enunciare huiuſmodi votum prout feci attenta noſtra Conſtitutione Rotali ac attento Stylo ita pronunciandi cum Clauſula enunciatiua de voto Coauditorum abſque eo quod de alio vmquam conſtet Quo ſtante abundanter ſufficere enunciationem prædictam *poſt Bald. & alios, limitando tradit idem allegatus ex aduerſo Vantius de nullitat. ex defectu iu-*

22 *riſdict. n. 153. verſ. ſi tamen partes*. Immo abſtrahendo etiam a Stylo Quando ſolemnitas extrinſeca fuit expreſſa & enunciata in actu ipſo in quo potuit veriſimiliter interuenire tempore celebrationis eiuſdem actus tunc præſumitur interueniſſe *Iaſ. in leg. ſciendum nu. 14. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. ſicut. n. 27. de ſent. & Re Iudic. Gramatic. Dec. 79. n. 17. Menocch. de præſ. lib. 3. præſ. 132. n. 33. Buratt. Dec. 46. n. 14. vbi poſt Bart. Iaſ. & Felin.* firmat quod ſolemnitas aliquomodo ſcripta licet non omnino expreſſa quando conuenit actui geſto præſumitur interueniſſe ſaltem ad effectum transferendi onus probandi contrarium in Aduerſarium.

ARGVMENTVM.

Regula filius ergo hæres quando procedat Legitimatio perſonarum quando requiratur & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Filius præſumitur hæres patris.*

2 *Non ſufficit præſumptio vbi requiritur probatio.*

3 *Filius ergo hæres procedit quando agit, non quando conuenitur.*

4 *Agens aduerſus aliquem vti hæredem, non tenetur id probare ſi ille non neget ſe eſſe talem Declara vt infra.*

5 *In Iudicio ordinario etiam parte non opponente, eſt legitimanda perſona ſecundum veriorem.*

6 *Etiam In Iudicio ſummario & exequtiuo requiritur legitimatio perſonarum.*

7 *Fallit parte non opponente. Amplia vt ibi.*

DECISIO. LVIII.

D. Antonius Bertonius Aromatarius vti creditor D. Camilli Cidonij in lib. 258. pro rebus medicinalibus obtinuit a D. Loc. grauari Carolum filium & hæredem Camilli quo appellante ſententiam confirmaui quoniam de credito conſtabat ex libris Regulatis quibus cum iuramento creditoris plene creditur vigore priuilegiorum Ducalium a ſummo Pontifice cõfirmatorum vſque ad ſummam librarum decem pro qualibet partita & *Dixi Dec. 26. n. 2.*

Obſtare tamen videbatur Defectus legitimationis perſonæ Caroli qui conueniebatur vt hæres patris & tamen talis non fuerat proba-
1 tus vt opus eſſe videbatur, quamuis enim filius præſumatur hæres patris *Seraph. Dec. 1262. n. 4.*, præſumptio tamen non ſufficit vbi
2 requiritur probatio quando ſumus in materia quæ poſſit de ſui natura aliunde quam ex præſumptionibus comprobari *Felin in Rub. de prob. in princ. Decius ibid. n. 166. & ſeq. Maſcard. de Interp. Stat. concluſ. 4. n. 42. & 46. Buratt. Dec. 763. n. 7.* & quamuis etiam Diuus Apoſtolus Paulus *ad Rom. cap. 7. & ad Galat. cap. 4.* arguendo dixe-
3 rit filius ergo hæres, dictum illud in humanis & in foro contentioſo vel procedit quo ad præſumptionem non quo ad plenam probationem ex ſupradictis vel habet locum quando filius agit vt hęres quoniam tunc agendo videtur hæreditati ſe immiſcere cum faciat actũ qui non poteſt fieri citra ius & nomen hæredis *ad tex. in leg. gerit ff. de acq.*

de acq. hæred. Amat. Dec. Fer. 8. nu. 21. Buratt. Dec. 279. nu. 5. & 6. vbi firmat reſultare Aditionem hæreditatis ex eo quòd quis tanquã hæres egerit in Iudicio *poſt Aretin. conſ. 136. in princ. & Manticam de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 12. n. 13. Ferentill. ad eund. Buratt. Dec. 207. n. 19.* vbi firmat ex verbis enunciatiuis notarij Talis hæres talis, aditionem probari quando verba fuerunt prolata parte præsēte *poſt Ruin. conſ. 113. n. 7. lib. 3. & Gratian. diſcept. 711. nu. 68.* non autē procedit quando filius conuenitur niſi aliunde probetur quod ſe immiſcuerit hæreditati *iuxta tex. in leg. p. cum ibi not. per gl. & DD. C. ſi ab hæred. ſi abſtin. Eutrard. in loco Ab Autoritate Gratian. diſcept. forenſ. cap. 215. n. 15. & cap. 330. n. 10. & 11.*

4 Sed dixi ſatis probatam videri legitimationem perſonæ ex quo Carolus conuentus vt hæres non oppoſuit nec negauit ſe eſſe hæredē *gl. in leg. p in verb: filium C. quorum bon. Bald. in leg. p. in fin C. com. de legat. & in leg. non ignorat. n. 2. C. de his qui accuſar non poſſ. Ludouiſ. Dec. 88. num. p.*

5 Et quamuis in Iudicio ordinario etiam parte Iudicium ſuſcipiente & non opponente adhuc ſit legitimanda perſona ſecundum veriorem ſententiam *Rolan. conſ. 20. n. 20. lib. p. Natta conſ. 140. num. 33. Cartar. Dec. 32. n. 12. Gratian. diſcept forenſ. cap. 116. n. 20 & 21.* quia tamen hic verſari videbamur in Iudicio ſummario ex forma eorumdem priuilegiorum quæ videntur etiam tribuere viam exequtiuam dum mandant Iudicibus vt inuiolabiter exequi faciant,

6 ideo ceſſare videbatur difficultas quoniam licet etiam in Iudicio ſummario & exequtiuo. Legitimatio perſonarum requiratur *Marant. de ord. Iudic. Diſtinx. nona n. 38. & poſt. Bart. Bald. Iaſ. & alios Vant. de nullitat. ex defectu inhabilit. n 3. Rot. Dec. 76. n. 6. in impreſſis penes Zacchiam de oblig. cum Buratt. Dec. 434. n. 6.*, parte tamen non

7 opponente id fallit ſaltem in huiuſmodi iudicijs *Rot. Dec. 307. n. 9. par. p. Recenſ. & in Ferrarien. Bonorum 30. Martij 1605. coram vbaldo Beltram. ad Ludouiſ. Dec. 264. n. 5. & 6.* vbi quod requiritur expreſſa oppoſitio & non ſufficit reſultans ex proteſtatione neminem audiri niſi docto de legitimo mandato, quoniam huiuſmodi oppoſitio reſpicit perſonam procuratoris & non perſonam principalis, prout hanc rationem adducit *idem Ludou. Dec. 88. n. p. Buratt. Dec. 785. n. 2.* vbi quod legitimatio ante ſententiam requiritur Quando ante ſententiam fuit oppoſita.

AR-

ARGVMENTVM.

Appellatione Lineæ vel Deſcendentium quando fæminæ contineantur. In dubijs pro qua parte ſit Iudicandum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione linea continentur etiam fæminę & earum exiſtentia facit deficere fideicommiſſum factum in caſu deficientię lineę.*
2 *Vniuerſalis ex ſui natura includit etiam perſonas quę ex ſola in vocabuli non includerentur.*
3 *Plus negat negatio quam affirmet affirmatio.*
4 *Geminatio diſpoſitionem auget & formam inducit & excludit interpretationem.*
5 *Dictio Tunc denotat temporis extremitatem & impedit extenſionem.*
6 *Facilius fæminę veniunt ſub appellatione linea fęminarum.*
7 *Appellatione Deſcendentium veniunt etiam fæminæ.*
8 *Appellatione filiorum veniunt etiam fœminæ in vltimis voluntatibus.*
9 *Declara quando agitur de vocatione actiua & de illarum fauore.*
10 *Qualitas maſculinitatis expreſſa in vna ſubſtitutione, an in alia cenſeatur repetita & n. 11. & ſeq.*
11 *Teſtator non exprimendo dicitur noluiſſe.*
13 *In habentibus Symbolum facilior eſt tranſitus.*
14 *Deſcendentes ex fæminis ſemper ſunt cognati ſiue maſculi ſiue fæminæ quia patris & non matris conditionem ſequntur.*
15 *In Dubio non cenſetur repetita qualitas Maſculinitatis.*
16 *Toleratur abſurdum vt euitetur abſurdius.*
17 *Abſurdiſſimum eſt Iudicem velle pro teſtatore teſtari.*
18 *A verbis quæ non habent multiplicem intellectum non receditur ex coniectura.*
19 *Voluntas teſtatoris habet vim legis.*
20 *Lex quamuis dura ſeruanda eſt.*
21 *Non omnium quæ ſunt a maioribus conſtituta ratio reddi poteſt. Rationes legum inquiri non oportet.*
22 *Non de lege ſed ſecundum legem eſt iudicandum.*
23 *Lex debet eſſe rationabilis. Et Ratio legem animat.*
34 *Quilibet poteſt Rei ſuę legem quam vult inponere.*
25 *Inhumanum eſt quod viuis conceditur, morientibus denegari.*
26 *Non poteſt teſtator talem ſibi legem imponere a qua ſibi diſcedere nõ liceat.*
27 *Liberum eſſe debet quod iterum non redit Arbitrium.*
28 *Eſt in teſtatore pro ratione voluntas.*

29 Non

29 *Non admittitur oppoſitio de iure tertij.*

30 *Fœmina deſcendentes ex fœminis non gaudent beneficio auth Res quę.*

31 *Qui grauatur in vno, releuatur in alio.*

32 *Euidentes coniecturæ requiruntur ab excludendas fœminas ab Appellatione deſcendentium.*

33 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo in fideicommiſſis non obſtante præſumptione.*

34 *In ſubſtitutione non fit extenſio etiam ex maioritate rationis.*

35 *Voluntas teſtatoris quæ non conſtat ex verbis dicitur Diuinatiua & Imaginaria.*

36 *Fęminę veniunt appellatione filiorum etiam ad excluſionem piæ cauſæ.*

37 *Fœminæ veniunt appellatione filiorum per interpretationem & extentionem.*

38 *Appellatione deſcendentium, fęminę veniunt ex proprietate ſermonis.*

39 *Quando in verbis non eſt Ambiguitas, non eſt admittenda voluntatis quæſtio.*

40 *Coniectura eſt veſtigium veritatis latentis.*

41 *Qui vult præterito filio Eccleſiam hæredem facere, alium quærat quam Auguſtinum.*

42 *Appellatione filiorum veniunt deſcendentes.*

43 *Quo ad legitimam maior eſt fauor liberorum quam Eccleſię.*

44 *Differt cauſa Eccleſiæ a cauſa monaſterij.*

45 *Non eſt ferendum vt ex aliorum copia, aliorum ſequatur inopia.*

46 *In dubio pro Regula eſt iudicandum. Amplia vt ibi.*

47 *In dubio Iudicandum eſt pro Reo. Et quando Res eſt dubia eſt clara pro Reo*

48 *In dubio Iudicandum eſt pro non fideicommiſſo. Declara vt ibi.*

49 *In dubio Iudicandum eſt pro poſſeſſore.*

50 *In dubio Iudicandum eſt pro ſententia.*

DECISIO LIX.

D. Iacobus Scadobius teſtator inſtituit & reciproce ſubſtituit ſuos filios maſculos natos & naſcituros & ex eis deſcendentes maſculos in infinitum, eisque ſine maſculis decedentibus ſubſtituit filias ſuas fęminas & earum deſcendentes pariter in infinitum quo vſque in totum deficiat linea prædictarum filiarum & deficiente totaliter linea dictarum eius filiarum & deſcendentium ſuorum legitimorum & naturalium ita quod nullus extaret,

ret, tunc iuſſit & diſpoſuit vniuerſa bona ipſius teſtatoris peruenire debere ad monaſterium Sancti Pauli Ciuitatis Ferrariæ.
Defunctis filijs maſculis teſtatoris ſucceſſit D. Lucretia eiuſdẽ teſtatoris filia & poſt ex Lucretia Iulius Cæſar & ex Iulio Cæſare Frãciſcus & ex Franciſco D. Margarita de fieſſis defuncta relictis poſt ſe duobus maſculis & tribus fœminis. Sed adhuc illa viuente inſurrexit Reu. Prior Sancti Pauli prætendens factum eſſe locum fideicommiſſo ad fauorẽ eius monaſterij & peracto Iudicio, D. Loc. Ciuilis abſoluit a petitis filios D. Margaritæ quæ lite pendente deceſſerat. Fuit Appellatum pro parte monaſterij & cauſa mihi tanquam Rotæ Prætori commiſſa & diſcuſſa, dixi bene fuiſſe iudicatum, motus,

1 Primo quoniam ſub Appellatione lineæ ex legali proprietate ſermonis continentur etiam fœminæ, vnde quando teſtator fideicommittit in caſu quo linea finiret vel deficeret, fœminæ faciunt deficere fideicommiſſum & earũ exiſtentia impedit deficientiam lineæ & ſubſtitutum excludit *Bald. conſ. 321. lib. p. Pariſ. conſ. 40. nu. p. lib. 2. Berou. conſ. 77. nu. 13. lib. 2. Cephal. conſ. 413. n. 18. & conſ. 664. n. 23. Burſatt. conſ. 243. n. 4. Polidor. Rip obſeru. 78. n. 6. Pereg. de fideicom. Art. 22. nu. 24. Fuſar. de ſubſtit. queſt. 346. nu. p. vbi quod nulla eſt in hoc Dubitatio Rot. Dec. 226. n. 3. & Dec. 424. num. p. par. 2. Recenſ. & coram Ludou. Dec. 183. n. 3.*
Quod fortius pcedit quando teſtator vt hic addidit vniuerſalia verba *Deficiente totaliter linea* & ibi Ita quod nullus extaret, & ibi Quo
2 vſque in totum, defecerit linea, quoniam vniuerſalis ex ſui natura includit etiam perſonas quæ ex ſola indefinita & ex vi ſimplicis vocabuli non includerentur *leg. Iulianus vbi gl. in verb. omne leg. librorum §. quod tamen caſſius ff. de leg. 3 Laderchia conſ. 169. n. 3. & poſt Dec. Ceph. & alios Pereg. de fid. art. 21. n. 14. & 36. Seraph. Dec. 843. n. 4.*
Quod magis etiam procedit quãdo vniuerſalia verba ſunt etiã ne-
3 gatiua vt hic quia plus negat negatio quã affirmet affirmatio *leg. hoc genus vbi gl. ff. de cond & Dẽ. Rim. iun. conſ. 450 n. 52. & ſeq.* vnde Dialecticus aſſerit eſſe malignantis naturę negationem. Quod adhuc etiam fortius procedit quando vniuerſalia verba ſunt etiam gemi
4 nata vt hic erant per tres vices quia Geminatio diſpoſitionem auget & indicat conſtantem & enixam voluntatem *leg. Baliſta cum gl. ff. ad trebell. Iaſ. in leg. quacunque n. 30. & ſeq. ff. de off. eius cui mand. eſt Iuriſd. Euerard. in loco a vi geminationis Barz. Dec. 6. n. 19. Berorus*

queſt.

queſt. famil. 116. n. 2. vbi quod denotat formam *Grati. Diſc. 737. n. 4. & 5.* vbi quod denotat præciſam voluntatem & excludit inter-
5 pretationẽ. Quibus accedebat Dictio Tunc quæ magis coarctat & denotat temporis extremitatem & prohibet omne genus extenſionis extra tempus & caſum expreſsum *Grattan. poſt alios diſcept. forẽs cap. 773. n 6. Amat. Dec. Fer. 55. n. 77.* & facilius etiam admitti-
6 tur vt ſub linea fæminæ veniant quando teſtator loquitur de linea fæminarum *ad tradita per Ludou. Dec. 461. n. 5. & Dec. 514. n. 8.*
7 Secundo mouebar quoniam Appellatione Deſcendentium veniunt etiam fæminæ & Deſcendentes ab eis vnde D. Margarita non ſolũ fecit deficere fideicommiſſum ad fauorem monaſterij vocati in deficientia lineæ filiarum, ſed etiam aperuit ad ſui fauorem fideicommiſſum quo teſtator vocauerat Deſcendentes filiarum *ad tex. in leg. fin. C. de ſuis & legit. Auth. de hered. ab inteſt. venien. poſt princ. leg. cognoſcere §. fin ff. de verb. ſig. Dec. conſ. 413. n. 11. Ruin. conſ. 24. n. 9. lib. p. Pereg. de fidei Art. 25. n. 8. Mantica de Conie Stur vltim. vol. lib. 8. tit. 11. n. p. Menocch. de preſ. lib. 4. preſ. 84. n. 26. & preſ. 91. n. 4. Fuſar. de ſubſtit. queſt. 325. n. p. & ſeq. Ludou. Dec. 293. n. 5. & 20. & Dec. 383. n. 4. Coccin. Dec. 294. n. 1. vbi quod hoc procedit abſque vllo dubitationis ſcrupulo Amat. Dec. Fer. 5. n. p.*
Immo quod eſt fortius etiam ſi teſtator non vocaſſet Deſcendentes
8 ſed ſolum filios filiarum, adhuc ſub Appellatione filiorum, etiam Fæminæ veniſſent *leg. filij appellatione leg. iuſta leg. liberorum in fine ff. de verb. ſig. leg. ſi ita ſcriptum ff. de leg. p. Dec. conſ. 111. per tot. Honded. conſ. 57. lib. p. Cephal. conſ. 413. n 18. Mantica de coniet. lib. 11. tit. 14. Gab. concluſ. 6. n. 8. de verb. ſig. Pereg. de fideicom. Art. 22. n. 24.*
9 *& Art. 25. n. p. & 3.* vbi quod indubitanter procedit quando agitur de fauore filiarum & de illarum vocatione actiua *Rot. Dec. 313. n. 2. & 3. par p. Recens & coram Ludou. Dec. 383. n. 3. & Dec. 514. n. p. & ibi Beltram. n. 16.* Duabus hiſce quaſi Columnis innixa iuſtitia & veritas huius ſententiæ, impugnari poteſt ſed expugnari non poteſt vnde contrarijs obiectis non commouetur.
Non obſtat ergo Primum quod videlicet cum teſtator in alijs partibus teſtamenti maſculos vocauerit, cenſeatur etiam vocare voluiſſe maſculos in hac parte ſub nomine deſcendentium & ſub no-
10 mine lineæ quoniam vulgare & generale eſt quod vna pars teſtamenti, aliam declarat & in ſpecie quod qualitas maſculinitatis expreſſa in vna ſubſtitutione repetita cenſeatur in alia *ex traditis per*

Abbat.

Abbat. conſ. 36. per tot. lib. p. quem ſequti ſunt relati per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 403. n.p.

11 Nam Reſpondetur quod qualitas maſculinitatis expreſſa etiam pluries non cēſetur repetita in diuerſis perſonis & orationibus iuxta veriorem & communiorem ſententiam conſulentium & iudican-
12 tium *ſecundum conſilium Anan. 22. per tot.* quia ſi teſtator voluiſſet, veriſimiliter expreſſiſſet, & non exprimendo, dicitur noluiſſe *ad tex. in leg. ſi cum Dotem ff. ſol matrim. lag. commodiſſime ff. de lib. & poſt. leg. vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de Cad. toll. cap. ad Audientiam de Decim. Honded. conſ. 17 n. 32. lib. p. Rim. Iun. conſ. 86. n. 21. Bertazz. conſ. Ciuili 96. Mantica de coniect. vlt vol. lib. p. tit. 11. Rot. Dec. 751. n. 19. par p. diuerſ. & coram Ludou. Dec. 514. n. 6. & Dec. 533. nu. p.* vbi quod hæc eſt verior & receptior ſententia ceſſantibus coniecturis quod ſine dubio procedit quando conſiderari poteſt aliqua probabilis ratio diuerſitatis prout hic plures conſiderabantur *ad tradita poſt Soc. Ruin. Gab. Mantic. per Ludouiſ. Dec. 514 n. 7.* & prima quidem erat diuerſitas ſexus perſonarum ſubſtitutarum quoniā in alijs gradibus agebatur de ſucceſſione maſculorum, In hoc autē,
13 de ſucceſſione fæminarum in qua facilius erat fæminas admitti cū in habentibus ſimbolum, facilior ſit tranſitus *leg. hac conſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſtam. Tomat. Dec. Macer. 68. n. 113. & faciunt tradita per Ludouiſ. Dec. 461. n. 5. & Dec 514. n. 8.*

Secunda erat quod in alijs gradibus potuit conſiderari Ratio Agna-
14 tionis conſeruandę quę ceſſat in gradu in quo Deſcendentes filiarum vocantur, quia ſiue maſculi ſiue fæminæ ſemper ſunt Cognati & nunquam Agnati, nam patris & non matris familiam & conditionem ſequntur *Gratian. diſcep. 866. n. 27. Ludouiſ. Dec. 293. num. 16. & ibi Beltram. n. 24. & Dec. 464. n. 10. & Dec. 514. n. 8 & 11.*

Tertia quia teſtator in poſtremis ſubſtitutionum gradibus vſus eſt terminis longe diuerſis a primis, in illis enim vel filios vel Deſcendentes maſculos vel lineam maſculinam ſimpliciter & indefinite vocauit; hic autem addidit vniuerſalia verba Totaliter in totū ita quod nullus &c. vnde cum teſtator non repetierit eoſdem terminos ſed mutauerit, aduerſus expreſſa verba mutationis non eſt capien-
15 da interpretatio Repetitionis præſertim cum in dubio non cenſeatur repetita qualitas maſculinitatis prædictæ *Rot. Dec. 485. par. 4. Diuerſ. & coram Ludou. Dec. 514. n. 12. & ibi Beltram. n. 17. Amat. Dec. Fer. 5. n. 2. & ſeq. & n. 26. & ſeq.* vbi quod omnino procedit

quan-

quando ſumus in diuerſa oratione *iuxta diſtinxionem quam cōmuniter receptam dixit Ruſticus in leg. cum Auus ff. de cond. & Dem. cap. 10. n. 171.* Non obſt. ſecundum obiectum fuſarij qui in hac ipſa cauſa pro monaſterio Reſpondit *Conſilio 162. nu. 5.* videlicet Argumentum ab Abſurdo vitando quod ſequi videtur ſi dicamus fæminas deſcendētes ex fæminis etiam in gradu remotiores admitti ad fideicommiſſum a quo teſtator excluſit fæminas deſcendentes ex maſculis etiā in gradu proximiores.

Primo enim Reſpondetur retorquendo quod ſi abſurdum eſt vitan-
16 dum, vtique magis abſurdum, magis eſt vitandum vnde etiam toleratur Abſurdū vt vitetur abſurdius *cap. nerui Decimatertia Diſtinx. cap. Diſpenſationes, p. q. 7.* Abſurdiſſimum autem videtur ab expreſſa & clariſſima teſtatoris diſpoſitione, ex in certa coniectura & diuinatiua intentionis præſumptione recedere & Iudicem quodam-
17 modo pro teſtatore teſtari & imaginariam Diſpoſitionem introducere *ad tex. in leg. ſi alij ff. de vſufruc. legat. Bald. conſ. 408. Alex.*
18 *conſ. 139 lib. 6. Fuſar. de ſubſt. q. 472. n. 38.* præſertim quia a verborum proprietate non eſt recedendum niſi manifeſtum ſit aliud teſtatorem ſenſiſſe *leg. non aliter ff de leg. 3.* & quando verba non habent multiplicem Intellectum vel ſignificationem, ab illis ex coniectura non receditur *gl. in leg. in Ambiguis ff. de Reb. Dub. & in leg. voluntatis C. de fideicom.* Et cum in verbis non eſt ambiguitas non admittitur voluntatis quæſtio *leg. Ille aut ille 25. ff de leg. 3. & in d. leg. in Ambiguis & in d. leg. voluntatis & in his terminis poſt plurimos*
19 *Fuſar. de ſubſtit. queſ. 458. n. 5.* quod ſi teſtatoris voluntas habet vim legis *leg. verbis legis ff de verb. ſig.* Ibi vti quiſquæ legaſſit Ita ius eſto *& in §. Diſponat Auth. de nuptijs* ibi Diſponat teſtator &
20 erit lex, conuenient etiam ei quæ de legibus dicuntur quod videlicet Lex quamuis Dura ſeruanda eſt *leg. proſpexit ff. qui & a quibus*
21 ibi Durum hoc eſt ſed ita lex ſcripta eſt & quod non omnium quæ ſunt a noſtris maioribus conſtituta ratio reddi poteſt & quod Rationes legum inquiri non oportet ne quæ conſtituta ſunt ſubuertātur *vt dicitur in leg. non omnium & in leg. & ideo ff. de legib.* & quod
22 non de lege ſed ſecundum legem eſt iudicandum *vt dixit Iſidor. relatus in Canon. Erit autem lex quarta Diſtinx.* Immo diſpoſitio teſta-
23 toris videtur eſſe liberior quam facultas ipſa legislatoris quia quamuis lex debeat eſſe rationabilis *d. can. erit autem lex* nam Ratio legem animat *leg. cum Ratio ff. de bondamnat.*, attamen ſicut contra-

hens ita etiam teſtans eſt Rei ſuæ moderator & arbiter *leg. in Remã-data C. mandati* & poteſt Rei ſuæ legem quam vult imponere *leg. fin*
25 *C. de pact. int. emp. & vend.* cum Inhumanum ſit quod viuis conceditur, morientibus dengari *vt dicitur Inſt. tit. de leg. Fuſcanin. tollẽ.*
26 *ſub finem* Immo quod plus eſt Teſtator non poteſt ſibi talem legẽ imponere a qua ſibimet diſcedere non liceat *leg. ſi quis in principio ff.*
27 *de leg. 3.* & de teſtatoris voluntate ipſa lex dixit Liberum ſit quod iterum non redit Arbitrium *leg p. C. de Sac. Eccleſ.* vnde nilmirum ſi poteſt teſtator maſculo fæminam, Agnato cognatum, proximiori non ſolum remotiorem, ſed etiam extraneum quemqunque præ-
28 ferre pro libito voluntatis & eſt in eo pro ratione voluntas *ad tex. in leg. quia poterat ff. ad trebell. Mantica de coniectur, vltim. vol. lib. 11. tit. 14. nu 14. ſub finem.*

Secundo Reſpondetur quod cum exceptio Abſurdi reſpiciat fauorem fæminarum ex maſculis deſcendentiũ, non niſi ab illis obici
29 poſſet & monaſterium ſic opponens dicitur opponere de iure tertij & quaſi proprijs viribus deſtitutum confugere videtur ad alienas vnde non videtur in hoc audiendum *ad tradita per Dec. conſ. 378. nu. 3. Rot Bonon. Dec. 58. nu. 25. Surd. Dec. 84. nu. 9. Buratt. Dec. 512. num. p.*

Tertio Reſpondetur quod ceſſat Abſurdum ex rationibus diuerſitatis ſupra commemoratis quibus additur quod tunc agebatur ad excluſionem maſculorum nunc autem agitur ad excluſionem monaſterij minus dilecti & vltimo vocati *faciunt tradita per Fuſar. de ſubſt. quæſt. 346. n. 50.* vbi quod fæmina in caſibus in quibus excluditur ab appellatione lineæ, intelligitur ſolum maſculis exiſtenti-
30 bus: Præterea fæminæ diſcendentes ex maſculis gaudent Beneficio Detractionum *& Autentica Res quæ C. com. delegat.* quo non gaudent fæminæ ex fæminis deſcendentes *vt poſtgl. Bart. & alios docet Iaſ. in d. Auth Res quæ nu. 33. & in hac ſpetie Reſpondit Ludouiſ. Dec.*
31 *533. n p. ſub finem* Vnde non eſt abſurdum vt qui grauatur in vno, releuetur in alio *leg. eum qui ff. de Iureiur. Auth. contra qui proprium C. de non num. pec.*

32 Additur etiam quod manifeſtæ & euidentes coniecturæ requirũtur ad excludendas fæminas ab appellatione filiorum & multo magis liberorum vel deſcendentium & præſertim ad effectum vt earũ exiſtentia non faciat deficere fideicommiſſum *ad tex. in leg. p. C. de condit. inſert.* ibi niſi alia defuncti voluntas euidenter probabitur

Decian.

Decian. conſ. 12. n. 18. lib. p. & poſt Corn. & Rim. ſen. Pereg. de fid. art. 25. n. 14. ſub finem Rot. Dec 486. n. 2. par. p. Recenſ. & Dec. 595.
33 *par. 5. Diuerſor.* & generalius quod caſus omiſſus habeatur pro omiſſo in fideicommiſſis, licet magna præſumptio eſſet in eum quoque caſum teſtatorem fideicommittere voluiſſe *probat tex. in leg ex facto §. ſi quis autem ff. Ad Sen. Conſ. Treb. Ang conſ. 51. & conſ. 93 Signorol. conſ. 201. Ancar. conſ. 267. Rom. conſ. 231. Dec. conſ. 89. Alciat. conſ. 44. n. 14. late Peregr. de fideicommiſſ. Ant. p. nu. 36. Maſcard. de prob. concluſ.* 1136. *n. p. & ſeq. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 64. n. 15. Mantica de Coniectur. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. n. 5. & 6.* vbi ampliat
34 etiam ſi maior ratio vigeat in caſu omiſſo. Et quod in ſubſtitutione non fiat extentio de perſona ad perſonam etiam ex maioritate rationis *probant Aretin. in leg. Gallus §. quidam recte n. 18. ff. de lib & poſthum. Honded. conſ. 56. n. 7. lib. 2. Surd. conſ. 504. n. 21 Menocch. conſ. 97. n. 91. vbi de receptiori ſententia teſtatur Burſatt. conſ. 371. n. 10. late Fuſar. de ſubſt. queſt. 472. n. 32. & n. 36. vbi ex Cin. Ancar. Dec.* quod caſus omiſſus habetur pro omiſſo licet in eo militare
35 maior ratio videatur *& n. 58. vbi ex Bald. & Alex.* quod voluntas teſtatoris quæ non conſtat ex verbis dicitur Diuinatiua & Imaginaria Et qui aliud dicit quam vult neque id dicit quod vox ſignificat quia id non vult, neque id quod vult quia id non loquitur *Ita loquitur tex. in leg. 3. ff. de Reb. Dub.*

Non obſtat tertium quod quando agitur vt hic de excluſione piæ
36 cauſæ, fæminæ non veniant appellatione filiorum, quia immo reſpondetur communem eſſe opinionem contrariam vt patet *ex traditis per Peregrin. de fideicom. art. 25. n. 20. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. n. 104. & prius quæſt. 393. n. 51. vſque ad 65.* Præterea ſtri-
37 ctior eſt Appellatio filiorum & non comprehendit fęminas ex proprietate ſermonis ſed ex benigna quadam extentionem & interpretatione *leg iuſta interpretatione ff. de verb. ſig. leg. pronunciatio in verb. porrigitur ff. eod. leg. cum in Adoptiuis verſ. quæ in filio C. de Adopt. Gab. qui de communiori teſtatur concluſ. 6. n. 41. & ſeq. de verb. ſignific.* ſed
38 nos verſamur in appellatione deſcendentiũ, quo nomine proprie ſumpto veniunt etiam fæminæ ex vi non extenſiua ſed comprehenſiua vocabuli vt dictum eſt ſup. *& dixit Seraph. poſt alios Dec. 939. n. 5. & 6.* Immo nec ſolo Deſcendentium vocabulo incumbimus ſed totali deficientiæ lineę verbis vniuerſalibus & geminatis inculcatę.

Non obſtat demum quod ſaltem in Dubio videretur iudicandum

ad

ad fauorem piæ cauſæ prout dubius & coniecturalis videtur caſus de quo agitur.

Primo enim Reſpondetur quod ex ſupradictis tollitur Dubitatio &
39 cum ſatis manifeſta ſint verba teſtatoris & non habeant ſignificationem multiplicem, non eſt admittenda voluntatis quęſtio *leg. voluntatis C. de fideicom. leg. in Ambiguo 3. ff. de Reb. dub. vbi gl.* neque in claris locus eſt coniecturę quæ eſt veſtigium veritatis latentis *leg. continuus ff. de verb. oblig. in §. cum ita vbi Bald. leg. ſi alij ff. de vſufruc. lega. leg. Ille aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. Maſcard. de interp. Stat. concluſ. 4. nu. 131. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. p. tit. p. num. 11.*

Secundo Reſpondetur Brocardicam eſſe diſputationem an maior
41 ſit in iure fauor Eccleſiæ & pię cauſæ quam liberorum pro quibus tamen eſt Auguſtiſſimus textus *Auguſtini ſermone 52. ad fratres relatus in can. quiqunque Decimaſeptima quaeſt. quarta* ibi quiqunque vult pręterito filio Eccleſiam hęredem facere, alium quærat qui ſuſcipiat quam Auguſtinum Immo Deo propitio nemīnē inueniet & qui licet loquatur de filio, ad liberos & deſcendentes ęquiſſima
42 ratione trahitur a Doctoribus cum & appellatione filiorum, latius & benignius ſumpto vocabulo etiam deſcendentes veniant & iuxta conſuetudinem Sacræ ſcripturę & iuxta mentem legum *ad latiſſime tradita poſt alios per Gabriel, concluſ. p. de verb. ſignif. n. p. & ſeq.*
43 Et quod ſaltem quoad legitimam maior ſit fauor liberorum quā Eccleſiæ communem eſſe ſententiam luculenter oſtendit *Rota Dec. 74. n. 14. & 17. par. 2. diuerſ. & coram Buratt. Dec. 475. n. 2.*
44 Tertio dicitur quod hoc in caſu non vocatur Eccleſia ſed monaſterium quę ſunt diuerſa *vt per Ferentill. ad Buratt. Dec. 756. n. 23.* & ſane monaſteria conſtrui bonum eſt ſed familias dextrui non eſt
45 bonum nec eſt pietati conſonum vt ex aliorum copia, aliorum ſequatur inopia *vt ſcripſit D. Bern. In opuſculo de interiori Domo cap. 26.*
Quarto Reſpondetur quod licet eſſemus in cauſa omnino pia & in caſu omnino dubio, adhuc in dubio pro deſcendentibus foret hoc in caſu indubitanter iudicandum,

Primo quoniam ipſi fundatam habent intentionem in Regula immo in regulis ſupra firmatis & ex aduerſo agenti vel excipienti in-
46 cumbit onus clare probandi exceptionem, qua clare non probata In dubio pro Regula eſt iudicandum *gl. in Rub. de Reg. Iur. in ſex. ſub finem & in leg. omnis Diffinitio ff. eod tit. Bald. in cap. p. de Alienat. Iud.*

Iud mut. cauſ. ſ fact. Euerard. in loco Ab exceptione ad Regulam verſ. poſtremo vbi docet ex Bald. iudicandum eſſe pro Regula quoties Aduerſarius aperte nõ docet per caſum legis, caſum de quo agitur eſſe ſpecialiter exceptum, & merito quia cum Regula probetur ex caſu legis, debet eod. modo exceptio probari, *poſt Rom. Alex. Dec. Ludou. Dec. 182. n. p. Surd. Dec. 104. n. 38. Rot. Dec. 78. n. p. p. prima Recentiſſimarum.*

47 Secundo quoniam in dubio iudicandum eſt pro Reo *leg. fauorabiliores ff. de Reg. Iur. vbi poſt Arlem. docet Dec. leg. Inter pares ff. de Re Iudic. Crauett. conſ. 74. n. 6. in fine vbi eleganter & argute dixit quod quando Res eſt dubia, eſt Clara pro Reo contra actorem Maſcard. de probat. Concluſ. 1194. n. 74. Amat. Dec. 45. n. 13.*

48 Tertio quia in dubio iudicandum eſt pro non fideicommiſſo. Etenim tanquam onus & grauamen, reputatur odioſum & odia Reſtringi, fauores conuenit ampliari *leg. Coheredi ſ. cum filię ff. de vulg. leg. ſi fuerit ff. de Reb. dub leg. ſed ſi adeo ff. eod. cap. ſi pater de teſtam. in ſex Cephal. conſ. 67. nu. 4. & 27. Rim. Iun. conſ. 531. n. 31. Fuſar. de ſubſtit. queſt. 472. n. 42.* vbi quod Agens ex ſubſtitutione debet eam probare per probationem certam claram & concludentem & non ſolum per poſſibilem *Honded. conſ. 60. n. 13. lib. p. & conſ. 78. num. etiam 13. & lib. p. Rot. Dec. 864. in antiq. Peregr. de fid. Art. p. n. 40.* vbi dixi hanc eſſe veriorem ſententiam pręſertim quando vt hic nõ agitur de fauore familiæ vel Agnationis & quando vt hic etiam nõ agitur de ualiditate ſed de extentione fideicommiſſi.

49 Quarto quia in Dubio iudicãdum eſt pro poſſeſſore cum eius melior ſit conditio *cap. Ad aures De preſ. cap. quod autem vbi hoſt. de Iure patron. leg. in pari ff. de Reg. Iur leg. ſeruum ſ. fin. ff. de minor. §. commodum inſt. tit. de Interdict. cap. ſi a ſede de preb. in ſex. gl. in cap. nulli dubium 12. queſt. 1. Menoch. de preſ. lib. 6. preſ. 69. num. 7. Ceuall. in Theſaur. com. con. com. queſt 248. num. 41. & ſeq. Buratt. Dec. 744. num. 16.*

50 Quinto demum quia in dubio præſumendum & ſententiandum eſt pro ſententia præſertim quando ut hic lata eſt a Iudice verſatiſſimo & qui vt loquitur Bald. pollet vtroque, ſcientiæ videlicet & conſcientiæ lumine *Alciat. de preſ. Reg. 3. preſ. 9. Cephal. conſ. 25. n. 52. lib. p. Bertazzol. conſ. Ciuili 66. nu. 44. Maſcard. de prob. concluſ. 1210. num. 2.*

ARGVMENTVM.

Appellatio quando dicatur friuola & an ei ſit deferendum & quando poſſit non obſtante Recurſu Iudex procedere.

SVMMARIVM.

1 *Friuolæ appellationi non eſt deferendum.*

2 *Peccat Iudex deferens friuolę appellationi.*

3 *Friuolæ appellans ante diffinitiuam, priuatur Iure appellandi poſt diffinitiuam.*

4 *Friuola dicitur Appellatio interpoſita ante diffinitiuam abſque expreſſione cauſæ rationabilis & non eſt admitenda niſi vt ibi.*

5 *Quando friuola dicatur Appellatio vel exceptio, relinquitur Arbitrio Iudicis;*

6 *Iudices Ferrariæ quando procedere poſſint non obſtante recurſu ad Sanctiſſimum.*

7 *Et non obſtantibus inhibitionibus emanatis ab vrbe.*

8 *Res Iudicata pro veritate habetur inter partes & facit de Albo nigrum & de indebito debitum.*

9 *Punitur Iudex non deferens appellationi interpoſitæ ad Papam etiam in Dubijs.*

DECISIO. LX.

IN hac eadē cauſa credidi publicari potuiſſe proceſſum & procedi ad expeditionem non obſtante appellatione ac recurſu interpoſitis ad Sanctiſſimum a Citatione & proceſſu ad vlteriora.

1 Primo quia friuolis Appellationibus nec iuſtitia defert nec eſt a Iudice deferēdum *vt loquitur tex. in cap. cum Appellationibus friuolis de Appellat. in ſex. & tex. in cap. cum ceſſante in fine de Appellat.* ibi ne proceſſus negotij, friuolis occaſionibus retardetur *Lancellott. de atten. par. 2. cap. 12. lim. 6. n. p. & ſeq. & poſt Bart. Marant. & alios Scaccia de Appell. quaeſt. 17. lim. 36. n. p.*

2 Immo Iudex non ſolū deferre non tenetur ſed peccat ſi deferat appellationi notorie friuolæ *Card. in cap. de priore n. 3. de Appell. Rolan. conſ. 73. n. 26. lib. 3. Lancellot. de Attent. par. 2. cap. 12. Ampl. 4. nu.*

3 *12. Scaccia de Appell. q. 17. lim. 36. n. 3.* Et manifeſte friuole Appellans ante diffinitiuam, priuatur iure appellandi poſt diffinitiuam *tex. eſt in Clem. ſi ante de Dol. & contu.* ibi poterit idem Appellans appellare niſi eius prima Appellatio eſſet friuola manifeſte *Rot. Dec. 58. nu. 4. de Appell. in nou. Scaccia de appell. d. q. 17. limit. 36. num. 2.*

4 Cer-

4 Certum eſt autem quod friuola dicitur Appellatio quę interponitur ante Diffinitiuam abſque expreſſione cauſæ rationabilis *Clem. cum nobis olim de Electon. & tex. in d. cap. cũ appellationibus de Appell. in ſex. gl. in Clem. ſi ante de dol. & conct. in verb. manifeſte Franch. in cap. vt Debitus n. p. de Appell. Corn. conſ. 193. n. 17. Rot. Dec. 58. n. 4. de Ap. in nou. Scaccia de Ap. q 2. n. 48. Beuinten. Dec. Bonon. p. n. 2. & 3* vbi quod eſt admittenda per verba negatiua dicendo non ad-
5 miſit niſi ſi & in quantum. E quod generaliter quando friuola dicatur appellatio, relinquatur Iudicis arbitrio *docet Cõtard. ad leg. vnic. C. ſi de moment. n. 39. & poſt alios Scaccia de Appell. q. 17. lim. 6. mẽb. 7. Reſtriction. 11 nu. 103. & q. 2. nu. 49. & poſt Barbat. & Marſil. Menocch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 197. n. 7.* & loquitur tam de Appellationibus quam de exceptionibus.

6 Secundo mouebar quoniam ex Breui Sanctiſſimi Vrbani Octaui expedito ſub die 21. Aprilis 1629. & inſerto in *libro priuilegiorum Illuſtriſſimę Ciuitatis Ferrariæ pag. 293.* conceditur Iudicibus Ferrarienſibus vt in cauſis Inappellabilibus poſſint non obſtante appellatione & recurſu ad Sanctiſſimum procedere etiam ad executionem dummodo contrarium non mandet *D.* Cardinalis pro tempore Legatus vel D. Vicelegatus Et in eod. Breui expreſſe prohibetur appellari vel recurri ab interloquutorijs niſi habeant vim diffinitiuæ vel inferant grauamen irreparabile.

7 Tertio quia Breue Sanctiſſimi Clementis Octaui de non auocandis cauſis a ciuitate Ferrariæ Regiſtratum in preallegato lib. pag. 7. concedit poſſe procedi non ſolum nõ obſtantibus Appellationibus & Recurſis ſed etiam non obſtantibus Inhibitionibus emanatis ab vrbe *Et ipſa etiam Conſtitutio Rotalis n. 32.* indulget Prætori & Auditoribus Rotę facultatem reaſſumendi etiam a Curia cauſas auocatas a Ciuitate Ferrariæ.

Quarto quia inſtantibus Reu. fratribus ſancti Pauli pro Remiſſione cauſæ ad vrbem & bis auditis in contradictorio Iudicio & demũ reiectis, Eminentiſſimus D. Cardinalis Legatus cauſam commiſit Prætori Rotæ quod Decretum Commiſſionis cum ab eo patres non
8 appellauerint, tranſitum fecit in Rem iudicatam quæ pro veritate habetur inter partes & facit de Albo nigrum & de indebito debitũ *vt dixi Dec. 33. num. 2.* Quinto demum quia Sanctiſſimus Clemens Octauus *in prędicta Conſtitutione Rotali n.* 18. cauſas omnes primarum Appellationum totius legationis Ferrariæ commiſit Prætori

Rotę

Rotæ cognoſcendas & fine debito terminandas vnde Reu. patres appellando, appellabant in effectu a cōmiſſione Sanctiſſimi & Prætor procedens non obſtante Appellatione non ſolum non contemnebat autoritatem Sanctiſſimi ſed Immo eius commiſsionibus obtemperabat & videri potius poterat contempſiſſe non procedendo
9 vel ſaltem abuſus fuiſſe facultate ſibi ab eod. Sanctiſſimo concesſa vnde non obſtabant tradita *per Beninten. Dec. p. n. 3. poſt Butr. Rō. Staffil.* quod punitur Iudex non diferens appellationi ad Papam interpoſitæ etiam quando dubitatur an appellatio probabilis ſit vel nec *& eſt ad id tex. in cap. de priore 3 1. de appellat.* Non inquam obſtabat quia ex prædictis ceſſabat Dubitatio. Poſt expeditionem cauſæ iterum Appellantibus Reu. patribus ad Sanctiſſimum, Illuſtriſſimus Datarius de mandato eiuſdem Sanctiſsimi duas ad me litteras tranſmiſit vt primo per Decem, inde per alios decem dies ſuperſederem vt feci. Poſt hæc cauſa in ſignatura Gratiæ Diſcuſſa, fuit reſcriptum nihil eſſe reſcribendum & ſic cauſam non eſſe auocandam a Ciuitate Ferrariæ cuius Priuilegia præualuerunt.

ARGVMENTVM.

Teſtis ſuper negatiua; famulus pro Domino quando probent. Item teſtis deponens per verbum credo vel videtur, Iuramento creditoris quando credatur.

SVMMARIVM.

1 *Quando conſtat in genere & ſic de ſubſtantia crediti, creditur creditoris iuramento quo ad quantitatem.*

2 *Non poteſt quis acceptare partitas ſui crediti, & partitas Debiti contra poſitas controuertere.*

3 *Famulus pro Domino non probat licet deponat de facto proprio.*

4 *Famulus pro Domino probat pluſquam alius in occultis.*

5 *Teſtis non probat negatiuam niſi remoueat ſenſum ab actu & actum a ſenſu & niſi reddat rationem dicti etiam non interrogatus.*

6 *Teſtis dubitatiue deponens non probat.*

7 *Teſtis deponens per verbum Credo non probat Amplia & Declara vt ibi.*

8 *Teſtis deponens per verbum videtur non probat. Limita vt ibi.*

DECISIO. LXI.

INſtantibus Io. & patre de Burinis D. Loc. mandauit grauari D. Anibalem Lattam pro lib. 3 1 6. debitis ex pretio fructuum ab eorum Apoteca emptorum vt in liſta deſumpta ex libro adminiculata ex depoſitionibus teſtium. Appellauit Annibal

præ-

prætendenſ ex teſtibus ab ipſo inductis dextrui dicta teſtium ex aduerſo examinatorum ſuper veritate crediti, ego autem confirmaui grauamen præſtito, tamen prius iuramento Burinis in ſupplementũ
1 motus, quia quando in genere, & ſic de ſubſtantia crediti conſtat quoad quantitatem ſtandum eſt iuramento creditoris ſaltem quando eſt legalis, *Cæpol.caut.210. Marſil.ſing.322. Crauet.conſ.198.nu.9. Oſaſch.dec.Ped.96.num.2.* Accedebat liber qui licet non eſſet mer-
2 cantili more conſcriptus, quia tamen continebat data, & accepta, non poterat debitor acceptare partitas ſui crediti, & partitas debiti contrapoſitas controuertere, *Pariſ.conſ.190.num. 2. lib.1. Crauett. conſ.275.nu.4. Rot.decrſ.650.nu.2.par.1. Recens & coram Ludouiſ.dec. 377 num.1.*
3 Non obſtabãt atteſtationes teſtium inductorum pro D Annibale, Primo quia habebant exceptionem contra perſonam, erant enim famuli qui pro Domino non probant *leg. ſeruos, C. de quæſt. leg. etiam C. de teſtib. Pariſ.conſ.68.nu.85. lib 3. Rolan.conſ.41. nu.25. lib.1. Maſcard.de prob.concluſ.758.nu.1. & 2.* vbi ampliat etiã ſi deponãt de fa-
4 cto proprio: Præſertim cum non ſimus in his quæ occultè fieri ſolent, & quorum veritas aliunde haberi non poteſt, & in quibus domeſtici admittuntur, *Anton.de Butr. in cap.tertio loco num.* 14. *de prob. Pariſ conſ.53. lib.4. num.34. Dec.conſ.133. nu.6. Burat.dec.143. nu 4. & dec.665. nu.7.* vbi quod tunc famuli magis probant quam alij.
5 Secundo patiebantur exceptiones contra dicta, deponebant enim de negatiua, & non remouebant ſenſum ab actu, & actum à ſenſu, vt requirentur *gl. in* §. *ſi verò abſunt in verb. & vidiſſe Auth de hered. & Falcid. Felin. in cap. in noſtra num.8. in fine de teſtib. Boſſ. in tit. de defenſ. reor. nu.15. Clar. lib.5. receptar. ſentent* §. *fin quæſt.52. verſ. ſcias autem, Ludou.dec.42. nu.5. & dec.325. nu 5. & 6.* vbi ampliare videtur etiam in teſte alias veriſimiliter informato cum declaratione tamẽ de qua ibi *Burat.dec.43. nu.2.* vbi quod gloſa ſupradicta fuit ſemper per Rotam recepta, & ibi *Ferentell. nu 9.* vbi quod teſtis ſuper negatiua deponens debet etiam reddere rationem depoſitionis licet non interrogatus. Accedebat quod teſtes deponebant per verba mi pare, & credo che non ſi ſia hauuta tanta robba, vnde obſtabat illis indubi-
6 tata concluſio, quod teſtis dubitatiue deponens, nihil probat *Alex. conſ.33 nu.21. Verall.dec.778. nu.3 par.3. Buratt.dec.611. nu.7.* Et in
7 ſpecie teſtis de credulitate, ſcilicet deponens per verbum credo, etiam ſi dicat ſe pro firmo credere, & pro certo habere adhuc non

 pro-

probat *leg. teſtium vbi Bart. nu.14. ff. de teſtibus cap. quoties vbi Felin. num.1. & ſeq.* ampliat limitat, & declarat *eod. tit. de teſtib. Ludou. dec. 472. nu.6. & dec. 578. num.12.* licet verbum credo à principali prola-
8 tum ſit veritatis expreſſiuum *vt dixi dec. 47. nu. 1.* ſic etiam non probat teſtis deponens per verbum videtur, in his quæ ſenſu corporis percipiuntur *Io. Andr. ad ſpecul. tit. de teſte §. nunc tractandum verſ. quid ergo, Imol. in Clem. Gratia. in 2. not. de reſcript. Bald. in leg. data opera C. qui accuſ. non poſſ. Felin. in d. cap. quoties nu. 12. de teſtib. Burat. d. dec. 611. num. 6. in fine.*

ARGVMENTVM.

Mercator quis dicatur. Negatiua quando transfundat in aduerſariũ vno onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Ocularis inſpectio ſuperat omne genus probationis.*
2 *Duobus teſtibus contextibus eſt omni iure credendum.*
3 *Bonus vnuſquiſque naturaliter præſumitur, donec probetur malus.*
4 *Negatiua qualitatis accidentalis transfundit in aduerſarium onus probandi affirmatiuam. Secus in negatiua iuris.*
5 *Regula transfundit onus probandi exceptionem. Amplia vt ibi.*
6 *Creditur libris officialium qui ſunt à publico deputati.*
7 *Mercator dicitur qui emit, & vendit, vel permutat lucrandi cauſa, & differt ab artifice vt ibi.*
8 *Emens pro vſu proprio non dicitur mercator licet mutato conſilio vẽdat.*
9 *Emens nomine alieno non reputatur mercator.*
10 *Statutum loquens de mercatore, vel artifice intelligitur de exercente nomine proprio.*
11 *Latius patet nomen negotiatoris quam mercatoris.*
12 *Verba Statutorum ſtricte ſunt intelligenda, & magis in ſenſu ſpecifico quam in generico.*
13 *Opinio vulgi confert ad æſtimãdum an quis cenſendus ſit mercator, vel ne.*
14 *Mercator quis non dicitur ex vnica negotiatione. Amplia vt ibi.*

DECISIO LXII.

DOminus Petrus Bellabonus obtinuit coram D. Gub. Centi grauari D. Dominicum hæredem q. D. Doctoris Io: Fiamberti in lib. 150. debitis pro pretio Farinæ, vt cõſtabat ex libro familiari ſatis regulato eiuſdem Bellaboni, cui creditur ex diſpoſitione Statuti Centi lib. 1. rub. 45. verſ. Adijcientes, quando ſcili-

cee

cet liber continet data, & accepta, & creditor eſt Ciuis legalis, & bonæ conditionis, & famæ dummodo non ſit mercator. Et ego appellante Dominico credidi bene fuiſſe iudicatum, quoniam primũ à Statuto requiſitum, reſpiciens qualitatem libri conſtabat ex
1 eiuſdem oculari inſpectione quæ ſuperat omne genus probationis *Maſcard. de prob. concl.* 8. *nu.* 5. vbi quod eſt melior probatio de mũdo *Coſta de remed. ſubſidiar. remed.* 101. *num.* 6. *Poſtius de manutenen. obſeru.* 101. *num.* 5 vbi quod. eſt ſuperlatiua probatio *Ludou. dec.* 575. *n.* 6. Secundum vero reſpiciens legalitatem perſonæ conſtabat ex depo-
2 ſitionibus duorum immo trium teſtium cõtextium quibus erat omni iure credendum *Matt. cap.* 8. *cap. licet de teſtibus cap. in omni negotio eod. tit leg. vbi numerus ff. de teſtib.* præſertim cum adiuuarentur
3 naturali præſumptione qua præſumitur vnus quiſque bonus donec probetur malus *cap. fin. in fine de præſ. leg. merito ff. pro Soc. Menoch. lib.* 2. *præſ.* 76. *num.* 5; *tex in cap. vnic. de ſcrutin. in ordin. facien.* ibi Quem indignum eſſe non nouit, dignum debet æſtimare neque in hac aſſertione quis peccat, dummodo contra conſcientiam non loquatur.
4 Tertium deniq; (quod non ſit mercator) cum conſiſteret in negatiua qualitatis accidentalis, transfundebat in aduerſariã onus probandi *Alberic. in leg. ei incumbit nu.* 7. *ff. de prob. Lanf. anc. in cap. quoniam nu.* 11. *de prob. Gabr. concl.* 6. *de prob. nu.* 9. & facit ratio quoniam hoc in caſu negans habet præſumptionem pro ſe quia facta nõ præſumuntur niſi probentur *leg. in Bello* §. *factæ ff. de capt.* & *poſtlim. reuerſ. leg. ſi emancipati* 9. *C. de collat. Menoch. lib.* 4. *præſum.* 165 *num.* 3. vbi in ſpecie quod ideò accidens non præſumitur. Et generaliter quando præſumptio eſt pro negãte transfundit in aduerſariũ onus probandi affirmatiuam, *Bart. in leg. Actor, C. de prob. Dec. conſ.* 512. *in fine Rot. in antiquis dec.* 556. & *in nou. dec.* 478. *Caſſad. dec* 1. *in fine de regul Cancell. Gabr. concluſ.* 6. *de prob. nu.* 58. Quamuis negatiua iuris regulariter probanda ſit per allegantem, *vt eſt tex. in leg. ab ea parte* 5. *ff. de prob* & *ibi Bart. not. in Summario*.
Accedebat quod hoc requiſitum dummodo non ſit merçator expri-
5 mitur in Statuto per modum exceptionis, quam vtiq; probare tenetur excipiens qui ſe fundat in ea, & interim Bellabonus fundatam habet intentionem in regula in Statuto firmata, *glo. in rub de reg. iur. in ſexto ſub finem*, & *in leg. omnis deffinitio, ff. eod.* & *poſt Bald. Alciat. Dec. Ludouiſ. dec.* 182. *num.* 1. & debet exceptio clare probari, *vt dixi*

ſupra

ſupra dec.59. num.46. Et in ſpecie quod aſſerens aliquem mercatorem, debeat id probare præſertim quando à lege, vel Statuto qualitas illa non requiritur *facit tex. in leg. prætor §. docere, ff. de vi bonorum rapt. & poſt Bart. Caſtren. & alios probat Maſcard. de prob. concl. 1049. nu. 1. & ſeq. vbi ampliat.*

Neq; obſtabat, quod libris mercatoris non creditur niſi ſint mercantili more conſcripti, & à Gubernatore etiam approbati, vt diſponit idem Statutum, & quod videretur conſtare Bellabonum eſſe mercatorem cum ex Statu Veneto pluries Blada traduxerit, vt ap-
6 parebat ex atteſtationibus Gabellariorum quibus tanquam deputatis à publico videbatur credendum *ad tex. in leg. quadam, §. nummularios, ff. de eden. & in hac ſpecie docet ibi Bart. in fine Rim. iun. conſ. 52. nu 102. Crauet. de antiq. temp. par. 1. lim. 4. nu. 70. in fine, Surd. dec. 336. nu. 1. Amat. dec. Fer. 12. nu. 3. & 6.*

Non inquam id obſtabat quoniam licet ex fidibus conſtaſſet non ſo
7 lum traductio, ſed & emptio quæ non conſtabat, adhuc ad conſtituendum aliquem mercatorem non ſufficit eum frequenter emiſſe niſi etiam empta vendiderit, vel permutauerit non mutata forma, idque fecerit cauſa lucrandi, *vt eſt tex. Diui Io. Chriſoſt. in can. eiciens 88. diſt.* ibi qui rē comparat, vt rem integrā, & immutatam vendendo, lucretur, hic eſt mercator *Franch. in cap. quamquam in fine de cenſib. in ſexto, Alciat. in leg. mercis ff. de verb. ſign. Maſcard. de prob. d. concluſ. 1049. nu. 8. Fed. de Sen. conſ. 202. nu. 8. Stracca de mercatura par. 1. tit. 1. nu. 4.* qui autem emit, & forma mutata vēdit dicitur artifex, *vt probant prædicti, & præſertim Fed. d. conſ. 207. nu. 2. & 3.* potuit autē Bel-
8 labonus emiſſe pro vſu proprio, & qui pro ſuo vſu emit non dicitur negotiator neque mercator licet poſtea mutato conſilio vendat, *Caſtren. in leg. 2. in princ. ff. ſi cert. pet. D. Thom. ſec. ſec. quæſt. 7. art. 4. Rodoan. poſt alios de ſpolijs quæſt. 2. nu. 49.* potuit etiā emiſſe nomine alie-
9 no, quo etiam in caſu ceſſat titulus mercatoris quoad ſic ementem *ad tex. in leg. quæſitum, ff. de ius vocand. & in l. tutorem, ff. de his quæ vt indig. cum vtrobique not. & in leg. fin. ff. de excuſ. tut. quam ſingulatem*
10 *dixit Roman. ſing. 64. incipit an exercens.* Et in ſpecie quod ſi lex municipalis de mercatore, vel artifice ſimpliciter loquatur intelligenda ſit de exercente nomine proprio *tradit Dec. conſ. 268. in princ. quē ſequitur Crauett. conſ. centeſimo nu. 1. lib. 1. Stracca de mercatura par. 1. tit 1. nu. 72.* Addi poteſt, quod cum latius ſit verbum negotiationis
11 quam mercaturæ, plures dici poſſunt negotiatores qui verè non

ſunt

ſunt, nec dici poſsũt propriè mercatores *ad tradita per Signorol. conſ. 95.nu.25. & per Strac.de mercat.par.5.tit.1.nu.5.* & certum eſt, quod
12 verba Statutorum ſtrictè, & propriè ſunt intelligenda, & prout iacent, & prout ſonant *leg.3.§.hæc verba vbi DD.ff de neg.geſt. Maſcard. de interp.Stat.concluſ.4.nu.1.& ſeq.* & magis in ſpecie quam in genere, *ad tex.in leg.quintus mutius, ff.de aur. & arg.leg.& in leg.hoc legatum, vbi Bart.ff de leg 3.* Demum accedebat, quod Bellabonus, nec erat
13 in albo mercatorũ deſcriptus, nec talis ex vulgi opinione reputabatur, quæ conſiderari ſolent in hac materia *ad tex. in l.ſciendum, ff. de edil.edict.ibi, Quales vulgo artifices dicuntur, Bart.in probem.digeſtor. nu.10.Abb.in cap.1.nu.38.de Iudic.Strac.de mercatura par.1.tit.1.num. 10.& 12.Maſcard.de prob.concl.1049.nu.9.*
14 Adde etiam, quod ad acquirendum nomen alicuius artis non ſufficit eam ſemel exercuiſſe, & ex vnico actu, vel vnica negotiatione non probatur aliquis mercator *ad tex.in leg.1.in princ.ff.de trib.Felin. poſt Bart.in probem.Decretalium nu.45.Berous quaſt.fam.115.nu 4.& poſt Rebuf.Caſtr.Natt.& alios, Maſcard.de prob.concl.1049.nu.6.& 7.* vbi plus probat non gaudere aliquem priuilegijs mercatorum niſi maiorem partem bonorum habeat in mercatura.

ARGVMENTVM.

Confeſſio tutoris de recepto quando probet numerationem in præiudicium pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Partis confeſſio ſuperat omne genus probationis, & praualet Inſtrumento, ac mille teſtibus.*
2 *Error confeſſionis in continenti non reuocatæ, probandus eſt ab allegante.*
3 *Confeſſio partis releuat ab onere probandi.*
Confeſſio correi vel litis conſortis, alteri non nocet.
4 *Teſtis vnicus quacunq; dignitate præfulgeat, plene non probat.*
5 *Dictio taxatiua habet annexam negatiuam.*
6 *Qui ſe fundat in non ſolutione, debet eam probare.*
Maxime ſi habet præſumptionem contra ſe.
Quando actus neceſſarius non erat redigendus in ſcripturã, exhibitio ſcripturæ non probat negatiuam.
7 *Creditor dicendo ſe creditorem in ſcutis tot. non videtur negare quin plus ſibi debeatur niſi addat taxatiuam. Idem eſt in teſte.*
8 *Confeſſio de recepto probat ſolutionem. Amplia vt ibi.*
Exceptio nõ numeratæ pecuniæ ceſſat extra dotem, & mutuũ poſt 30. dies,

9 *Confeſſio etiam iurata tutoris de recepto non nocet pupilla niſi conſtet de actuali numeratione. Intellige vt nu. 11.*

10 *Per verba Notarij ſoluit, & numerauit non probatur actualis numeratio niſi alia verba ſint addita de quibus ibi.*

11 *Confeſſio tutoris adminiculata nocet pupillo. Et ibi vide adminicula, & ſimilia.*

13 *Confeſſio liberatoria abſente parte an probet.*
Ex facto tutoris quomodo pupillus teneatur.
Ad dignoſcendam diſpoſitionem fauorabilem, vel odioſam inſpicitur, quod principaliter agitur.

DECISIO LXIII.

DOminæ Eleonora, & Magdalena de Perris pupillæ, & earum nomine tutor egerunt coram D. Gub. Argentæ, aduerſus Bartholomæum, & fratrem de Maſis vti hæredes Euangeliſtæ eorũ patris, & olim conductoris quarũdam terrarum, pro ſumma Scutorum 92. ex cauſa penſionis vnius anni nõ ſolutæ, ſed quia dicti fratres oſtenderunt Inſtrumentum publicum quietantiæ finalis factæ ex cauſa conductionis prædictæ per D. Io: Baptiſtam Ferrũ tutorem, ideò obtinuerunt ab eodem Gub. ſentẽtiam abſolutoriam à petitis. Appellauit tutor nomine pupillarum, & dicebat erroneã dictam quietantiam ex quo conductio fuerat contracta per Euangeliſtam pro quinquẽnio, & ex fide facta per Bartholomæum, alterum ex aduerſarijs collitigantibus, & extracta ex libro eiuſdem conductoris non conſtabat fuiſſe ſolutas niſi quatuor annatas, vnde quin-
1 ta remanere videbatur in debito ex confeſſione aduerſarij, qua nulla maior poteſt eſſe probatio, & quæ ſuperat omne genns probationis *leg. generaliter C. de non num. pec. cap. per tuas de probat. cap. ſi Sacerdos de offic. ordin. Lud. dec. 143. nu. 3. & dec. 352. nu. 3.* vbi quod præualet mille teſtibus, *Burat. dec. 292. nu. 10. Coccin. dec. 68. num. 6.* vbi quod
2 præualet publico Inſtrumento. Et quamuis error probandus ſit per allegãtem quando non in continenti, ſed ex interuallo confeſſio, vt erronea reuocatur, *Cephal. conſ. 36. nu. 23. & 24. Et poſt gl. Abbat. & alios, Maſcard. de prob. concl. 369. n. 4.* Attamen cõfeſſio partis releuat
3 ab onere probandi, *Felin. in rub. de prob. nu. 6. Marſil. in rub. C. de prob. nu. 74.* Et propriè confeſſio eſt releuatio ab onere probandi, *vt poſt Butr. Imol. Abb. & alios probat Felin. in d. rub. de probat. nu. 6. Buratt. dec. 775. nu. 2.*

Cre-

Credidi tamen prædicta non obſtare, quoniam leue immo nullum conſtitui poterat fundamentum in fide illa producta, primo quia cum eſſet vnius ex collitigantibus, alteri obeſſe non poterat *cap. non debet de reg. iur. in ſexto, leg. id quod noſtrum, ff. eodem, Rot. dec. 2 1 1. nu. 3. par. 1. recentiſſimarum, & prius dec. 9 6. nu. 2.* vbi loquitur etiam de confeſſione iudiciali, & coram *Ludou. dec. 1 1 6. nu. 10.* Nec poterat va-
4 lere, quoad alium niſi quantum valet dictum teſtis vnici qui plenè non probat, etiam ſi quacũq; dignitate præfulgeat *cap. licet, cap. veniens de teſtib. leg. Iuris iurandi* 8. *C. de teſtib. cap. placuit 6. quæſt 6.* ibi nõ put et Epiſcopus ad iniuriam pertinere, ſi ſibi ſoli non creditur *poſt alios Gabr. concl. 1. de teſtib. nu. 1. & nu. 15.* Secundo quia neque ipſi qui fidem conſcripſerat, præiudicabat ad effectum de quo agebatur non enim cõtinebat quod eius pater ſoluiſſet quatuor annatas tan-
5 tum quæ dictio taxatiua habet annexam negatiuam, *Tuſc. concl. 2 3. nu. 1. litt. T. Amat. dec. Perr. 64. nu. 6.* Sed ſimpliciter referebat parti tas ex quibus apparebat fuiſſe ſolutas quatuor annatas, vnde neceſſario quinta non excludebatur cum poſſet eſſe ſoluta, & ibi non ſcripta, licet aliud dicatur in libris mercatoris, *Rot. dec. 7 1 6. num. 2. par. 1. recentiſs. ſeu poſthumarum*, & ſic inde non reſultabat concludẽs
6 probatio negatiuæ, quæ cum eſſet fundamentum intentionis, erat concludenter probanda per eum qui ſe fundabat in illa, vt in terminis non ſolutionis *dixit Innoc. in cap. ſuper his de accuſat. Bald. in leg. in contractibus* §. *illo, C. de non numer. pecun. Anchar. in cap. potuit nu. 2 4 de locat. Iaſ. in leg. 2. C. de iure emphyt. quem cum alijs refert Gabr. concl. 6. de prob. nu. 1 4. & 5 8.* vbi quod id maximè procedit quando negans habet contra ſe præſumptionem, prout hoc in caſu reſultabat non ſolum præſumptio, ſed probatio contrariæ affirmatiuæ, videlicet ſolutionis ex Iuſtrumento quietantiæ, & quod quando actus non erat neceſſario redigendus in ſcripturam, exhibitio ſcripturarum, & par titarum nõ probet negatiuam, ſed ſolum affirmatiuam *dixit Seraph. dec. 8 8 9. nu. 1. & 6. declarando Rip. in cap. Eccleſia nu. 28. de cauſ. poſſ. &*
7 *propriet.* Et quod creditor dicendo ſe creditorem in Scutis tot non propterea cenſeatur dicere ſibi plus non deberi niſi addiderit taxatiuam, *docent Bart. & alij in leg. ſi quidem, C. de tranſact. & in leg. rationes, C. de fid. Inſtrum. Crauett. conſ. 3 1 3. nu. 1. Ruin. conſ. 5 6. nu. 9. lib. 1. Rot coram Ludou. dec. 3 1 7. n. 4. & prius dec. 2 9 8. nu. 9.* vbi quod idẽ eſt in teſte.

Magis tamen quam fides prædicta, obſtare mihi videbatur, quod in quie-

quietantia non conſtabat de actuali numeratione, ſed ſolum in ea
8 dicebatur confeſſus eſt habuiſſe, & recepiſſe, & quamuis regulariter creditoris cõfeſſio de recepto probet ſolutionem aduerſus confitentem *leg. quidam, ff. de conſtit. pecun. leg. pecuniæ, C. de ſolut. Maſcard. poſt alios de prob. concl. 361. nu* 1. vbi quod nocet confitenti, & omnibus acceſſorijs, *Seraph. dec.* 795. *num* 1. vbi quod precedente promiſſione confeſſio præiudicat etiam tertio, *ſequitur Ferentill. ad Buratt. dec.* 108 *nu.* 21. *Amat. dec.* 54. *nu.* 1. *vbi ex Bart* quod quietantia quomodocunque obtenta prodeſt *&* *num.* 2. vbi quod exceptio non numeratæ pecuniæ extra dotem, & mutuum ceſſat poſt 30. dies, *quod tradit etiam Ceual. in theſauro com. con. comm. quæſt.* 699 *.nu.* 8 *.poſt tex. in leg. in contractibus, § ſuper cæteris, C. de non numer. pec.*

9 Attamen Tutoris confeſſio de recepto non nocet pupillo, niſi de actuali ſolutione aliter appareat *ad tex. in leg. certũ* 6. *§. fin. ff. de cõfeſſ. ibi, ſed an Procuratores, Curatores, Tutores fateri ſufficiat? & puto nõ ſufſufficere, & poſt Bart. Bald. Iaſ. tradit Maſcard. de prob. concl.* 361 *.nu.* 55. *& concl.* 370. *nu.* 1. *Tiraq. qui d. com. teſtatur de retract. conuention. §.* 4. *gl.* 6 *.nu.* 12. *&* 13 *. Borgn de tut. & curat. nu.* 274. *Munoz. de ratiocinijs cap.* 23 *nu.* 31 *. Rot dec.* 177 *. par.* 2 *. diuerſ. nu.* 1. *&* 3. vbi ampliat nõ obſtante iuramento, quia non operatur in præiudicium tertij:

10 Im mo de actuali numeratione conſtare non dicitur, licet notarius dixerit *ſoluit, & numerauit*, quia intelligeretur de numeratione ficta cõfeſſionata niſi etiã addiderit in præſentia mei notarij, & teſtiũ, *Iaſ. poſt alios in leg. ſingularia, ff. ſi cert. pet. nu.* 49 *&* 50. *& poſt Bald. & alios Felin. in cap.* 51 *. cautio de fid. Inſtrum. nu.* 52. *& poſt Iaſ. & alios Surd. dec:* 284 *. nu.* 10. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 387. *nu.* 42. vbi plus dixit quod quãdo notarius incæpit à cõfeſſione, dicendo cõfeſſus fuit, habuiſſe & recepiſſe etiã ſi poſtea dixerit (prout habuit, & recepit in præſentia mei, & teſtium, verba hæc ad eandem confeſſionem referuntur niſi adſit verbum, manualiter. In contanti, vel ad ſe traxit, vel ſimile neceſſario inferens numerationem, *vt ibi per eundem Gratian. nu.* 44. *&* 45. Idem quando in Inſtrumento diceretur confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe à Titio dante, & numerãte, quia iſta cenſerentur verba cõfeſſionis partium *Bald. in leg.* 1. *C. de confeſſ. in leg. ſi ex pretio C eodem, & in leg. ſi ex cautione, C. de non numer. pec. quem refert, & ſequitur Iaſ. in d. leg. ſingularia, ff. ſi cert. pet. nu.* 51. vbi tamen loquitur ad effectum, vt Notarius excuſetur à falſo.

11 Sed reſpondetur, quod hæc limitatio limitanda videtur, vt procedat

dat quando agitur de confeſſione obligatoria, vt puta ex mutuo, vel ſimili titulo ſecus ſi agatur de confeſſione tutoris, liberatoria debitoris pupilli, quia licet illa per tutorem facta, pupillum non obliget, hæc tamen videtur liberare debitorem pupilli, magis enim fauemus liberationi quam obligationi *leg. Arianus ff de action. & oblig. & videtur probare tex. in leg. Lucius 47. §. tutelæ, ff de administr. tut.* vbi Bart. ſummat quod apocę debitoribus datæ per tutores fidem faciũt contra pupillum qui tamen regreſſum habet contra tutorem. *Ad idem cõfert ſimilis tex in leg. qui ſolidum* 80. *§. etiam ff. de leg.* 2. vbi quod Reſp. & pupillus tenentur ad vſuras fideicomniſſi poſt moram, & ad litis ſumptus ſi ratio litigandi non fuit, habent tamen regreſſum aduerſus adminiſtratorem, & tutorem. Et diſtinctionem prædictam probant *Paul. de Caſtr conſ. 34. lib. 1. Incipit ego Paulus, & prius eã ſenſiſſe videtur gl. Accursij in d. §. tutelæ in ver. apocæ,* quę expreſſe intelligit in cõfeſſione de recepto, *Franc. de Curt. in leg. 2. §. quod obſeruari, C. de iuram. calum. Imol. in leg. debitorẽ ff. de nouat. Rom. in leg. prædia, ff. de acquir poſſ. Cuman. conſ. 24. & conſ. 31. Barbat. conſ. 18. lib. 3. & conſ. 54 lib. 4. Felin in cap. fin. ſub fin. de præſcript. Alios refert licet non ſequatur Natta conſ. 543. nu 8. & nu. 24. prout alios refert, ſed non ſequitur Surd. dec. 229. nu. 23. Sed conſilium Caſtr. videtur in parte ſequi Rota dec. 177. num. 1. poſt med. par. 2. diuerſ. licet aduerſetur Rot. dec. 714. nu. 2. par. 1. recentiſſimarum, ſeu poſthumarum.*

12 Sed quod confeſſio tutoris cum adminiculis indiſtinctè probet; & noceat pupillo *probat Ruin. conſ. 14. n. 4. lib. 1. & Natta conſ. 545. nu. 2 quos ſequitur Rota d. deciſ. 177. nu. 4. par. 2. diuerſ. & firmauit coram Ludouiſ. dec. 506. nu. 2. & per tot.* vbi idem decidit in confeſſione patris quoad filium, prælati quoad eccleſiam; procuratoris quoad principalem, *& eſt dec. 359. nu. 2. par. 1. recentiſſimarum, ſeu poſthumarum, Burat. dec. 239. nu. 2. & ſeq.* Hoc autem in caſu concurrebat quod confeſſio fuerat facta coram Notario, & teſtibus, quod pro adminiculo conſiderauit *Rot. dec. 612. nu. 2. par. 2. diuerſ.* Concurrebat etiam iuramentum, quod ſolum ſufficere ad actualem numerationem probandam, *probauit Imola in leg. qui bona §. ſi alieno ff. de damn. infect. num. 53. Ruin. conſ. 13. nu. 4. lib. 5. & poſt alios Maſcard. de prob concluſ. 373. nu. 3.* Et licet diſſentiat *Rota d. deciſ. 177. nu. 3.* quoad hoc vt ſolum Iuramentum ſufficiat, nõ tamen negat quin ſaltem tanquam adminiculum poſſit admitti, *prout in ſimili dicitur per Rotam coram Ludou. dec. 506. num. 3. in fine quæ ſub nomine Card. Bononienſis reperitur etiam*

impreſſa in par. 1. recentiſs. ſeu poſthumarum dec. 3 59. Adde quod ſtante ſtylo regionis de faciendo quietantias per viam confeſſionis de pecunijs ante receptis, confeſſio probat numerationem etiam aduerſus alios, *vt in Calaguritana penſionis coram Gypſio, & coram Menzanedo fuiſſe deciſum, refert Buratt. dec. 156. nu. 13. & eſt dec. 193. nu. 4. par. 1. recentiſſimarum, ſeu poſthumarum.*

13 Adde etiã quod licet *Natta d. conſ. 543. nu. 24.* reprobet diſtinctionẽ inter confeſſionẽ obligatoriam, & liberatoriam ex ea ratione, quod etiam liberatoria obliget ad non petendum, videtur tamen poſſe replicari, quod ſi ratio illa concluderet, non eſſet diſcrimen inter obligationem, & liberationem cui tamen vt dixi magis eſſe fauendum ipſa lex dixit quæ magis conſiderauit fauorem liberationis, quam odium obligationis ex ipſa liberatione reſultantis. Prætereà licet verum ſit quod confeſſus ſe debitum recepiſſe, obligetur ad non petendum, longe tamen diſtat obligatio ad factum quæ conſiſtit in committendo ab obligatione ad non factum quæ in omittendo conſiſtit cum grauius ſit facere quam non facere *ad tex. in leg. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. & in leg. 4. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. & poſt alios Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 44. nu. 24. & 26.* Et cum leuior ſit obligatio de non faciendo, facilius poteſt induci in creditore, ſicut etiã in debitore, facilius conceditur retentio quam acquiſitio *leg. 2. vbi Bald. C. de fideicom Ludou. dec. 425. nu. 2.* Immo obligatio ad non factum, & ſic ad nõ petendum non videtur propria obligatio quæ diffinitur eſſe iuris vinculum quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ ſecundum noſtræ Ciuitatis iura *inſtit. tit. de oblig. in princ.* vnde pactum de non petendo appellatur à lege pactum liberatoriũ, & non pactum obligatorium à quo ſemper contradiſtinguitur, quia licet pareret aliqualem obligationem creditoris, principaliter tamen ordinatur ad liberationem debitoris, & debet ſemper attendi quod principaliter agitur, præſertim ad dignoſcendum an diſpoſitio ſit fauorabilis, vel odioſa *ad tex. in leg. ſi quis, nec cauſam ff. ſi cert. pet. & in leg. nauis ff. ad leg. Rhod. de iact. Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gl. 1. nu 2. & 5. Peregr. de fid. art. 1. nu. 24.* Sic etiam in ſimili licet confeſ-

14 ſio obligatoria abſente parte non probet niſi ſemiplene *iuxta tex. in leg. certum, §. ſi quis abſente ff. de confeſſ.* liberatoria tamen plene probat *iuxta ſententiam gl. & Doctorum atteſtantium de magis vera, & magis communi, quos refert Gabr. concl. 1. de confeſs. num. 22. & Ceual. in Theſaur. commun. contra com. quæſt. 16. in princ. & quæſt. 210. in princ.*

&

& num. 3. vbi quod ſaltem de iure Canonico, & in terris Eccleſiæ procedit.

Omni in caſu negari non poterat quin confeſſio noceret ipſi tutori confitenti, vt ſupra probatum eſt, nec etiam videbatur denegādum quin eam pupilli ſeruare tenerentur ſaltē donec tutor diſcuteretur, nam ſi ex facto tutoris qui ſoluendo eſt, in pupillū datur actio, multo magis datur exceptio *ad tex. in leg. inuitus, §. cui damus ff. de reg. iur. Ad hæc eſt tex. in leg. 1. §. ſi quis ideo ff. ne vis fiat ibi ſi tutor dolo fecerit, & ſoluendo ſit, in pupillū datur actio ſimilis. eſt tex. in leg. sūma §. ſi dolo ff. de pec. & in leg. fin. ff. de adminiſtr. tut.* vnde ex prædictis ſimul iunctis abſolui maſios à petitis per tutorem nomine pupillarum quibus tamen reſeruaui iura iterum agendi quatenus in bonis tutoris non poſſet eis ſatisfieri.

ARGVMENTVM.

Emptioni, & venditioni quando derogetur per locationem, & conductionem ſubſequentem inter eaſdem partes.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribēs cēſetur approbare ſubſcripta, & virtualiter dicitur ea ſcripſiſſe.*
2 *Fallit in eo qui ſubſcribit vt teſtis.*
3 *Poſteriora incompatibilia derogant prioribus.*
4 *Per emptionem recedi videtur à conductione.*
5 *Conductor non poteſt inferre locatori quæſtionem dominij.*
6 *Nemo poteſt impugnare factum proprium præſertim iteratum.*
7 *Locatio effectuata probat dominium, & poſſeſſionem etiam contra tertios.*
8 *Inter locatorem, & conductorem locatio etiam non effectuata probat dominium, & poſſeſſionem locantis.*
9 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habeat.*
10 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*
11 *Acta ſimulata, veritatis ſubſtantiam non immutant.*
12 *Contractus ſimulatus non eſt contractus.*
13 *Tex. in leg. ſi quis conductionis non habet locum in locatione nulla.*
14 *Rei propria conductio non conſiſtit.*
15 *An per conductionem amittatur dominium, & poſſeſſio.*
16 *Caſus in quibus emptor poteſt valide rem emptam conducere.*
17 *Publicum Inſtrumentum in concurſu priuata ſcriptura præfertur.*
18 *Habet pro ſe præſumptionem veritatis, & ſolemnitatis.*
19 *Allegans propriam turpitudinem non auditur aduerſus eum qui nō eſt particeps eiuſdem turpitudinis, præſertim ſi eſt Sacerdos.*

Ex

20 *Ex fine ſpecificantur actus.*
21 *Caſus in quibus eſt licita ſimulatio.*
22 *Poteſt aliquis ſine fraude ſibi nomen immutare.*
23 *Simulatio ſine fraude non eſt turpitudo.*
24 *Excipiendo poteſt quis propriam turpitudinem allegare.*
25 *Renuntiantibus iura ſua non eſt dandus regreſſus.*
26 *Non reſpondens interrogationibus habetur pro affirmante, vel negante prout vtilius eſt interroganti. Declara vt ibi.*
27 *Quod reſultat ab expreſſo, expreſſum dicitur.*
28 *Expreſſum dicitur, quod virtualiter colligitur, etiam in materia in qua requiritur formalis expreſſio.*
29 *Quot modis aliquid dicatur expreſſum, remiſſiue.*
30 *Interrogatus de duobus, negans de vno videtur affirmare de altero.*
31 *Limitationes remiſſiuæ ad reg. Excluſio vnius eſt Incluſio alterius.*
32 *Reſponſio dubia debet intelligi in fauorem reſpondentis. Amplia vt ibi.*
33 *Iudicium claudicare non debet.*
34 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
35 *Quando fuit aliquo modo reſponſum, & prætenditur inſufficiens Reſponſio, videtur ſuper ea requiri Iudicis declaratio.*
36 *Qui declarat nihil addit. Et declaratio retrotrahitur.*
37 *In his quæ pendent ab animo ſtãdum eſt magis declarationi facientis quam facto.*
38 *Declaratio propriè eſt circa rem dubiam.*
39 *Tacere eſt medium inter conſentire, & diſſentire, & inter velle, & nolle.*
40 *Dubia reſponſio poſitionibus facta, declarari poteſt à reſpondente.*
41 *Amplia etiam poſt acceptatam à parte reſponſionem.*
42 *In cauſa appellationis poſſunt non deducta deduci, & non probata probari.*
43 *Diffinitiua poteſt ex nouis actis iuſtificari.*
44 *Appellatio habet vim confirmandi, ſupplendi, diuidendi, corrigendi. Quicquid tribuit minoribus reſtitutio, tribuit maioribus appellatio.*
45 *Allegans contraria non auditur.*
46 *Confeſſus ſua ſententia condemnatur.*
47 *Ponens dicitur fateri.*
48 *Proprij oris confeſſio præualet Inſtrumento, ac mille teſtibus.*
49 *Dicta teſtium concordanda ſunt diſtinguendo tempora.*
50 *Dubia probatio non probat.*
51 *Fundans ſe in tempore præciſo, tenetur illud præciſè probare.*
52 *Ex actu quem quis impugnauit, non poteſt ſe iuuare.*

53 Non poteſt quis iuuari ex poſitione negata.
54 Poteſt Iudex ex officio ſe fundare in poſitione negata, etiam ad fauorem negantis.
55 Poteſt reus contrarijs exceptionibus vti.
56 In facto alieno præſumitur ignorantia.
57 Delictum in dubio non præſumitur.
58 Quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus.
59 Præſumitur pro peritia, & rectitudine Notarij.
60 Multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes.
61 Clerici debent eſſe, & præſumuntur meliores quam laici. Amplia vt ibi.
62 Inſtrumentum ex coniecturis non poteſt falſum iudicari.

DECISIO LXIV.

Reuer. D. Iulius Cæſar Malmignatus de menſe Ianuarij 1624. emit à Mag. Benedicto Ioannello domum quam de menſe Iunij eiuſdem anni, & iterum anno 1629. conduxit à Iulio Cæſare filio eiuſdem Benedicti. A quo Benedicto idem Malmignatus anno 1632. reportauit Inſtrumentũ abſolutionis pro pretio domus ſibi, vt ſupra venditæ, poſthæc Mag. Franciſcus Ioannellus tan quam hæres Benedicti eius Aui paterni inſtituit iudicium corã Reuerendiſs. D. Vicario contra prædictum Reuer Malmignatum prõ penſionibus domus ei bis locatæ per Iulium Cæſarem patrem eiuſdem Franciſci actoris, prout de locationibus conſtabat ex priuatis ſcripturis Reu. autem Malmignatus produxit Inſtrumentum emptionis dictæ domus ei venditæ à dicto Benedicto ante locationes prædictas, cuius tameu Inſtrumẽti non fuit repertum originale, ſed produxit etiam authenticum Inſtrumentum abſolutionis à pretio poſt locationes celebratum ab eodem Benedicto, quem probauit dominium domus ex depoſitionibus teſtium, prout etiam ex teſtibus probauit emptionem prædictam, & ex Inſtrumento ipſo abſolutionis in quo emptio expreſsè enunciabatur. His ita poſitis interrogatus Reu. Malmignatus an ſcripturę locationum eſſent eius manu conſcriptæ. Reſpondit eſſe ipſius manu ſubſcriptas, ſed nõ continere veritatem ſtante emptione. Interrogatus etiam an vellet vti Inſtrumentis emptionis, & abſolutionis, Reſpondit nolle vti Inſtrumento emptionis quo ad ſcripturam cum habeat aliunde probationes quo ad ſubſtantiam in eo contentam. Ex his Reuerendiſſimus D. Vicarius condemnauit Reuer. Malmignatum in ſumma Scuto-

rum *198.* pro penſionibus decurſis cum eo, vt eidem bonificetur quicquid in d. computum oſtenderit perſoluiſſe. Appellante Malmignato, & commiſſa mihi cauſa de partium conſenſu, vltra prædicta pro parte Malmignati fuit probatum per teſtes, ſcripturas locanum fuiſſe factas cum filio, vt occultaretur ei venditio facta per patrem, & ne rixæ orirentur inter ipſos. Præterea idem Malmignatus declarando, vel ſupplendo reſponſionem in primo iudicio factam expreſſit ſe velle vti abſolutionis Inſtrumento.

Pro Ioannello deducebatur duplex conductio domus facta per Malmignatum per ſcripturas ab ipſo ſubſcriptas, & quæ propterea con-
1 tra ipſum plene probabant, quoniam ſubſcribens cenſetur approbare ſubſcripta *leg. 1 ff. de conſt. princ. leg. ſicut 8. §. non videtur ff. quib. mod pign. vel hippot. ſolu. Felin. in cap. quoniam contra nu. 75. de prob. Maſcard. de prob. concl. 1341. Burat. dec. 418 nu. 8. vbi Ferentill. nu. 13.* Immo ſubſcribens dicitur virtualiter ſcripſiſſe ſubſcripta, *vt poſt Nat. & Surd. tradit Ludou. dec 454. nu. 5.* niſi ſubſcribat tanquã teſtis, quo
2 caſu ſibi non præiudicat, nec cenſetur approbare ſubſcripta *leg. Caius 39. ff. de pignor. action.* Et cũ locationes prædictæ eſſent poſt venditionem contractæ, inde ſequi videbatur; Primo, quod ipſe Malmignatus videretur ab emptione receſſiſſe, quoniam poſteriora incom
3 patibilia derogant prioribus *leg. pact. nouiſſima, C. de pact. leg. ſi vnus §. pactus ne peteret, ff. de pactis leg. ſi quis in principio ff. de leg. 3. leg. ſi quis*
4 *ante 10. ff. de acquir. poſſ.* vbi videtur optimus textus *Surd. dec. 51. nu. 1 & ſeq.* qui loquitur de eo qui emit poſtquam conduxerat.
5 Secundo, quod Malmignatus tanquam conductor non poterat mouere quæſtionem dominij aduerſus locatorem *leg. ſi quis conductionis, C. de locat. Immo ſi id feciſſet, incidiſſet in pœnam de qua in leg. conductores C. eodem tit. de locat. Marant. de ord. Iud. diſt. 7. nu. 41.*
6 Tertio, quod non poterat Malmignatus impugnare factum propriũ *contra tex. in leg. poſt mortem 25. ff. de adopt.* præſertim cum eſſet iteratum *ad tex. in leg. Baliſta ff. ad trebell. & dicta ſupra dec. 59. nu. 4.* & præ-
7 ſertim cum eſſet etiam effectuatum per ſolutiones penſionum quo caſu locatio, & conductio probat dominium, & poſſeſſionem locatoris etiam contra tertium, *Gabr. concl. 4. de locat. nu. 2. 3. & 7. Rota coram Ludou. dec. 200. nu. 1. dec. 500. nu. 2. & dec. 572. nu. 2.* Immo inter
8 locatorem, & conductorem etiam non effectuata *probat Beltram. ad Ludou. dec. 6. nu. 4. & 5. Rota coram Buratt. dec. 275. nu. 3.*

Pro Reu. autem Malmignato quo ad ordinem iudicij deducebatur, quod

quod Franciſcus egerat tanquã heres Benedicti pro penſionibus domus locatæ a Iulio Cęſare vnde inepte videbatur egiſſe, debebat enim agere tanquam hæres Iulij Cęſaris, nam Benedictus non locauerat,
9 & ſic nullum habebat ius ad penſiones, & ius quod non habebat, nõ potuit ad heredem tranſmittere *leg. nemo plus ff. de reg. iur.* vnde Malmignatus videbatur ſaltem abſoluendus ab obſeruatione iudicij. Sed quo ad merita pro eodem faciebat, quod probabatur domum fuiſſe propriam Benedicti à quo ipſe emerat, & abſolutus fuerat à pretio. Probabatur etiam Franciſcum eſſe hæredem Benedicti, &
10 egiſſe tanquam talem, vnde nõ poterat is impugnare factum defuncti *leg. cũ à matre 14. C. de rei vendic. leg. ex qua persona 192. ff. de reg. iur. Gabr. poſt alios concl. 11. eodem tit.*

Nec videbatur obſtare locatio, primo quia probabatur ſimulata, & ficta ex vera tamen, & forte laudabili cauſa cõfecta, vnde ſequeba-
11 tur quod dicitur in Cod. plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, & quod rei veritas præualet ſcripturæ, *vt loquitur tex. in leg. 1. C. eodem, & ibi Salic. not. in Summario* potentior eſt enim veritas quam ſcriptura *leg. nec ignorans 10. vbi Bald. not. C. de donat.* & acta ſimulata veritatis ſubſtantiam mutare non poſſunt, *vt dicitur in leg. 2. C. eod. tit. plus valere quod agitur*, & non quod ſcriptum, ſed quod geſtum eſt inſpicitur, & plus actum quam ſcriptum valet, *vt legitur in leg. 3. & 4. C. eodem. Et faciunt tradita per Bart. in leg. poſt contractum ff. de donat. & per Dec. in leg. imaginaria nu. 3 ff de reg. iur. & la-*
12 *tius per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. nu. 12. & 15.* vbi quod contractus ſimulatus non eſt contractus, & eſt veluti corpus abſque ani-
13 ma. *Et tex. in leg. ſi quis conductionis* non habet locum quando locatio eſt nulla, *vt poſt Alex. in leg. ſi aliquam circa finem, ff. de acquir. poſſ. tradit allegatus ex aduerſo Maranta nu. 41. & faciunt tradita per Surd. dec. 51. nu. 13. & ſeq.*

Secundo non videbatur obſtare locatio quoniam cum per emptionem, domus eſſet effecta propria Malmignati non potuit ipſe valide
14 eamdem conducere, quia rei proprię conductio non conſiſtit *leg. nõ ſolet ff. locati, leg. ſuæ rei ff. de contrah. empt. leg. neque pignus, ff. de reg. iur. Surd. d. dec. 51. nu. 6.*

Tertio videbatur nõ obſtare quia per emptionem fuerat quæſitum
15 Malmignato dominium domus, & per conductionem non videtur amitti dominium, neq; poſſeſſio quoniam ſolus animus conducẽtis ad id non videtur ſufficere *ad tex. in leg. ſi quis vi §. Differentia, ff. de acquir.*

acquir. poſſ. Bart. in leg. ſi aliquam rem. 28. poſt gl. ibi ff. eod. Rip. in ead. leg. nu. 16. poſt Alex. conſ. 9. nu. 10. & conſ. 69. nu. etiam 10. quod ſaltem videtur procedere quando non fuit dictum talis ſciens ſe dominiũ rei illam conduxit, *vt poſt gl. Azzo. Ang. dixit euerard. in loco à ceſſatione conſequentis verſ. quod ſi in Inſtrumento* licet contra prædicta faciant tradita *per Burat. dec. 423. nu. 4.*

16 Quarto non obſtare videbatur quoniam poſſunt dari caſus in quibus poteſt emptor rem emptam conducere, vt ſi non ſoluit pretium prout hoc in caſu, & ſi venditor ſibi dominium reſeruauit, *vt eſt textus elegans in leg. Cum manu 80 ff. de contr. empt. & in leg. ſicut emptio 23. ff. locati, Capoll. caut. 125. Facchin. controu. iur. lib. 2. cap. 32. in fine, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 911. nu. 9.* & alios etiam caſus in quibus poteſt res propria conduci *refert Menoch. de recuper. poſſ. remed.* 11. *nu.* 40. & 41. Vnde licet valeret hæc conſequentia conduxit ergo non eſt Dominus, non tamen illa valeret conduxit ergo nõ eſt emptor, quia poteſt dari verus emptor ſimul, & verus conductor donec pretium ſoluat, vel in caſu ſimili in quo conductio, neceſſario non deſtruit emptionem.

Quinto deniq; non obſtabat locatio, quoniam poſt locationem fuit celebratum publicum abſolutionis Inſtrumentum, cũ clauſula caſſans, &c quod videbatur omnino præferendum, primo quia poſte-
17 rius *leg. pacta nouiſſima, C. de pact. cum aliis de quibus ſupra.* Secũdo quia in concurſu publicum Inſtrumentum, priuatæ ſcripturæ præfertur *ad tex. & ibi tradita in leg. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. Neguſ. de pignor. par 5. memb. 2. nu. 30. Magon. dec. Lucenſ. 15 nu. 31.* Tertio quia ſcripturæ locationum probabantur ſimulatæ, vel ſaltem de ſimulatione ſuſpectæ. At Inſtrumentum abſolutionis nullam habebat ex-
18 ceptionem. Immo habebat à iure preſumptionem ſolemnitatis, & & veritatis, *Alciat. de præſ. reg. 3. præſ. 13. nu. 6. Menoch. lib. 2. præſ. 44. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 901. num. 1. Burat. dec. 569. nu. 3.* vbi quod habet pro ſe omnem iuris preſumptionem *dixi plura dec. 7. nu. 1. & 2* Vnde probabat non ſolum ſolutionem pretij, ſed etiam domus emptionem quam nõ ſolum ſupponebat, ſed etiam exprimebat ibi pro reſiduo pretij domus venditæ, & ſic non obſtabat, quod non reperiretur originale producti Inſtrumenti venditionis cũ ex Inſtrumento abſolutionis ſatis probaretur venditio, ac etiam ex teſtibus, prout etiam ex atteſtatione notariorum erat probata negligentia notarij rogati de Inſtrumento illo in conficiendis, & cuſtodiẽdis ſcripturis.

Quod

19 Quod ſi dicatur allegantem ſimulationem quaſi propriam turpitudinem alleget, non eſſe audiendum aduerſus eum qui non ſit eiuſdem turpitudinis particeps *leg. ſi creditoribus, C. de ſeru. pign. dat. leg. trãſactione finita C. de tranſact. Felin. in cap. lator. de re iud. nu. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 876. nu. 16.* quod maxime procedit in Sacerdote *ad tex. in leg. Preſbiteri C. de Epiſc. & Cler. & dixit Bald. in q ſuperſcbiſmate impreſſa anterub. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. nu. 12.* Reſpondebitur quod præterquam quod eiuſdem ſimulationis particeps fuerat Benedictus, hoc in caſu certè ſimulatio non erat turpis, ſed im-
20 mo forte laudabilis, & bona tanquam facta pro bono pacis, & ſic ad bonum finem quoniam ex fine ſpecificantur actus morales *teſte Philoſoph. & docet D. Thom. ſec. ſec. quæſt. 110. art. 1. & tex. in leg. rem non nouã C. de Iudic.* Et potuit ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari, vt
21 faciunt qui ſimulatione, vel ſua vel aliena tuētur, *vt loquitur tex. in leg. 1. §. 1. ff. de dol. mal.* & quod multis in caſibus permiſſa ſit ſimula-
22 tio *docet Bart. Cap. caut. 240. facit tex. in l. vnic. C. de mut. nom.* vbi poteſt ſibi quilibet nomen immutare ſi id faciat abſque fraude, & præiudicio tertij. Sic etiam mendacium, quod non eſt damnoſum, ſed officioſum non eſt peccaminoſum. Loquendo de mortali *D. Thom. ſec. ſec. quæſt. 110 art. Nauar. in Manual. cap. 18. nu. 3.* Et quod ſimula-
23 tio quando non eſt cum fraude coniuncta non ſit turpitudo, & quod ideo poſſit allegari *docent Bart. Bald. Caſtr. Rom. Dec. & alij quos refert & ſequitur Tiraq. de retract. lignag. § 1. gl. 2. nu. 16.* Accedebat quod
24 excipiendo poteſt quilibet turpitudinem etiam propriam allegare, *vt poſt alios probat Tiraq. de retract. lignag. d. §. 1. nu. 16. in fine, & poſt Honded. Capicium Rim. iun. Fontanell. docet Ferentill. ad Buratt. dec. 76. num. 26.*

Sed obijciebatur etiam Malmignato, quod non poſſet amplius vti abſolutionis Inſtrumēto, quia interrogatus in primo iudicio an vellet vti Inſtrumentis productis: Reſponderat ſe nolle vti Inſtrumento emptionis, vnde cum non declarauerit ſe velle vti Inſtrumento
25 abſolutionis, videbatur eius vſui renunciaſſe, & renunciantibus iura ſua non eſt dandus regreſſus *leg. quæritur §. venditore ff. de edilit.*
26 *edict.* vel quia non reſpondens interrogationibus habetur pro affirmante, vel negante, prout vtilius eſt aduerſario quando vt hoc in caſu præceſſit Iudicis declaratio, ſeu pronunciatio in deteriorem niſi, &c *vt poſt alios multos docet Miccalor. de poſition. cap. 3. nu. 22. & diſponit Statutum Ferr lib. 2. cap. 7. verſ. Adijcientes.*

Nnn Fuit

Fuit tamen primo reſponſum, quod immo dicendo nolle vti Inſtrumento emptionis, videbatur tacitè declaraſſe velle vti Inſtrumento abſolutionis Primo inſpecta veriſimili mente reſpondentis quoniam dixit nolle vti, quo ad ſumpturam, non autem quo ad ſubſtantiam vnde cum Inſtrumentū abſolutionis contineret diuerſam ſcri-
27 pturam, & eandem ſubſtantiam, ex ratione ſatis expreſsè colligebatur voluiſſe eo vti, nam expreſſum dicitur, quod preſertim immediate ab expreſſo reſultat *leg. ſi ita* §. *qui filio ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Ludou. dec* 66. *nu.* 12. *Gratian. diſcept.* 186. *num.* 43. vbi quod expreſſum
28 etiam dicitur id quod virtualiter colligitur licet verſemur in materia in qua pro forma requiratur expreſſio, *Tiraq. de legib. connubial.*
29 *gl.* 7. *nu.* 161. vbi refert tredecim modis dici poſſe aliquid expreſſum. Secundo idem dicendum videbatur inſpectis, & ponderatis verbis
30 nam interrogatus de duobus, negans de vno, videtur affirmare de altero, & tunc excluſio vnius eſt incluſio alterius *leg. cum pretor ff. de Iudic. leg. queſitum* §. *denique. ff. de fund. inſtruct. cap. qualis* 25 *diſt. exemplum eſt in Euang. relato per Diu. Greg. in cap. non ne bene dicimus de praeſ.* ibi vnum negauit, alterum tacendo conceſſit *docet Menoch. de arbitr. Iud. lib.* 2. *caſ.* 37. *num.* 22. *Oſaſch. dec.* 45. *nu.* 12. *Surd. deciſ.* 291. *nu.* 20.
31 neque vlla ex tribus limitationibus *adductis per Barboſam in ſua collectan. ad d. cap. non ne bene nu.* 4. poterat caſui congruere, immo pote-
32 rat prima retorqueri ex ſupradictis Tertio accedebat quod reſponſio debet in dubio interptetari in fauorem reſpondentis *leg. ſi quis intentione ambigua ff. de Iudic. Seraph. dec.* 480 *nu.* 1. *& dec.* 642. *nu.* 2. *Ferentill. ad Buratt dec.* 443. *nu.* 5. vbi ampliat etiam verba improprianda.

Secundo principaliter res pondebatur quod Iudex pronunciauerat in deteriorem, ſed non expreſsè pro negatiua, vel affirmatiua prout requiri videbatur quoniam non erat equum, quod aduerſarius poſſet quandocunq; quam partem vellet amplecti, ſed debebat decla-
33 rare quia iudiciū claudicare non debet *cap. cum inter de except. Amat. dec. Ferr.* 11. *nu.* 12. Addi poterat quod cum Iudex pronunciaſſet in deteriorem niſi ad primam reſpondiſſet, per reſponſionem ſubſe-
34 cutam videbatur circumſcripta pronunciatio quae intelligi poterat niſi vllo modo reſpōdiſſet nam indefinita aequipollet vniuerſali *leg. ſi pluribus ff. de leg.* 2. *vbi Bart.* quod ſi praetendebatur inſufficiens reſponſio, requiri videbatur declaratio eiuſdem Iudicis non fuiſſe ſufficienter reſponſum, vt in ſimilibus reſponſionibus ad poſitiones

nes, & capitula, quotidiana praxis obſeruare conſueuit.

Tertio principaliter reſpondebatur quod in ſecunda inſtantia, & coram me Malmignatus expreſsè declarauerat ſe velle vti Inſtrumento abſolutionis quod facere potuit, quoniam huiuſmodi reſponſio non erat correctiua primæ reſponſionis, ſed interpretatiua potius, & declaratiua quæ propterea nō poterat non admitti, quia qui
36 declarat nihil addit *leg. hæredes palàm* §. *ſed & ſi notam ff. de teſtam. Clem. 1. in princ. de re iudic. Gabr. concl. 1. de reg. iur. nu. 1.* Et declaratio retrotrahitur ad tempus actus geſti *Bart. in leg. 1. §. huius ſtudij ff. de iuſt. & iur. Dec. in leg. ſemper qui non prohibet nu. 14. ff. de reg. iur. Rim. iun. conſ. 249. nu. 51.* Et in his quæ pendent ab animo facientis ſtan-
37 dum eſt declarationi illius qui fecit actum magis quam factis nedū dictis dubijs contrarium indicātibus *ad tex. in leg. qui in aliena §. fin. ff de acquir. hæred. Bart. in l. non ſolū § morte nu. 17. ff. de nou. oper. nunc. Iaſ. ibidem nu 14. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 86. nu. 9. Ludou. dec. 460. nu. 13. & prius, & melius dec. 163 nu 4 & 8.* Et quod in materia dubia quæ reſidet in ſecreto conſcientiæ rei, ſtetur iuramento illius *dixit Lap. alleg. 94. incipit quidam presbiter nu. 5. & Maſcard de*
38 *prob. concl. 1359. nu. 4.* Et cū proprie declaratio cadat circa rem dubiam *Ludou. dec. 375. num. 9. Beltram. nu. 12. poſt dec. Surd. & Menoch.* vtique congruebat caſui in quo de Inſtrumento abſolutionis non fuerat expreſsè dictum nec velle vti nec nolle vti, ſed fuit tacitum
39 quod eſt medium inter cōſentire, & diſſentire, & inter velle, & nolle *vt notatur in leg. eius eſt nolle, ff. de reg. iur. & per Dyn. in cap. qui tacet de reg iur. in ſexto,* & ſic dubia res remanſit ex hac taciturnitate, & magis ex reſponſione ipſa *vt dixi ſupra nu. 26. & ſeq.* vnde declara-
40 tioni locus erat Et in ſpecie quod dubia reſponſio etiam poſitionibus facta declarari poſſit à reſpondente *probat tex. cum Bart. in leg. ſi quis intentione ambigua, ff. de iudic. & in leg. inter ſtipulantem §. 1. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 183. num. 4. lib. 5. Ruin. conſ. 10. nu. 8. lib 1.*
41 vbi quod procedit etiam poſt acceptatam à parte reſponſionē *Surd. dec. 291. nu. 27.* Sed & ſi actus huiuſmodi non fuiſſet ſimpliciter de-
42 claratiuus, ſed ſuppletiuus, adhuc erat admittendus, quoniam in cauſa appellationis poſſunt non deducta deduci, & nō probata probari *leg. per hanc 4. C. de temp. appell. veſtr. in prax. lib. 5. cap. vltimo verſ. generaliter, Rot. dec. 419. in antiq.* præſertim quando ſumus vt hic in
43 ſententia diffinitiua quæ poteſt ex nouis actis iuſtificari, & infringi *Felin. in cap. fraternitatis nu. 4. de teſtib. Marant. de ord. iud. in tit. de appell.*

pell.nu.149. Immo plus, & magiſtraliter dixit *Bald in d. cap: frater-*
44 *nitatis nu.7.de teſtib.* quod appellatio habet virtutem confirmandi, ſupplendi, diuidendi, & corrigendi, & quantum præſtat minoribus reſtitutio, tantum præſtat maioribus appellatio *leg. præfi cti ff. de minor. Felin in d. cap fraternitatis nu.17. de teſtib.* loquens de appellatione à diffinitiua, ſed adhuc obſtare vjdebatur Malmignato, quod ipſe fatebatur in poſitionibus Iulium Cæſarem habuiſſe notitiam emptionis, immo quod ab ipſo Iulio Cæſare acceperat Inſtrumentum emptionis, vnde vel confundi videbantur dicta teſtium aſſerentium locationes fuiſſe factas cum filio ad celandam ei venditionem factã à patre, vel Malmignatus tanquam allegans contraria non erat au-
45 diendus *leg. 1 vbi Bald. C. de furt.* vel in concurſu magis quam teſtibus credendum erat contra confitentem confeſſioni quæ præua-
46 let, vt mox dicetur, & habet vim ſententiæ cum confeſſus ſua quodammodo ſentẽtia condemnetur *leg. 1. C. de confeſſ.* nam certium eſt
47 quod ponens dicitur fateri quod ponit *cap. in poſitionibus de iureiur. in ſexto, Rim. iun. conſ. 372. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 1176. num. 8. Miccalor. de poſition. cap. 3. nu. 14. & cap. 24. nu. 1. Ludouiſ. dec. 408. nu. 1.*
48 & certum eſt etiam quod nulla maior eſt probatio quam proprij oris confeſſio, *Scraph. dec. 187. nu. 2. Coccin. dec. 68. nu. 6.* vbi quod præualet Inſtrumento publico, *Ludouiſ. dec. 143. nu. 3 & dec. 317 nu. 3.* vbi quod præualet etiam mille teſtibus, *& dec. 434. nu. 14.* vbi quod præualet omnibus alijs probationibus *Rot. dec. 103. nu. 2. par. 5. in nouiſſimis diuerſorum*, vbi quod eſt maior Inſtrumentali, & quacunque alia probatione.

Sed fuit reſponſum quod in poſitionibus nõ exprimebatur tempus ſcientiæ, & conſignationis Inſtrumenti venditionis, vnde congrue poterat intelligi tempus poſt locationes, & hic intellectus adiuuabatur à teſtibus in illis verbis relatiuis, *nõ voglio che per hora mio figlio ſappia, &c.* & capienda immo rapienda eſt occaſio ſic interpretandi
49 ad effugiendam contrarietatem, & concordanda dicta diſtium diſtinguendo tempora *iuxta tex. in leg. apud antiquos vbi Bart. nu. 3. C. de furt. & in cap. Cum tu vbi Abb. de teſtib. Alex. in terminis poſitionum conſ 137. num. 3. verſ. nec etiam lib. 1. Ludouiſ. dec. 578. nu. 7.* vbi quod facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio ad euitãdam contrarietatem teſtium, *Buratt. dec. 844. nu. 15. & dec. 932. nu. 9.* Accedebat
50 quod ſaltem probatio quæ deducebatur ex poſitioniaus prædictis remanebat dubia, & incerta reſpectu temporis, vnde non releuabat

bat *ad tex. in cap. in præſentia de prob. Natta qui alios refert conſ. 170. nu. 9. Ludouiſ. in Parmen. Statut dec. 190. nu. 4.* Et in ſpecie quod qui ſe
51 fundat in tempore certo, & præciſo, teneatur illud præcisè probare *probat tex. in l. eum actum ff. de neg. geſt. & in l. matrē C. de prob. Maſcard. de prob. concl. 1190. nu. 15.*

Sed adhuc ego dubitabam quoniam in Inſtrumento abſolutionis Malmignatus aſſerebat ſe ſoluiſſe Iulio Cæſari ad computum veræ ſortis de anno 1627. & ſic ante tempus ſecundæ locationis quæ celebrata legitur de anno 1629. vnde videbatur confundi, & corruere reſponſio ſupradicta. Videbatur tamen primo reſponderi poſſe quod licet in Inſtrumento cum Benedicto expreſſerit Malmignatus ſe ſoluiſſe Iulio Cæſari ad computum ſortis, forte in actu ſolutionis factæ Iulio Cęſari, vel ſimpliciter ſoluit vel ſi expreſſit, expreſſit cauſam locationis ad celandam ei emptionem prout ad hunc effectum teſtes dicebant fuiſſe celebratas ſcripturas illas priuatas, & ſumi recte poterat hæc interpretatio pro concordia ex ſupradictis quibus additur *Ludouiſ. dec. 344. nu. 4.* Et cum ſaltem id probabiliter, & veriſimiliter contingere potuerit, remanebat ſaltem incerta probatio deſumpta ex dictis ſolutionibus atq; ideo non cōcludebat iuxta dicta ſuperius *quibus additur Buratt. dec. 419. nu. 12.* vbi quod reo ſufficit offuſcare probationē actoris. Secundo reſponderi poterat quod cum Ioannellus impugnaret emptionem, & ſolutiones factas in com-
52 putum pretij omnino negaret, non poterat illas allegare pro ſe *cap. ex eo de reg. iur. in ſexto cap. cum olim vbi Abb. de cenſib. leg. quæſitum ff. de acquir. hæred. leg. 1. C. de furt. Gabr. concl. 1. nu. 2. de reg. iur.* Et in ſpecie
53 quod quis poſitione negata vel impugnata, vti & iuuari nō poſſit, *docet Bart. in leg. poſt legatum ff. de his quæ vt indign. Rim. iun. conſ. 408. nu. 2. Gabr. concl. 1. de reg. iur. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 1170. nu. 30.*
54 *Miccalor. de poſition. cap. 25. nu. 1. Rot. dec. 101. num. 19. par. 2. diuerſ.* Et quamuis poſſit Iudex ex officio ſe fundare in poſitione negata, *vt poſt alios oſtendit Gabr. d. concl. 1. de reg. iur. nu. 58. & Miccalor. de poſition. d. cap. 25. nu. 9.* debet tamen Iudex reum fouere, & non poteſt
55 ei auferre facultatem qua de iure poteſt etiam contrarijs exceptionibus vti, & excipiendo etiam allegare contraria *leg. nemo prohibetur ff. de except. & ibi gl. cap. nullus pluribus de reg. iur. in ſexto, Dec. in leg. nemo ex his in princ. ff. eodem tit. Ludouiſ. dec. 516. nu. 7. & prius deciſ. 242. nu. 9. latè Gabr. concl. 1. de action. nu. 10. & ſeq.*

Poſtremo in dubio videbatur iudicandum pro Malmignato, quo-

rum *198.* pro penſionibus decurſis cum eo, vt eidem bonificetur quicqui l in d.computum oſtenderit perſoluiſſe. Appellante Malmignato,& commiſſa mihi cauſa de partium conſenſu, vltra prædicta pro parte Malmignati fuit probatum per teſtes, ſcripturas locanum fuiſſe factas cum filio, vt occultaretur ei venditio facta per patrem,& ne rixæ orirentur inter ipſos. Præterea idem Malmignatus declarando, vel ſupplendo reſponſionem in primo iudicio factam expreſſit ſe velle vti abſolutionis Inſtrumento.

Pro Ioannello deducebatur duplex cõductio domus facta per Malmignatum per ſcripturas ab ipſo ſubſcriptas,& quæ propterea con-
1 tra ipſum plene probabant, quoniam ſubſcribens cenſetur approbare ſubſcripta *leg.1 ff.de conſt.princ.leg.ſicut 8. §.non videtur ff.quib. mod pign.vel hippot.ſolu.Felin.in cap.quoniam contra nu.75.de prob.Maſcard.de prob.concl.1341.Burat.dec.418.nu.8.vbi Ferentill.nu.13.* Immo ſubſcribens dicitur virtualiter ſcripſiſſe ſubſcripta, *vt poſt Nat. & Surd.tradit Ludou.dec 454.nu.5.* niſi ſubſcribat tanquã teſtis, quo
2 caſu ſibi non præiudicat,nec cenſetur approbare ſubſcripta *leg. Caius 39.ff.de pignor.action.* Et cũ locationes prædictæ eſſent poſt venditionem contractæ,inde ſequi videbatur; Primo,quod ipſe Malmignatus videretur ab emptione receſſiſſe,quoniam poſteriora incom
3 patibilia derogant prioribus *leg.pact.nouiſſima,C.de pact.leg.ſi vnus §. pactus ne peteret, ff. de pactis leg. ſi quis in principio ff. de leg. 3. leg. ſi quis*
4 *ante 10.ff.de acquir.poſſ.* vbi videtur optimus textus *Surd.dec.51.nu. 1 & ſeq.* qui loquitur de eo qui emit poſtquam conduxerat.
5 Secundo, quod Malmignatus tanquam conductor non poterat mouere quæſtionem dominij aduerſus locatorem *leg.ſi quis conductionis, C.de locat. Immo ſi id feciſſet, incidiſſet in pœnam de qua in leg. conductores C.eodem tit.de locat.Marant.de ord.Iud.diſt.7.nu.41.*
6 Tertio,quod non poterat Malmignatus impugnare factum propriũ *contra tex.in leg. poſt mortem 25. ff.de adopt.* præſertim cum eſſet iteratum *ad tex.in leg. Baliſta ff.ad trebell. & dicta ſupra dec.59.nu.4.* & pręſertim
7 cum eſſet etiam effectuatum per ſolutiones penſionum quo caſu locatio, & conductio probat dominium, & poſſeſſionem locatoris etiam contra tertium, *Gabr.concl.4.de locat.nu.2.3.& 7.Rota coram Ludou.dec.200,nu,1.dec.500.nu.2.& dec.572.nu.2.* Immo inter
8 locatorem, & conductorem etiam non effectuata *probat Beltram.ad Ludou.dec.6.nu.4.& 5.Rota coram Buratt.dec.275.nu.3.*

Pro Reu. autem Malmignato quo ad ordinem iudicij deducebatur, quod

quod Franciſcus egerat tanquã heres Benedicti pro penſionibus domus locatę a Iulio Cęſare vnde inepte videbatur egiſſe, debebat enim
agere tanquam hæres Iulij Cęſaris, nam Benedictus non locauerat,
9 & ſic nullum habebat ius ad penſiones, & ius quod non habebat, nõ
potuit ad heredem tranſmittere *leg. nemo plus ff. de reg. iur.* vnde Malmignatus videbatur ſaltem abſoluendus ab obſeruatione iudicij.
Sed quo ad merita pro eodem faciebat, quod probabatur domum
fuiſſe propriam Benedicti à quo ipſe emerat, & abſolutus fuerat à
precio. Probabatur etiam Franciſcum eſſe hæredem Benedicti, &
10 egiſſe tanquam talem, vnde nõ poterat is impugnare factum defuncti *leg. cũ à matre 14. C. de rei vendic. leg. ex qua perſona 192. ff. de reg. iur. Gabr. poſt alios concl. 11. eodem tit.*

Nec videbatur obſtare locatio, primo quia probabatur ſimulata, &
ficta ex vera tamen, & forte laudabili cauſa cõfecta, vnde ſequeba-
11 tur quod dicitur in Cod. plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, & quod rei veritas præualet ſcripturæ, *vt loquitur tex. in leg. 1. C. eodem, & ibi Salic. not. in Summario* potentior eſt enim veritas quam ſcriptura *leg. nec ignorans 10. vbi Bald. not. C. de donat.* & acta ſimulata veritatis ſubſtantiam mutare non poſſunt, *vt dicitur in leg. 2. C. eod. tit. plus valere quod agitur*, & non quod ſcriptum, ſed quod geſtum eſt inſpicitur, & plus actum quam ſcriptum valet, *vt legitur in leg. 3. & 4. C. eodem. Et faciunt tradita per Bart. in leg. poſt contractum ff. de donat. & per Dec. in leg. imaginaria nu. 3 ff de reg. iur. & la-*
12 *tius per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. nu. 12. & 15.* vbi quod contractus ſimulatus non eſt contractus, & eſt veluti corpus abſque ani-
13 ma. *Et tex. in leg. ſi quis conductionis* non habet locum quando locatio eſt nulla, *vt poſt Alex. in leg. ſi aliquam circa finem, ff. de acquir. poſſ. tradit allegatus ex aduerſo Maranta nu. 41. & faciunt tradita per Surd dec. 51. nu. 13. & ſeq.*

Secundo non videbatur obſtare locatio quoniam cum per emptionem, domus eſſet effecta propria Malmignati non potuit ipſe valide
14 eamdem conducere, quia rei proprię conductio non conſiſtit *leg. nõ ſolet ff. locati, leg. ſuæ rei ff. de contrah. empt. leg. neque pignus, ff. de reg. iur. Surd. d. dec. 51. nu. 6.*

Tertio videbatur nõ obſtare quia per emptionem fuerat quæſitum
15 Malmignato dominium domus, & per conductionem non videtur amitti dominium, neq; poſſeſſio quoniam ſolus animus conducentis ad id non videtur ſufficere *ad tex. in leg. ſi quis vi §. Differentia, ff. de acquir.*

acquir. poſſ. Bart. in leg. ſi aliquam rem. 28. poſt gl. ibi ff. eod. Rip. in ead. leg. nu. 16. poſt Alex. conſ. 9. nu. 10. & conſ. 69. nu. etiam 10. quod ſaltem videtur procedere quando non fuit dictum talis ſciens ſe dominiũ rei illam conduxit, *vt poſt gl. Azzo. Ang. dixit euerard. in loco à ceſſatione conſequentis verſ. quod ſi in Inſtrumento* licet contra prædicta faciant tradita *per Burat. dec. 423. nu. 4.*

16 Quarto non obſtare videbatur quoniam poſſunt dari caſus in quibus poteſt emptor rem emptam conducere, vt ſi non ſoluit pretium prout hoc in caſu, & ſi venditor ſibi dominium reſeruauit, *vt eſt textus elegans in leg. Cum manu 80 ff. de contr. empt. & in leg. ſicut emptio 23 ff. locati, Capoll. caut. 125. Facchin. controu. iur. lib. 2. cap. 32. in fine, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 911. nu. 9.* & alios etiam caſus in quibus poteſt res propria conduci *refert Menoch. de recuper. poſſ. remed. 11. nu. 40. & 41.* Vnde licet valeret hæc conſequentia conduxit ergo non eſt Dominus, non tamen illa valeret conduxit ergo nõ eſt emptor, quia poteſt dari verus emptor ſimul, & verus conductor donec pretium ſoluat, vel in caſu ſimili in quo conductio, neceſſario non dextruit emptionem.

Quinto deniq; non obſtabat locatio, quoniam poſt locationem fuit celebratum publicum abſolutionis Inſtrumentum, cũ clauſula caſſans, &c. quod videbatur omnino præferendum, primo quia poſte-
17 rius *leg. pacta nouiſſima, C. de pact. cum aliis de quibus ſupra.* Secũdo quia in concurſu publicum Inſtrumentum, priuatæ ſcripturæ præfertur *ad tex. & ibi tradita in leg. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 2. nu. 30. Magon. dec. Lucenſ. 15. nu. 31.* Tertio quia ſcripturæ locationum probabantur ſimulatæ, vel ſaltem de ſimulatione ſuſpectæ. At Inſtrumentum abſolutionis nullam habebat ex-
18 ceptionem. Immo habebat à iure præſumptionem ſolemnitatis, & & veritatis, *Alciat. de præſ. reg. 3. præſ. 13. nu. 6. Menoch. lib. 2. præſ. 44. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 905. num. 1. Burat. dec. 569. nu. 3.* vbi quod habet pro ſe omnem iuris præſumptionem *dixi plura dec. 7. nu. 1. & 2.* Vnde probabat non ſolum ſolutionem pretij, ſed etiam domus emptionem quam nõ ſolum ſupponebat, ſed etiam exprimebat ibi pro reſiduo pretij domus venditæ, & ſic non obſtabat, quod non reperiretur originale producti Inſtrumenti venditionis cũ ex Inſtrumento abſolutionis ſatis probaretur venditio, ac etiam ex teſtibus, prout etiam ex atteſtatione notariorum erat probata negligentia notarij rogati de Inſtrumento illo in conficiendis, & cuſtodiẽdis ſcripturis.

Quod

19 Quod ſi dicatur allegantem ſimulationem quaſi propriam turpitudinem alleget, non eſſe audiendum aduerſus eum qui non ſit eiuſdem turpitudinis particeps *leg. ſi creditoribus, C. de ſeru. pign. dat. leg. trāſactione finita C. de tranſact. Felin. in cap. lator. de re iud. nu. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 876. nu. 16.* quod maxime procedit in Sacerdote *ad tex. in leg. Presbiteri C. de Epiſc. & Cler. & dixit Bald. in q ſuperſcbiſmate impreſſa anterub. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. nu. 12.* Reſpondebitur quod pręterquam quod eiuſdem ſimulationis particeps fuerat Benedictus, hoc in caſu certè ſimulatio non erat turpis, ſed im-
20 mo forte laudabilis, & bona tanquam facta pro bono pacis, & ſic ād bonum finem quoniam ex fine ſpecificantur actus morales *teſte Philoſoph. & docet D. Thom. ſec. ſec. queſt. 110. art. 1. & tex. in leg. rem non nouā C. de Iudic.* Et potuit ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari, vt
21 faciunt qui ſimulatione, vel ſua vel aliena tuētur, *vt loquitur tex. in leg. 1. §. 1. ff. de dol. mal.* & quod multis in caſibus permiſſa ſit ſimula-
22 tio *docet Bart. Cap. caut. 240. facit tex. in l. vnic. C. de mut. nom.* vbi poteſt ſibi quilibet nomen immutare ſi id faciat abſque fraude, & præiudicio tertij. Sic etiam mendacium, quod non eſt damnoſum, ſed officioſum non eſt peccaminoſum. Loquendo de mortali *D. Thom. ſec. ſec. quæſt. 110 art. Nauar. in Manual. cap. 18. nu. 3.* Et quod ſimula-
23 tio quando non eſt cum fraude coniuncta non ſit turpitudo, & quod ideo poſſit allegari *docent Bart. Bald Caſtr. Rom. Dec. & alij quos refert & ſequitur Tiraq. de retract. lignag. § 1. gl. 2. nu. 16.* Accedebat quod
24 excipiendo poteſt quilibet turpitudinem etiam propriam allegare, *vt poſt alios probat Tiraq. de retract. lignag. d. §. 1. nu. 16. in fine, & poſt Honded. Capicium Rim. iun Fontanell. docet Ferentill. ad Buratt. dec. 76. num. 26.*

Sed obijciebatur etiam Malmignato, quod non poſſet amplius vti abſolutionis Inſtrumēto, quia interrogatus in primo iudicio an vellet vti Inſtrumentis productis: Reſponderat ſe nolle vti Inſtrumento emptionis, vnde cum non declarauerit ſe velle vti Inſtrumento
25 abſolutionis, videbatur eius vſui renunciaſſe, & renunciantibus iura ſua non eſt dandus regreſſus *leg. quæritur §. venditore ff. de edilit.*
26 *edict.* vel quia non reſpondens interrogationibus habetur pro affirmante, vel negante, prout vtilius eſt aduerſario quando vt hoc in caſu præceſſit Iudicis declaratio, ſeu pronunciatio in deteriorem niſi, &c *vt poſt alios multos docet Miccalor. de poſition. cap. 3. nu. 22. & diſponit Statutum Ferr lib. 2. cap. 7. verſ. Adijcientes.*

Nnn Fuit

Fuit tamen primo reſponſum, quod immo dicendo nolle vti Inſtrumento emptionis, videbatur tacitè declaraſſe velle vti Inſtrumento abſolutionis Primo inſpecta veriſimili mente reſpondentis quoniam dixit nolle vti, quo ad ſumpturam, non autem quo ad ſubſtantiam vnde cum Inſtrumentũ abſolutionis contineret diuerſam ſcri-
27 pturam, & eandem ſubſtantiam, ex ratione ſatis expreſsè colligebatur voluiſſe eo vti, nam expreſſum dicitur, quod preſertim immediate ab expreſſo reſultat *leg. ſi ita §. qui filio ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Ludou. dec 66. nu. 12. Gratian. diſcept. 186. num. 43.* vbi quod expreſſum
28 etiam dicitur id quod virtualiter colligitur licet verſemur in materia in qua pro forma requiratur expreſſio, *Tiraq. de legib. connubial.*
29 *gl. 7. nu. 161.* vbi refert tredecim modis dici poſſe aliquid expreſſum. Secundo idem dicendum videbatur inſpectis, & ponderatis verbis
30 nam interrogatus de duobus, negans de vno, videtur affirmare de altero, & tunc excluſio vnius eſt incluſio alterius *leg. cum pretor ff. de Iudic. leg. queſitum §. denique. ff. de fund. inſtruct. cap. qualis 25 diſt. exemplum eſt in Euang. relato per Diu. Greg. in cap. non ne bene dicimus de praeſ.* ibi vnum negauit, alterum tacendo conceſſit *docet Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 37. num. 22. Oſaſch. dec. 45. nu. 12. Surd. deciſ. 291. nu. 20.*
31 neque vlla ex tribus limitationibus *adductis per Barboſam in ſua collectan. ad d. cap. non ne bene nu. 4.* poterat caſui congruere, immo pote-
32 rat prima retorqueri ex ſupradictis Tertio accedebat quod reſponſio debet in dubio interptetari in fauorem reſpondentis *leg. ſi quis intentione ambigua ff. de Iudic. Seraph dec. 480 nu. 1. & dec. 642. nu. 2. Ferentill. ad Buratt dec. 443. nu. 5.* vbi ampliat etiam verba impropriando.

Secundo principaliter respondebatur quod Iudex pronunciauerat in deteriorem, ſed non expreſsè pro negatiua, vel affirmatiua prout requiri videbatur quoniam non erat equum, quod aduerſarius poſſet quandocunq; quam partem vellet amplecti, ſed debebat decla-
33 rare quia iudiciũ claudicare non debet *cap. cum inter de except. Amat. dec. Ferr. 11. nu. 12.* Addi poterat quod cum Iudex pronunciaſſet in deteriorem niſi ad primam reſpondiſſet, per reſponſionem ſubſe-
34 cutam videbatur circumſcripta pronunciatio quæ intelligi poterat niſi vllo modo reſpõdiſſet nam indefinita æquipollet vniuerſali *leg. ſi pluribus ff. de leg. 2. vbi Bart.* quod ſi prætendebatur inſufficiens reſponſio, requiri videbatur declaratio eiuſdem Iudicis non fuiſſe ſufficienter reſponſum, vt in ſimilibus reſponſionibus ad poſitiones

nes, & capitula, quotidiana praxis obſeruaſe conſueuit.
Tertio principaliter reſpondebatur quod in ſecunda inſtantia, &
coram me Malmignatus expreſsè declarauerat ſe velle vti Inſtru-
mento abſolutionis quod facere potuit, quoniam huiuſmodi reſpon
ſio non erat correctiua primæ reſponſionis, ſed interpretatiua po-
tius, & declaratiua quæ propterea nō poterat non admitti, quia qui
36 declarat nihil addit *leg. hæredes palam §. ſed & ſi notam ff. de teſtam.*
Clem. 1. in princ. de re iudic. Gabr. concl. 1. de reg. iur. nu. 1. Et declaratio
retrotrahitur ad tempus actus geſti *Bart. in leg. 1. §. huius ſtudij ff. de*
iuſt. & iur. Dec. in leg. ſemper qui non prohibet nu. 14. ff. de reg. iur. Rim.
iun. conſ. 249. nu. 51. Et in his quæ pendent ab animo facientis ſtan-
37 dum eſt declarationi illius qui fecit actum magis quam factis nedū
dictis dubijs contrarium indicātibus *ad tex. in leg. qui in aliena §. fin.*
ff. de acquir. hered. Bart. in l. non ſolū § morte nu. 17. ff. de nou. oper. nunc.
Iaſ. ibidem nu 14. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 86. nu. 9. Ludou. dec.
460. nu. 13. & prius, & melius dec. 163 nu 4 & 8. Et quod in matè-
ria dubia quæ reſidet in ſecreto conſcientiæ rei, ſtetur iuramento il-
lius *dixit Lap. alleg. 94. incipit quidam presbiter nu. 5. & Maſcard de*
38 *prob. concl. 1359. nu. 4.* Et cū proprie declaratio cadat circa rem du-
biam *Ludou. dec. 375. num. 9. Beltram. nu. 12. poſt dec. Surd. & Menoch.*
vtique congruebat caſui in quo de Inſtrumento abſolutionis non
fuerat expreſsè dictum nec velle vti nec nolle vti, ſed fuit tacitum
39 quod eſt medium inter cōſentire, & diſſentire, & inter velle, & nol-
le *vt notatur in leg. eius eſt nolle, ff. de reg. iur. & per Dyn. in cap. qui tacet*
de reg. iur. in ſexto, & ſic dubia res remanſit ex hac taciturnitate, &
magis ex reſponſione ipſa *vt dixi ſupra nu. 26. & ſeq.* vnde declara-
40 tioni locus erat. Et in ſpecie quod dubia reſponſio etiam poſitio-
nibus facta declarari poſſit à reſpondente *probat tex. cum Bart. in leg.*
ſi quis intentione ambigua, ff. de iudic. & in leg. inter ſtipulantem §. 1.
ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 183. num. 4. lib. 5. Ruin. conſ. 10. nu. 8. lib. 1.
14 vbi quod procedit etiam poſt acceptatam à parte reſponſionē *Surd.*
dec. 291. nu. 27. Sed & ſi actus huiuſmodi non fuiſſet ſimpliciter de-
42 claratiuus, ſed ſuppletiuus, adhuc erat admittendus, quoniam in
cauſa appellationis poſſunt non deducta deduci, & nō probata pro-
bari *leg. per hanc 4. C. de temp. appell. veſtr. in prax. lib. 5. cap. vltimo verſ.*
generaliter, Rot. dec. 419. in antiq. præſertim quando ſumus vt hic in
43 ſententia diffinitiua quæ poteſt ex nouis actis iuſtificari, & infringi
Felin. in cap. fraternitatis nu. 4. de teſtib. Marant. de ord. iud. in tit. de ap-
pell.

bat *ad tex. in cap. in præſentia de prob. Natta qui alios refert conſ. 170. nu. 9. Ludouiſ. in Parmen. Status dec. 190. nu.* 4. Et in ſpecie quod qui ſe
51 fundat in tempore certo, & præciſo, teneatur illud precisè probare *probat tex. in l. eum actum ff. de neg. geſt. & in l. matrē C. de prob. Maſcard. de prob. concl. 1190. nu.* 15.

Sed adhuc ego dubitabam quoniam in Inſtrumento abſolutionis Malmignatus aſſerebat ſe ſoluiſſe Iulio Cæſari ad computum veræ ſortis de anno 1627. & ſic ante tempus ſecundæ locationis quæ celebrata legitur de anno 1629. vnde videbatur confundi, & corruere reſponſio ſupradicta. Videbatur tamen primo reſponderi poſſe quod licet in Inſtrumento cum Benedicto expreſſerit Malmignatus ſe ſoluiſſe Iulio Cæſari ad computum ſortis, forte in actu ſolutionis factæ Iulio Cęſari, vel ſimpliciter ſoluit vel ſi expreſſit, expreſſit cauſam locationis ad celandam ei emptionem prout ad hunc effectum teſtes dicebant fuiſſe celebratas ſcripturas illas priuatas, & ſumi recte poterat hæc interpretatio pro concordia ex ſupradictis quibus additur *Ludouiſ. dec. 344. nu. 4.* Et cum ſaltem id probabiliter, & veriſimiliter contingere potuerit, remanebat ſaltem incerta probatio deſumpta ex dictis ſolutionibus atq; ideo non cōcludebat iuxta dicta ſuperius *quibus additur Buratt. dec. 419. nu.* 12. vbi quod reo ſufficit offuſcare probationē actoris. Secundo reſponderi poterat quod cum Ioannellus impugnaret emptionem, & ſolutiones factas in com
52 putum pretij omnino negaret, non poterat illas allegare pro ſe *cap. ex eo de reg. iur. in ſexto cap. cum olim vbi Abb. de cenſib. leg. quæſitum ff. de acquir. hered. leg. 1. C. de furt. Gabr. concl. 1. nu. 2. de reg. iur.* Et in ſpecie
53 quod quis poſitione negata vel impugnata, vti & iuuari nō poſſit; *docet Bart. in leg. poſt legatum ff. de his quæ vt indign. Rim. iun. conſ. 408. nu. 2. Gabr. concl. 1. de reg. iur. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 1170. nu. 30.*
54 *Miccalor. de poſition. cap. 25. nu. 1. Rot dec. 101. num. 10. par. 2. diuerſ.* Et quamuis poſſit Iudex ex officio ſe fundare in poſitione negata, *vt post alios oſtendit Gabr. d. concl. 1. de reg. iur. nu. 58. & Miccalor. de poſition. d. cap. 25. nu. 9.* debet tamen Iudex reum fouere, & non poteſt
55 ei auferre facultatem qua de iure poteſt etiam contrarijs exceptionibus vti, & excipiendo etiam allegare contraria *leg. nemo prohibetur ff. de except. & ibi gl. cap. nullus pluribus de reg. iur. in ſexto, Dec. in leg. nemo ex his in princ. ff. eodem tit. Ludouiſ. dec. 56. nu. 7. & prius deciſ. 242. nu. 9. latè Gabr. concl. 1. de action. nu. 10. & ſeq.*

Poſtremo in dubio videbatur iudicandum pro Malmignato, quo-

56 niam in aduerſario præſumi poterat iuſtus error & ignorantia probabilis
cum ageret de facto alieno *leg: qui in alterius ff de reg. iur.* At
Malmignatus cum ageret de facto eius proprio, condemnari nõ poterat
niſi ex dolo, & niſi non ſolum eius, ſed etiam notarij, & teſtium
delictum immo delicta neceſſario, & ineuitabiliter ſupponerentur
57 in dubio autem delictum non eſt præſumendum *leg. meritò ff pro ſoc.*
Alciat. de præſ. reg. 3. per tot. Menoch. lib. 3. præſ. 86. n. 1. & præſ. 120. nũ. 2.
Et multo minus in notario, & in præsbitero, quoniam præter natu-
58 ralem, & generalem præſumptionem bonitatis qua præſumitur
vnuſquiſq; bonus donec probetur malus *cap. fin. de præſ. d. leg. merito*
ff. pro Soc. Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 76. nu. 1. militat etiam peculiaris
59 prȩſumptio pro peritia, & integritate notarij *leg ſi quis Decurio C. de*
falſ. cap. ad audientiam de præſ. Bald. in leg. Imperator ff de ſtat. hom. Me-
noch. poſt alios de præſ. lib. 2. præſ. 89. num. 1. Et quoad præsbiterum
quamuis *in Canone multi 40. diſt. deſumpto ex Diu. Io: Griſoſtomo dica-*
60 *tur* multi ſacerdotes, & pauci ſacerdotes, multi in nomine pauci in
opere, & nõ omnes ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos,
& ſimile eſt quod de Epiſcopis dixit *tex. deſumptus ex Diuo Hierom. in*
can. non omnes 2. quæſt. 7 non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi, & multi
ſunt fontes ſine aqua, *vt ex Bedá dicitur in can. ſequenti eadem cauſ. 2.*
queſt. 7. & ſimile eſt quod de medicis ſcripſit Hippocrates in eius
lege impreſſa poſt Aphoriſmata, ibi medici fama quidem, & nomi-
ne multi re autem atq; opere valde pauci. Et licet etiam *in can. va-*
ſa de conſecr. diſt. 1. dicatur quondam Sacerdotes Aurei ligneis ca-
licibus vtebantur, nunc lignei Aureis vtuntur. Attamen ſi talis
vnuſquiſq; præſumendus eſt qualis eſſe debet, *Bald. in leg. ex facto in*
princ. per illum tex ff. de vulg. Dec conſ. 97. ſub initium, ſi bonus præſu-
mitur etiam laicus, vtiq; Clericus melior, & prȩsbiter optimus præ-
61 ſumendus videretur cum Clerici debeant eſſe melioris quam laici.
Nam vehementer Eccleſiam Dei dextruit, laicos meliores eſſe quã
Clericos, *vt dixit Diu. Hieron. relatus in can. qualis 8. quæſt. 1.* Immo
videtur quod duplo meliores eſſe debeant, & præſumãtur ſi verum
eſt tantum credi duobus teſtibus Clericis quantum quatuor laicis,
vt ſenſit gl. in can. Monachus 77. diſt. Felin. in cap. in noſtra nu. 1. de proc.
Gabr. concl. 4. de teſtib. nu. 40. & nu. 61.

Sed hæc dicta ſint ex abundanti, nam Inſtrumentum abſolutionis
longe poſt locationes celebratum, quod omni carebat exceptione,
tollebat etiam dubia, & obiecta quȩcunq; deduci potuiſſent ex eiſ-

dem

dem locationibus maxime cum eius falſitas, vel falſitatis ſuſpicio
62 non ſolum probata, ſed nec allegata fuerit. Et ex coniecturis, & præſumptionibus non poterat iudicari falſum publicum Inſtrumentum, ſed ad id concludentiſſimæ probationes exigebantur *ad tex. in cap. in præſentia de prob. & in leg. optimam, C. de contrahen. & committen. ſtipulationis leg. generaliter, C. de non num. pec. Buratt. dec. 567. num. 5.* ex prædictis ergo abſolui Reuer. Malmignatum à petitis iurato per eum ſcripturas locationũ fuiſſe confectas pro bono pacis, & ex cauſis de quibus deponebant teſtes pro eius parte examinati.

ARGVMENTVM.

Societas ex quibus reddatur illicita, & quãdo liceat percipere fructus ex pecunijs datis ad mercaturam.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti qui de iure percipi non poterant, imputantur in ſortem.*

2 *Quicquid vltra ſortem exigitur vſura eſt, licet aliud ei nomen imponatur. Intellige vt infra.*

3 *Vt poſſit ex Societate percipi fructus, debet negotiatio eſſe vera, & licita.*

4 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

5 *Iuſta ſocietas exigit, vt capitale, & lucrum ſubiaceat periculo. Amplia vt ibi.*

6 *Ex cauſa dotis poſſunt ex pignore licitè fructus percipi.*

7 *Viduæ quando debeantur fructus dotis.*

8 *Vſura non permittitur etiam fauore dotis, & Eccleſiæ.*

9 *Quando percipi poſſint fructus ratione damnorum, & intereſſe, & nu. 31.*

10 *Error in maiore ſoluente non præſumitur.*

11 *Nemo præſumitur ad ſolutionem properare.*

12 *In prohibitis non ſtatur aſſertioni partium, & quare.*

13 *Impugnans propriam ſcripturam tenetur probare.*

14 *Reus in exceptionibus fungitur vice actoris. Amplia vt ibi.*

15 *Teſtis deponens de facto proprio plus quam ſemiplene probat, & cum adminiculis plene. Regulariter tantum probant mille teſtes ſingulares quantum vnus.*

16 *Non fit compenſatio inter liquidum, & illiquidum.*

17 *Promittens tenere pecunias ſuper Cambijs, tenetur ad fructus ſiue cambiauerit ſiue non.*

18 *Res mobiles etiam contra Eccleſiam, triennio præſcribuntur.*

19 *Fructus triennio præſcribuntur quo ad omnem actionem.*

Bona fides in muliere facilius præſumitur.

19 *Ad acquiſitionem fructuum ſufficit abeſſe malam fidem, & ſufficit qualis qualis occaſio poſſidendi.*
20 *Quando bona fides non proſit ad acquirendos fructus.*
21 *Quando emptor licite percipiat fructus ex cenſu impoſito ſuper re aliena.*
22 *Conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei.*
Non præſumitur ignorantia eorum quæ quis inueſtigare tenetur.
23 *Non ſufficit præſumptio vbi requiritur probatio. Declara vt ibi.*
24 *Ad iudicandum contractum vſurarium requiruntur claræ probationes, &. In dubio non iudicatur vſurarius in foro exteriori.*
25 *Præſumitur ignorantia vbi ſcientia non probatur: Amplia vt ibi.*
Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.
26 *Socius non tenetur de caſu quem eius culpa non preceſſit.*
27 *Simplex promiſſio de reddendo capitale, intelligitur de eo quod remanebit.*
28 *In ſcriptura dubia ſumitur interpretatio ad excluſionem vſuræ.*
29 *Taxatio certi lucri quando ſit licita, vel non, cum aſſecuratione capitalis.*
30 *Conuentio qua quis ſuſcipit in ſe periculum rei, non eſt ex ſe illicita.*
32 *Exempla declarant, ſed non reſtringunt regulam.*
33 *Qui dicit indebite ſolutum probare debet, niſi ſit minor vel ruſticus.*
34 *Taxatio certi lucri eſt quædam tranſactio ad tollendam difficultatem probationis.*

DECISIO LXV.

Dominus Iulius confeſſus fuit ſe exegiſſe libras noningentas ſpectantes ad D. Iſabellam eaſque tradidiſſe exercendas in mercatura ſerici, vnde eidem Iſabellæ promiſit reſtituere ſortem ad omne eius velle, & interim ſoluere partem lucri. Et quamuis non conſtaret dictas pecunias fuiſſe vere traditas mercaturæ, fuerunt tamen lucra ſoluta ab anno 1609. vſq; ad annum 1622. tam per D. Iulium, quam per D. Cæſarem eius hæredem. Poſt hæc D. Catherina tanquam hæres Iſabellæ inſtituit iudicium aduerſus D. Cæſarem hæredem prædictum, & obtinuit à D. Locumt. eum grauari pro ſorte, reſeruatis iuribus quoad lucra. Appellauit hæres ad me tanquam Rotæ prętorem, & deducebat fructus lucrorum nomi-
1 ne ſolutos indebite, eſſe imputandos in ſortem *iuxta tradita per Canoniſtas in cap. ſalubriter de vſur. & per Seraph. dec. 1006. per tot. & per Ludou. dec. 80. nu. 9.* indebita vero fructuum ſolutio arguebatur. Primo, quia cum non conſtaret de veritate negotiationis ceſſabat verus titulus ſocietatis, & remanebat licet velatum; & palliatum abu-

abuſione alieni nominis ſimplex tamen, & verum mutuum ex quo
2 fructus abſq; labe vſurarnm ſolui non poſſunt, & quicquid in eo vltra ſortem recipitur quodcunq; velis ei nomen imponas vſura eſt, *Ita loquitur tex. ex Diu. Ambroſ. deſumptus in can. plerique decima quarta queſt. 3. & ſubſtantialiter concordat tex. in leg. rogaſti, §. ſi tibi ff. de reb. credit. Rom. conſ.* 238. *n.* 4. *Seraph. dec.* 1006. *nu.* 6. *Ludou. dec.* 80. *nu.* 1. *& in his terminis Nauar. in Manual. cap.* 17 *nu.* 256. *verſ. Intelligimus tamen hoc ceſſante fraude, & nu.* 258. vbi loquitur quando aliquis dat ei pecuniam quem ſcit non eſſe negotiaturum *Lup. de vſur comment.* 3. *§.* 2. *nu* 65. *Scaccia de cambijs §.* 1. *q.* 2. *ampl.* 17. *nu.* 9. *par.* 3.
3 Secũdo ad hoc vt ex ſocietate percipi poſſit fructus, requiritur quod negotiatio non ſolũ ſit vera, ſed etiam licita *cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. leg. nec permittendum ff. pro ſoc. Nauar. in Manual. cap.* 17. *nu.* 151. *& conſ* 8. *nu.* 4. *de vſur. Azzor. inſtit. moral. lib.* 9. *cap.* 2. *queſt.* 1. Sed ſi hoc in caſu deficiebat negotiatio, dignoſci non pote-
4 rat an eſſet licita vel ne, quoniam prædicata ſupponunt exiſtẽtiam ſubiecti, & non entis nullæ ſunt qualitates *leg. decem ff. de verb oblig. leg. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. Ludou. dec.* 439 *nu.* 1.
5 Tertio iuſta ſocietas exigit inter cæteras, conditionem hanc vt periculo, & incertitudini ſubiaceat tam lucrum quam capitale *gl. in can. plerique* 14. *queſt.* 3. *Diu. Thom. ſec. ſec. queſt.* 78. *art* 2 *ad* 5. *Rom. conſ.* 238. *nu.* 1. *Nauar. in Manual. cap.* 17. *nu.* 151. *Azzor. inſtit. moral. lib.* 9. *cap.* 2. *queſt.* 1. Et tam lucrum quam damnũ ex ſocietate proueniens debet ſocijs eſſe commune *leg. cum duobus* 52. *§. quidam ff pro ſoc. Rot. dec.* 598. *nu.* 4. *par.* 2 *recenſ. & corã Ludou. dec.* 502. *n.* 7. *& coram Burat. dec.* 5. *nu.* 17. Immo nec valet pactum repugnans æqualitati ſocietatis *§.* 1. *Inſtit. tit. de ſociet. l. ſi non fuerit §.* 1 *ff. pro ſoc. Corn. conſ.* 310. *in princ. lib.* 4. *Ludou. dec.* 502. *nu.* 8.

Neque obſtabat quod pars maior pecuniarũ de quibus in caſu, eſſet
6 debita pro reſiduo dotis mulieri viduæ, & quod fauore dotis permittitur, vt fructus percipi poſſint etiam ex pignore abſq; eo quod imputentur in ſortem, *vt eſt tex. in cap. ſalubriter de vſur. & in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor.* vbi etiam permittitur mercatori dotem exercendam tradi vt ex lucro poſſint onera matrimonij
7 ſuſtineri. Quia reſpondebatur primo, quod viduæ non debentur fructus dotis conſiſtentis in pecunia quoniam ſoluto matrimonio ceſſant onera matrimonij quorum ratione nititur, *tex. in d. cap. ſalubriter cum alijs. Caſtr in leg. diuortio nu.* 7 *ff. ſol. matrim. Ancar. conſ.* 150.

nu.4.Rol.conſ.55.nu.18 lib.2.Honded.conſ.36. nu.8.lib.2. Couar.var. reſol.lib.3.cap.1.nu.3 Afflict.dec.384.nu.1.Gratian.diſcept.244.num 1
Niſi quando vidua probat ſe non habere aliunde, *Abb.in d cap. ſalubriter nu.5. & 6.* vbi loquitur non obſtante Statuto, vel pacto, *Rogerius poſt Bald.de dote queſt.5.per tot.Seraph.dec 607.nu.5.& 6.Ludouiſ. dec.204.num.29.& 33.* vel niſi ad eſſent liberi, & conuentio ſuper fructibus, *vt declarat Gratian.diſcept.920 nu 41.* quia ſola liberorum exiſtentia non ſufficit ſecundum veriorem, *vt decidit Rota corā Pamphilio,coram Lancell.coram Caual.& probat Gratian.diſcept.427.n.1.4. & 11.& per tot.* Secundo reſpondebatur, quod vſura non permit-
8 titur fauore dotis. Immo neq; etiam fauore Eccleſiæ, neq; ad redimendos captiuos, *tex.eſt in cap. ſuper eo de vſur.* vbi etiam Pontifex fatetur diſpenſari non poſſe *Nauar. reprobans in hoc lo: Andreā in Manuali cap 17.nu.256.Gratian.diſcept.forenſ.cap.244.nu.6.*
Neque etiam obſtabat, quod ceſſante etiam negotiatione, ac titulo
9 ſocietatis, adhuc tamen ex pecunia retēta per debitorē viderentur
poſſe licitè fructus percipi ſaltē ratione damnorū, & intereſſe probatis requiſitis in damno emergente, vel lucro ceſſante *de quibus per Caſtr. in leg.3.ff de eo quod cert.loco, & per Menoch. de arbitr.Iud.lib.2. caſ.119 Gratian.diſcept.forenſ.cap.244.nu.12.* Quia reſpondebatur, quod ad hoc vt currant fructus ratione damnorum, & intereſſe probari debet occaſio prompta, & actualis inueſtiendi pecuniam, & certum, & indubitatum lucrum etiam in mercatore, & ſolito negotiari, ac etiam in loco in quo paſſim inueniantur occaſiones collocādi ad lucrum pecunias, *vt poſt Alex. Afflict.Surd. & Rot. Rom. oſtendit Gratian.diſcept.forenſ.cap.67.nu.10.& cap.244.nu.13.*
His tamen non obſtantibus credidi rectè fuiſſe iudicatū per D. Locumt. pro D. Cathetina, Primo quia cum D.Iulius non ſolum contrahendo promiſerit, ſed vt in eius libris legebatur, ſoluendo confeſſus fuerit ſe exerceri feciſſe pecunias, huiuſmodi confeſſio aduerſus confitentem omnino probabat ſaltem donec ab ipſo probare-
10 tur erronea, eo magis quo acceſſerat ſolutio, & error in maiore ſoluente non præſumitur *ad not. in leg.non fatetur, ff. de confeſſ. & in leg. an inutilis, ff.de accept.lat. Crauet.conſ.217.num. 11.facit tex.in leg.2.C.*
11 *quod met: cauſ* ibi veriſimile non eſt ad ſolutionem properaſſe omiſ-
12 ſa quærela. Nec obſtabat, quod in prohibitis non ſtetur aſſertioni
partium quæ non poſſunt licitum facere, quod alias eſt illicitum, vt in puncto quando agitur de vſura pallianda *decidit Rota coram Litta*

in

in Mediolanen. pecuniaria 27. Martij 1602. & coram Oſtemberg. deciſ. 209. nu. 1. in impreſſis poſt ſecundum volumen conſiliorum Farinacij quoniam id procedit quando aliqualiter conſtat de errore aſſertionis,
13 *vt colligitur ex eadem dec. 209. nu. 2.* Interim videbatur, quod hoc in caſu impugnas proprias ſcripturas teneretur probare *ad tex. in cap. dilecti de except. vbi gl. & in leg. 1. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur,*
14 etiam ſi eſſet reus, quoniam in exceptionibus fungitur vice actoris, *leg. 1. ff. de except. leg. in exceptionibus ff. de probat. tex. elegans in leg. 1. ff. de eden.* vbi quod actor tenetur edere reo, vt reus venire poſſit inſtructus ad agendum. Et tenetur exceptionem probare licet in negatiua conſiſtat, *Ercular. in tract. de negatiua nu. 22. Gabr. concl. 6 de prob. nu. 6. Surd. dec. 104. nu. 4.* Quæ magis procedebant cum ex teſtibus probatum eſset, quod D. Iulius vt dicunt, Daua à trar la ſeta, qui
15 quidem teſtes licet eſsent ſingulares qui regulariter non probant pluſquam vnus licet eſsent mille, *Bald. in leg. iuris iurandi, C de teſtib. & poſt Alex. Pariſ. & Socin. Gabr. concl. 2. num. 2. de teſtib.* quia tamen quilibet deponebat de facto proprio, ſcilicet Di hauer tratta la ſeta per il Signor Giulio, etiam vnus ſolus pluſquam ſemiplene probabat, & cum adminiculis etiam plene, *Rot. deciſ. 113. nu. 11. par. 5. diuerſ. & dec. 391. n. 10. par. 1. recenſ. & corã Seraph. dec. 889 nu. 3. & coram Burat. dec. 360. nu. 1.* Immo quod abſq; adminiculis plene probet, *ſenſerunt quindecim Doctores relati per Gabr. concluſ. 1. de teſtib. nu. 18. & nu. 21.* qui ampliat licet teſtis alias eſset inhabilis.

Secundo mouebar quoniam cum actrix fundatam haberet intẽtionem in autentica ſcriptura ex qua de ſuo credito liquido cõſtabat,
16 non videbatur admittenda prætenſa compenſatio, ſeu computatio fructuum in ſortem quæ vtique ſaltem erat illiquida, & requirebat altiorem, & facti & iuris indaginem, *ad tex. in leg. fin. C. de compenſ. ibi maiorem expoſcens indaginem, Ludou. dec. 512. nu. 5. Burat. dec. 717. n. 2. & dec. 443. nu. 1. & dec. 880. nu. 1.*

Tertio quia licet conſtare potuiſset debitorem exercere nõ feciſse pecuniam, attamen cum promiſiſset eam exerceri facere, adhuc tenebatur ad lucra, ſi non percepta ſaltem percipienda, & quæ percipere potuiſset, & debuiſset ſi iuxta promiſsa, pecuniã exercuiſset,
17 vel exerceri feciſset. Sicut promittens tenere pecunias ſuper cambijs, ſiue cambiauerit ſiue non cambiauerit, adhuc ex conuentione tenetur ad cambia, *vt decidit Rota in vna Romana cambiorum de Ruſpolis coram Lancelloto 26. Octobris 1601. & in alia Mediolanen. prætenſa*

ſa

ſæ ſimulationis contractus coram Oſtemberg. 27. Ianuarij 1604. quæ eſt dec. 209. nu. 2. in impreſſis poſt ſecundum volumen conſiliorum Farinacij.

Quarto, quia omni in caſu fructus ſoluti, triennio fuerant præſcri-
18 pti ſiue vſucapti nam res mobiles per triennium vſucapiuntur, *Inſt. tit. de vſucap. in princ. leg. vnic. C. de vſucapion.* quod locum habet etiã in rebus mobilibus ad eccleſiam pertinentibus *iux tex. in Auth. quas actiones C. de ſacr. eccleſ. & in cap. fin. 16 quæſt. 3. Oinot. inſtit. tit. de vſucapion. tit. de ſpeciebus præſcriptionis nu. 1.* vbi quod eſt communis opinio etiam de iure Canonico, *Peregr. poſt alios de fideicom. art. 49 num. 115. & num. 127.* vbi quod omnis actio tam perſonalis quam realis ad fructus conſequendos per triennium amittitur. Et licet requireretur bona fides percipientis, ſatis præſumebatur ex prædictis præſertim in muliere ſubtilitatum ignara, *Fulgoſ. in leg. non fatetur*
19 *in princ. ff. de confeſſ. Menoch. lib. 6. præſ. 23. nu. 17. Seraph. dec. 1006. nu. 3.* Immo ſufficit ad acquirendos fructus abeſse malam fidem, *Seraph. dec. 1006. nu. 2. Ludou. dec. 74. nu. 1. Burat. dec. 714. nu 5. & 6.* vbi quod ſufficit qualis qualis occaſio poſſidendi. Nec prædictis obſtabat *eadem dec. Seraph. 1006.* in qua deciditur fructus perceptos à mulie-
20 re ex cenſu de quo ibi, imputandos eſse in ſortẽ non obſtante prætenſa præſumptione, ac bona fide quæ in contractibus reprobatis non prodeſt ad fructus acquirendos, ſed ipſo iure ſortem extenuãt, *cap. cum contra de pignor. leg. 1. & 2. C. de pign. action. Abb. in cap. ſalubriter nu. 4. de vſur. Seraph d. dec. 1006. nu. 7. & 8. Ferentill. ad Burat. dec. 184. litt. B.* nam reſpondebatur quod in caſu illo fuerat in Inſtrumento ipſo adiectum pactum contra ſubſtantiam cenſus, vt videlicet venditor teneretur eum redimere arbitrio emptoris, *vt ibi dicitur nu. 1. & 4.* At hoc in caſu nullum legebatur pactum, quod eſset vel contra ſubſtantiam, vel contra naturã initi contractus, vt ſupra dixi, & infra dicam reſpondendo ſingulis obiectis.

Non obſtabant igitur obiecta. Ad primum enim reſpondebatur allegatos ex aduerſo ſenſiſse, non poſse Dominum pecuniæ lucrum licitè percipere ſi ſciat debitorem non negotiari, ſecus ſi ignoret.
21 Sic etiam ex cenſu impoſito ſuper re aliena emptor licitè non percipit fructus ſi ſciat, ſecus ſi ignoret, *vt poſt Nauar Bonacc. Leſſium, Azzorium, Scacciam, firmat Cencius de cenſibus par. 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 1. nu. 13.* At hoc in caſu non conſtabat de ſcientia creditricis niſi for-
22 te præſumptiua ex quo conſanguineus præſumatur ſcire facta conſanguinei *ad tex. in leg. de tutela 7. C de reſtit. in integr. leg. octaui in fine, ff. vn-*

ff. vnde cogn. Crauet. conſ. 271. nu. 8. ſub fin. Burat. dec. 166. num. 6. & preſertim quando eſt ſocius vel quaſi, & magis quando factum licet ſit alienum, reſpicit tamen proprium intereſſe, & quia non preſumatur ignorantia eorum, quæ quis inueſtigare tenetur, *gl. in cap. Innotuit in verb. ignorantia de electiion. & in cap. præſumitur de reg. iur. in ſex-*
23 *to Maſcard. de prob. concl. 881. nu. 7.* Sed non ſufficit præſumptio vbi requiritur probatio *Felin. in rub. de prob. in princ. Dec. ibidem nu. 166. & ſeq. Maſcard. de interpret. Stat. concl. 4. nu. 42. & 46. Burat. dec. 763. nu. 7.* quando ſaltem vt hic verſamur in materia quæ poteſt aliunde quam præſumptionibus comprobari. Et præſertim ad effectum iu-
24 dicandi contractum vſurarium, ad quem effectum non vnica ſufficit præſumptio, ſed plures exiguntur quam duæ, *vt comprobat Cepoll. de ſimulat. contract. nu. 102 & nu 108. Menoch. de preſ. lib. 3. preſ. 122. nu. 7. & 32.* & debẽt eſſe vrgentes, *Caſtr. conſ. 74. lib. 2. Iaſ. in leg ſi quis ex argentarijs §. pretor nu. 26. ff. de edend. Cepoll. de ſimulat. contract nu. 90. Menoch. de præſ lib. 3. preſ. 122. nu 5.* Et in dubio etiam contractus non eſt iudicandus vſurarius *ad tex. in leg. merito ff pro ſoc. & in leg. pater ff. quæ in fraud. credit. Felin. in cap. 1 nu. 13. ff. de off. & pot Iud. deleg. Menoch. de preſ. lib. 3. preſ 122. nu. 2. Seraph. dec. 626. nu. 3.* quando agitur, vt hic in foro exteriori, licet aliud ſit in foro interiori, *vt dixi ſu-*
25 *pra dec. 4. nu. 26.* Accedebat quod facti alieni præſumitur ignorantia vbi ſcientia non probatur *cap. preſumitur vbi Din. de reg. iur. in ſexto leg. verius ff. de prob. Gabr. concl. 5. de reg. iur. nu. 1. & 9.* vbi ampliat etiam in facto proprio quando quis agit de damno euitando, *& ſequitur poſt alios Maſcard. de prob concl. 881. nu. 46.* Minus etiam concludebat ad hoc articulata qualitas D. Iulij quod non eſſet mercator quoniam ipſe non promiſerat exercere per ſe, & citra titulum mercatoris potuit exercendam tradere mercatori pecuniam de qua erat quæſtio *iuxta ea quę dixi in fortioribus deciſ. 62. nu. 9.* quod etiam feciſſe colligebatur ex teſtibus de quibus ſupra, & omni in caſu non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe *leg. neque natales C. de prob. cum ſimilibus.*

Ad ſecundum reſponſio patet ex reſponſis ad primum quia pro parte debitoris non fuit probata negatiua, quod defecerit vera negotiatio, nec affirmatiua quod creditor ſciuerit.

Ad tertium primo reſpondetur ex facto, quod in ſcriptura non fuit promiſſa aſſecuratio capitalis, ſed ſola reſtitutio ad omne placitum creditricis, quæ promiſſio non includit neceſſariam aſſecurationem

nam recte poteſt ſubintelligi conditio niſi capitale perierit fortuito
26 caſu de quo ſocius non tenetur niſi quando eius culpa caſum præceſſit *§. fin. inſt. tit. de ſociet. cum alijs adductis ibi per Otnot. nu. 1. & 2. Rot. dec. 264. nu. 1. 2. & 3. par. 5. in nouiſſ. diuerſ. & eſt Ferrarien. pecu-*
27 *niaria.* Et quod promiſſio de reſtituendo capitale ſit intelligenda non de toto, ſed de eo quod remanebit, *fuit dictũ in Ferrarien. ſocietatis 28. Ianuarij 1569. corã Mellino, & ſequitur Rota Dec. 556. nu. 5. par. 2 recenſ.* Neq; etiã fuit in ſcriptura taxatũ certum lucrum, ſed fuerũt ſimpliciter lucra promiſſa licet inde ex poſt facto ſoluta fuerint vniformia ſcilicet in rationem octo circiter pro centenario. Et quate-
28 nus ſcriptura fuiſſet dubia, ſumenda erat interpretatio per quam contractus iudicaretur alienus ab vſuræ ſuſpitione *Bald. in l. rogaſti § ſi tibi in fine ff. ſi cert. pet. & conſ. 154. nu. 2. & ſeq. lib. 2 & in his terminis firmauit Rot. corã Lancel. in Mediolanen. pecuniaria, & confirmauit*
29 *corã Vbaldo dec. 556. in fine par. 2. recenſ.* Secundo reſpondetur ex iure quod taxatio certi lucri quando veriſimilis eſt perceptio quantitatis taxatæ non reprobatur *Felin. in cap. cum venerabilis nu. 9. de except. Vrſill. ad Afflict. dec. 20. num. 3. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 4. nu. 5. Surd. dec. 259. nu. 16. & ſeq. & poſt alios atteſtãtes de magis communi Gratian. diſcept. forenſ. cap. 387. nu. 1.* Quod procedit etiam in pecunia, quoniam etiam pecunia eſt fructifera addita induſtria *Molina de cõtract. diſp. 315. nu. 7. Nauar. in commentario de vſuris nu. 46. Conradus de contract. tract. 2. quæſt. 30. concl. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 387. num. 15.* Et non obſtat vniformitas taxæ licet modo plus, modo minus percipiatur ex cambijs, vel alia negotiatione, nã ſufficit ab initio concurrere veriſimilitudinem, & proportionem non habita conſideratione variationis ſubſecutę, *Dec. in cap. cum venerabilis nu. 14. de except. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 4. nu. 5. Caſ. de Graſſ. dec. 1. & 2. de vſur. Gratian. d. diſcept. 387. nu. 21.* Et quod ſimul cum taxatione lucri licita ſit etiã aſſecuratio capitalis quando tot fructus ex ſocietate veriſimiliter percipi ſolent, vt retenta parte pro ſuſcepto periculo aſſecurationis capitalis, & parte pro taxatione lucri, adhuc cõgrua veriſimilis portio ſupereſſe poſſit pro ſocio exercente pecuniã, *dixerunt Couar. var. reſol lib. 3. cap. 2. nu. 4. Lup. de vſur comment. 3. §. 1. nu. 12. Ang. Silueſt. Tabien. Armilla, & alij quos refert Azzor. inſtit. moral. par. 3. lib. 9. cap. 3 quæſt. 6. vbi hanc eſſe communiorem ſententiam atteſtatur Nauar. in Manual. cap 17. nu. 254. & conſ. 13. nu. 9. & conſ. 10. per tot. de vſur. & in comment. de vſur. nu. 32. & ſeq.* Quod maxime procedit accedente

con-

conſuetudine *Nauar. in Manuali d. cap. 17 nu. 256.* vbi quod ad tollendum omnem ſcrupulum optaret huiuſmodi cõſuetudines decla-
30 rari iuſtas ab habentibus poteſtatem. Confert ad prędicta quod conuentio qua quis ſuſcipit in ſe periculum rei non eſt ex ſe prohibita niſi ex alio capite reddatur illicita *leg. periculi, ff. de nautic. fæn. leg. cum proponas C. eodem Petr. Santern. de aſſecurat. & ſponſion. mercat. par. 1. nu. 5 & ſeq. & nu. 9. & 11. vbi declarat tex. in cap. fin. de vſur. prima fronte repugnantem Rot. dec 556. n. 2. par. 2. recenſ.* Nec obſtabãt
31 *tradita per Gratian diſcept. 61. nu. 9. & diſcept. 244. nu. 13.* quatenus firmat quod ad hoc vt ex pecunia debeantur fructus ratione damnorum, & intereſſe probari debeat per creditorem occaſio pronta, & actualis inueſtiendi, & certum ac indubitatum lucrum cum alijs de quibus ſupra, quia præter quam quod in locis inſignioribus non requiri probationem potẽtiæ propinquæ alias Rota firmauit *coram Seraph. dec. 186. nu 6. & coram Lancellot. in Ianuen. pecuniaria 6. Iunij* 1611. quæ licet exemplificet in Vrbe, & Ciuitate Venetiarum, &
32 Ianuæ, quia tamen exempla declarãt, ſed non reſtringunt *leg. Regula ff. de iur. & fact. ignor. leg. dãni 30. S. fin. ff. de damn. infect.* forte poſſet idem firmari in Ciuitate Ferrariæ, quo ad ſericum in quo notoriaſe offert occaſio inueſtiendi pecuniam quolibet anno, & emendi, & vendendi commercium pręſertim quando agitur de quantitate nõ magna, Reſpondebatur etiam quod *Gratian. & allegati per eum* non loquuntur quando adeſt conuentio atq; ſolutio, quo caſu ſi aliqua requiritur probatio exigenda videtur à debitore qui aduerſus con-
33 uentionem, & ſolutionem geſtit experiri, *facit tex. cum ibi not. in leg. cum de indebito ff. de prob.* vbi qui dicit indebite ſolutum, probare tenetur niſi ſit minor, vel ruſticus, *& confert ad idẽ Mantic. dec 47. nu. 2. & Rot. dec. 900. nu. 1. & 2. par. 4. diuerſ.* Confert etiam quod taxatio
34 certi lucri videtur quædam tranſactio facta inſpecto futuro euentu ad difficultatem probationis euitandam *Pariſ. conſ. 60. lib. 1. nu. 33. & 34. Dec. in cap. cum venerabilis nu. 14. de except. Cæſ. de Graſſ. dec. 1. nu. 4. de vſur. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 387. nu. 14.*

ARGVMENTVM.

De diſpoſitione conditionali, & modali. De Statuto continuatiuo. De ſummarijſſimo manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum continuatiuum Ferrariæ tribuit hæredi omne remedium poſſeſſorium.*

Qui

2 *Qui omne dicit nihil excludit.*
Genus continet ſub ſe omnes ſuas ſpecies.
3 *An Statutum ſimplex continuatiuum tribuat remedium recuperandæ poſſeſſionis, & an remedium retinendæ.*
4 *Diſpoſitio conditionalis non ſortitur effectum niſi impleta conditione.*
Conditio poteſtatiua debet impleri quam primum.
Conditio in vltimis voluntatibus etiam executioni adiecta, ſuſpendit.
Conditio debet impleri in forma ſpecifica præſertim quando eſt voluntaria.
Nihil videtur actum quando ſupereſt aliquid agendum.
Forma ex conſumatione contingit.
Is videtur obtemperaſſe qui quod extremum eſt, fecit.
5 *Statutum tribuens executionem Inſtrumento, intelligitur de puro.*
6 *Modus non ſuſpendit diſpoſitionem modalem.*
7 *In dubio præſumitur potius modus quam conditio.*
8 *Poteſt peti ſatisdatio de adimplendo modum adiectum in vltima voluntate, ſecus in contractu.*
9 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.*
Quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto fiunt neceſſitatis.
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat manutentionem.*
11 *Per manutentionem non præiudicatur petitorio, nec poſſeſſorio ordinario.*

DECISIO. LXVI.

DOminæ Catherina, & Diana Berniæ tanquam hæredes inſtitutæ à communi earum patre obtinuerunt immiſſionẽ in bonis hæreditatis. D. Ludouica Malauolta neptis eiuſdem teſtatoris, & ab eo inſtituta in vſufructu tertiæ partis obtinuit etiã immitti pro eadẽ portione Appellarunt DD. Berniæ, & commiſſa mihi cauſa cum facultate manutenendi quẽ de iure, dixi manutenendam eſſe D. Ludouicam pro tertia pro qua fuerat immiſſa. Et licet de actuali apprehenſione nõ conſtaret, videbatur ad id ei ſufficere
1 *Stat. continuatiuum lib. 2. cap. 82.* quod cũ expreſſe tribuat omne remedium poſſeſſorium, vtique includit etiam remedium manutentionis, *vt in his terminis conſuluit Rim. iun. conſ. 91. per tot. vol. 1.* & *decidit Rota in Ferrarien. de Taſſonis dec. 513. par. 1. recenſ.* nam qui omne dicit, nihil excludit
2 *cap. ſolitæ de ma. & obed. Gratian. diſcept. 548. num 42.* & genus includit ſub ſe omnes ſuas ſpecies *leg. item legato ſ. item intereſt ff. de leg 3. Euerard. in loco à genere ad ſpeciem.* Immo licet
3 in alijs Statutis ſimpliciter continuantibus defuncti poſſeſſionem
in

Digitized by Google

in hæredes ſit quæſtio an includant remedium recuperandæ poſſeſſionis in qua *Bald. Alex. & Iaſ. pro vtraque ſententia citantur, & adeſt hinc inde communis opinio, vt oſtendit Gabr. communium concluſionum lib. 5. concl. 7. de acquir. poſſ. nu. 1.* De remedio tamen retinendæ, & ſic de manutentione non dubitatur, *vt poſt Fab. Gugl. Butrig. Ruin. Guid. Pap. probat idem Gabr. d. concl. 7. de acquir. poſſ. nu. 3. & 6.* vbi quod poteſt etiam ſimul diuerſis reſpectibus intentari remedium adipiſcendæ, & retinendæ.

Obijciebatur tamen quod D. Ludouica fuiſſet inſtituta cum eo, vt renunciaret iuribus ſibi competentibus, quod non videbatur ſuffi-

4 cienter feciſſe, & tamen conditionalis diſpoſitio non ſortitur effectum niſi poſt impletam conditionem *leg. multum intereſt 21. leg. legata ſub conditione 41. ff. de condit. & dem. leg. hæc conditio 29. ff. eod. tit.* vbi etiã quod poteſtatiua debet impleri quam primũ *Beltram. ad Ludou. dec. 117. nu. 13.* vbi quod conditio in vltimis voluntatibus etiam executioni adiecta ſuſpendit, & debet etiam impleri in forma ſpecifica præſertim quando eſt voluntaria *leg. qui hæredi dare 44. ff. de condit. & dem. & in §. cum hereditas, & in leg. Meuius 54. vbi Bart. not. ff eodem tit. Ludou. dec. 492. nu. 8. Amat. dec. Ferr. 4. nu. 42.* Adeo vt in hac materia nihil videatur actum quando ſupereſt aliquid agendum *leg. Cũ procurator C. de metall. lib. 11. leg. Cum Sillanianum in fine, C. de ijs quæ vt indign. Buratt. dec. 124. nu. 20* quoniam forma ex conſumatione contingit *leg. ſi is qui quadringenta §. quadam ff. ad leg. falc. & tex. elegans in l. vnic. §. 1. ff. ſi quis iuſdicent. nõ obtemper.* ibi is dicitur non ob-

5 temperaſſe qui quod eſtremum in iuriſdictione eſt non fecit. Vnde Statutum quod Inſtrumentum habeat executionem paratam debet intelligi de puro non autem de conditionali ante conditionem impletam, *Bald. in leg. ſi cauſam ſub finem, C. de exeq. rei iudic. Crauet. conſ. 10. nu. 15. & poſt Imol. Alex. & Soc. Rim. iun. conſ. 139. nu. 22. lib. 2.*

Sed fuit primo reſponſum, quod verba inſtitutionis non ſonabant

6 in conditionem, immo potius in modum qui poteſt impleri etiã poſt factum, & interim non ſuſpendit *leg. Demonſtratio §. fin. & ibi gl. ff. de condit. & dem. DD. in rub. de donat. quæ ſub mod. vel cõdit. Seraph. dec. 42.*

7 *nu. 1. & dec. 224. num. 10.* Et in dubio etiam præſumitur modus potius quam conditio, *Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 5. num. 12. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 136. nu. 15. & 16.* & in vltimis voluntati-

8 bus peti poteſt interim ſatiſdatio de implẽdo modum *ad tex. in leg. quibus diebus 40. §. fin. ff. de condit. & dem. vbi Bart. not. & gl in ver.*

ſatis dediſſet, vbi ſecus eſſe probat in contractibus *Rot. in Spoletana bonorum dec.* 241. *nu.* 37. *&* 38. *par.* 5 *in nouiſſimis diuerſ.*

Secundo reſpondebatur, quod renunciatio facta fuerat, & acceptata per eaſdẽ DD. Aduerſarias, quæ Ludouicã recognouerant in hæ-
9 redem pro tertia parte prędicta vnde non poterant actum tunc approbatum nunc reprobare, & impugnare, *cap. quod ſemel de reg. iur. in ſexto leg. ſicut ab initio ff. de action. & oblig.* Et quamuis obijceretur renũciationem prędictam erronee fuiſſe approbatam cum eſſet de-
10 fectiua, & non adequaret mentem teſtatoris, quia tamen hęc exceptio requirebat altiorem indaginem, non poterat ſummarijſſimam manutentionem retardare *ad tradita per Ludouiſ. dec.* 265. *nu.* 11. *& per Burat. dec.* 360 *fere per tot. & per eandem Rot. in d. Ferrarien. dec.* 513
11 *nu.* 13. *par.* 1. *recenſ.* Sed diſcutienda erat in petitorio, vel in poſſeſſorio ordinario cui per manutentionem nullum omnino prejudicium generatur adeo vt omnia iura ſalua, & illæſa remaneant, *Neuizzan. conſ.* 81. *nu.* 12. *& poſt Caſtren. & Felin. Rot. dec.* 641. *nu.* 8. *par.* 1. *diuerſ. & coram Ludou. dec.* 275. *nu.* 14.

ARGVMENTVM.

De vi obligationis Cameralis. De Capitulis habitis pro confeſſis. De exceptione diſcuſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet paratam executionem.*
Quas exceptiones admitat, & quas reiciat.
2 *Obligatus in forma Cameræ habetur pro condemnato.*
3 *Obligatio Cameralis habet in ſe extre expreſſam hyppotecam preſentium, & futurorum.*
4 *Omnis eius virtus, & efficacia tranſit ad hæredem excepto reatu periurij.*
5 *Inſtrumentum habet executionem paratam ſaltem ſtante diſpoſitione Statuti.*
6 *Quæ reſultat ex Capitulis habitis pro confeſſis eſt ficta confeſſio, ſed vere probat.*
7 *Quid operetur Iudicis pronunciatio in deteriorem.*
8 *Ficta confeſſio an admittat probationem in contrarium.*
9 *Conſtitutum eſt modus fictus, ſed transfert veram poſſeſſionem. Amplia vt ibi.*
10 *Statutum continuatiuum transfert per modum fictum, veram poſſeſſionem.*
11 *Confeſſio habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ.*

Con-

12 Confeſſiones contumaciales ex Capitulis habitis pro confeſſis Rota non attendit niſi vt ibi.
13 Stylus tribunalis extra illud non attenditur.
14 Stylus Ciuitatis extra illam non attenditur.
Stylus curiæ eſt variabilis, & modo albus modo niger.
15 Principalis diſcuti debet de iure communi ante quam conueniatur fideiuſſor.
16 Ex Stat. Ferr. non poteſt Renunciari beneficio diſcuſſionis etiam cum Iuramento.
Sed de iure communi poteſt etiam ſine Iuramento.
17 Poteſt Statutum fingere iuramentum ſimulatum.
18 Exceptio diſcuſſionis tanquam dilatoria eſt opponenda ante litem contextatam ex form. Stat. & quid de iure communi.
19 Appellatio reducit cauſam ad terminos in quibus erat poſt litem contextatam.
20 In cauſa mercaturæ non requiritur diſcuſſio fideiuſſoris ex diſpoſ. Stat.
21 Etiam de iure communi exceptio diſcuſſionis ceſſat inter mercatores, & quare.
22 Item ceſſat vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta.
23 Item ceſſat ſtante obligatione Camerali.
24 Fideiuſſor obligatus principaliter, & in ſolidum, quo ad creditorem habetur pro principali debitore.

DECISIO. LXVII.

Barbara, & ſorores de Sacchis patris heredes, inſtituerunt iudicium coram Illuſtriſs. Vicelegato, & ex eius remiſſione proſecutæ ſunt coram Rota contra Comitiſſam Lauiniam Saxatellam vti poſſidẽtem quaſdam terras apprehẽſas in tenuta per prædictas actrices pro lib. octingentis, & fructibus debitis ex cauſa mercationis, & ex publico Inſtrumento in quo fideiuſſor acceſſerat D. Comes Sigiſmundus maritus, & author D. Comitiſſæ. Et petierunt committi ſubhaſtationes, & me proponente obtinuerunt.

Quoniam de credito conſtabat ex Inſtrumento publico, & iurato cũ
1 Camerali obligatione quæ paratam habet executionem *Mohedan. dec. 2. & 3. de except. Burat. dec. 779. nu. 1. & dec. 910. nu. 1.* Et non admittit niſi exceptionem ſolutionis nouationis vel falſitatis, *Caſſad. dec. vnic. de mut. pet. Burat. dec. 295. nu. 13.* & non admittit exceptionẽ nullitatis niſi claram, & patentem *Burat. dec. 422. nu. 14.* & generaliter

ter reicit omnes exceptioues requirentes altiorem indaginem, vel alias dubias *Seraph.dec.145 ſ. nu.2. Burat.dec. 206.nu.24. & dec.862.*
2 *nu.2.* Et obligatus in forma Cameræ habetur pro condemnato *Rota penes Zacchiam de oblig. Camer. dec.1. nu.16. & penes Cencium de cenſib. dec. vltima quæ eſt Spoletana liberationis, in additione, Ferentill. ad Burat.*
3 *dec.401. nu.23.* Et habet Cameralis obligatio in ventre expreſſam hyppotecam bonorum pręſentiũ, & futurorum *Saluſt. in praxi Aud. Cam. lib.4. in formula ibi extenſa, Burat. dec.905 nu.2. & prius dec. 687.*
4 *nu.4. & 5.* vbi quod ſub hyppoteca prędicta veniũt etiam iura quæcunque, & tranſit obligatio Cameralis ad hæredes quoad omnem eius virtutem, & efficaciam excepto reatu per iurij *Galleſ. de obligat. Camer. quęſt.4. nu.6 & 12. Rota penes Zacchiam de oblig. Camer. dec.69. nu.1. Ferentil. ad Burat. dec. 564. nu.3. & 4.* vbi idem eſſe probat in iuramento. Accedebat *Statutum lib 2. cap.20.* tribuens ampliſſimam
5 executionem publicis Inſtrumentis quo caſu non eſt dubium Inſtrumenta habere executionem paratam, *Ludouic. dec. Peruſ. 23 num. 32. Scaccia de appell. quęſt.17. ampl.12. nu. 12. & 34.* quicquid ſit in terminis iuris communis *de quo dixi dec.7. nu.4.*

De poſſeſſione autem D. Comitis tempore obligationis, & de poſſeſſione D. Comitiſſæ tempore motę litis, & ſic de vtroq; extremo con-
6 ſtabat ex capitulis habitis, & pronunciatis à Iudice pro confeſſis ex quibus reſultat ficta quidẽ confeſſio, ſed quæ vere, & probat & præiudicat, *vt eſt tex. in cap.2. de confeſſ. in ſexto,* ibi ſi abſque rationabili cauſa reſpondere nolit, haberi debet pro confeſſo, *& gl. ibidem in*
7 *verb. Confeſſo, Seraph. dec.408. nu.2. & 4.* Immo quando Iudex pronunciauit in deteriorem, reus habetur pro negante, vel confitente, prout ei magis nocet negatio, vel cõfeſſio, *vt poſt alios docet Miccalor. de poſition. cap.3. nu.22. & concordat Statutum lib. 2. cap.7.* Et ficta con-
8 feſſio inducta à lege operatur aliquando plusquam vera quia non admittit probationem in cõtrarium, *ex ſententia Bart. Bald. & Aret. quos refert Ceuall. in Theſaur. commun. opinion. contra commun. quæſt. 377.*
9 licet contrariam veriorem, & æquiorem eſſe aſſerat. Sic etiam conſtitutum eſt modus fictus, & tamen transfert veram poſſeſſionem, *leg. quod meo vbi DD. ff. de acquir. poſſ.* ibi alium poſseſsorem miniſterio meo facio, & is poſſidet cuius nomine poſſidetur *leg. certe §. 1. ff. de precar.* ibi proprie videor poſſidere, *Tiraquell. qui plurimos cumulat in tract. de conſtituto ampliat. 1. nu.2. Amat. dec. Ferr. 6. nu. 34.* vbi quod ex communi transfert naturalem, & ciuilem poſseſſionem, *Buratt.*

dec.

dec.621.nu.1. & *3* vbi quod transfert vtramque poſseſſionem quæ
10 durat etiam poſt mortem conſtituentis. Sic etiam Statutum conti-
nuatiuum transfert per modum fictum, veram poſseſſionem in hæ-
redem *Peregr.de ſideicom.art.46.nu.16.Gratian.diſcept.forenſ.cap.113.*
nu.18.Mareſcot.variar.reſol.lib.1.cap.116.num.5. Partis autem con-
11 feſſio pręſertim iudicialis ſuperat omne genus probationis, & habet
vim ſentētiæ, ac rei iudicatæ, *Maſcard.de prob.concl.344.nu.3.& ſeq.*
Ludou.dec.357.nu.3.Amat.dec.Ferr.1.nu.12.
12 Neq; obſtat quod poſitiones, & articulos haberi pro confeſſis Rota
Rom. non ſeruet, *Veſtrius in praxi lib.5.cap.14.nu 4. Ludou.dec.460.*
nu.14. & *ibi Beltram.nu.18.Rot.dec.558.in fine par.1.recentiſſimarum,*
ſeu poſthumarum, vbi quod Rota non attendit huiuſmodi fictas, &
contumaciales confeſſiones niſi coniunctas cum alijs vt ibi nam re-
13 ſpondetur quod particularis ſtylus tribunalis, extra illud non atten
ditur, prout de ſtylo vt inhibitio Rotalis iuxta vel iniuſta ſit timen-
da, *tradit Lancellot. de attent.poſt inhib.cap.20.ampl.11.nu.5.& Fuſius*
limit.1.nu.1.& 3 vbi quod ita ſenſerunt ipſi Domini de Rota., Et
in his terminis quod ſtylus pręedictus non ſeruetur etiam in Curia
coram Auditore Cameræ, *patet ex caſu deciſionis Seraph.408.num.2.*
14 Vnde minus obſtat extra Curiam cum etiam ſtylus Ciuitatis, extra
illam non attendatur, *Surd.dec.131.num 9.Rota dec.504.nu.7 par.1.*
recenſ.& coram Burat.dec.497.nu 8. vbi de Ciuitate Ferrariæ loqui-
tur. Et pręſertim cum ſtylus etiam Curiæ ſit variabilis, & modo al-
bus modo niger, *vt dixit Lap.alleg.51. Caſſad.deciſ.7.nu.4.de reſcript.*
Lancellot.de attent.poſt inhib.cap.20.nu.208. quod fortius procedit
quando ſtylus peculiaris, & diuerſus, immo aduerſus viget in loco
in quo agitur, & quando etiam viget peculiare, & contrarium Sta-
tutum maxime etiam conſonum diſpoſitioni iuris communis, vt ſu-
pra *ad tradita in fortioribus per Maſcard.de interpr.Stat.concl.12.nu.10.*
& per Ludouiſ.dec.269.nu.2.
15 Non obſtat etiam quod antequam agi poſſet aduerſus hęredem D.
Comitis fideiuſsoris videbatur requiri diſcuſſio principalis debito-
ris tam de iure communi *Authent.pręſente, C.de fideiuſſor.Gabr concl.*
1.de fideiuſſ.nu.1.& 10. vbi quod etiam poſt ſententiam poteſt op-
poni, *Amat.dec.Ferr.34.nu.1.& ſeq.* vbi quod ſapit æquitatem natu-
16 ralem, quam etiam ex diſpoſitione Statuti *lib.2. cap.14.* quod vltra
ſtatuit ne poſſit fideiuſsor beneficio diſcuſsionis renunciare, etiam
cum Iuramento, *Amat.dec.Ferr.34.nu.1.in fine*, quamuis alias de iu-

re communi renunciari poſſit etiam abſq; iuramento, *ex Regula leg.*
ſi quis in conſcribendo C. de pact. qua quiſque poteſt fauori proprio re-
nunciare *gl. in Auth. hoc ita, C. de duobus reis, & not. poſt Ang. in §. ſi plu-*
17 *res inſt. tit. de fideiuſſ. nu. 10. late Gabr. concl. 1. de fideiuſſ. nu. 81.* Et po-
teſt Statutum laicale ſuper iuramento diſponere fingendo illud eſ-
ſe ſimulatum, vt in Statuto Ferrariæ *dixit Rota coram Buratto in Fer-*
rien. Dotis dec. 612. nu. 7. & generaliter hanc eſſe communem ſenten
tiam *dixit Marta de iuriſd. par. 4. cap. 72.* poſſe videlicet Statutum di-
ſponere ſuper iuramento præſtando, pręſumendo, & fingendo con-
tractum, & iuramentum doloſum, & ſimulatum.
Non inquã obſtat obiectũ diſcuſſionis, nã quoad Statutũ Primo re-
18 ſpondetur ꝙ exceptio diſcuſsionis tanquã dilatoria erat opponẽda
ante litẽ contextatam, tam ex diſpoſitione Statuti prędicti poſt me-
dium quã de iure cõmuni *ad tex. in cap. paſtoralis, 4. de except. Bar. in leg.*
3. ff. de except. & poſt DD. in Auth. præſente, C. de fideiuſſ. & not. in §. ſi plu
res inſt. tit. de fideiuſſ. n. 14. vbi teſtatur de cõmuni, Guid. Pap. dec. 570. nu.
6. licet contrarium ſentiant *allegati per Gabr. concl. 1. de fideiuſſ. num. 9.*
Sed ceſſabat diſputatio attento Statuto vt dicebam. Et minus op-
19 poni poterat in cauſa appellationis, quoniã appellatio reducit cau-
ſam ad terminos in quibus erat poſt litem contextatam, *leg. ita demũ*
vbi Bart. C. de proc. in pũcto Crauett. conſ. 220. nu. 6. Neguſant. de pignor.
par. 8. memb. 1. nu. 36. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. n. 120.
20 Ceſſabat etiam difficultas ex quo agebatur de mercatione quo ca-
ſu diſcuſſio non requirebatur *ita diſponente Statuto lib. 2. cap. 14. ſub*
21 *initium*, quod videtur etiam conſonum diſpoſitioni iuris communis
quo inter mercatores obijci nõ poteſt diſcuſſionis exceptio cum ſit
de apicibus iuris, & inter mercatores procedi debeat ex bono, &
æquo ob vtilitatem promiſcui vſus, *vt loquitur tex. in leg. ſi quis man-*
cipijs, §. ſi impubes ff. de inſtit. action. gl. in Auth. de fideiuſſor. §. pen. Bald.
in leg. fin. in fine, C. ad leg. Falcid. Iaſ. in leg. ſingularia nu. 30. ff. ſi cert. pet.
poſt alios Stracca de mercatura par. vltima tit. 1. in prin. & tit. de except.
nu. 5. & 8. Neguſant. de pignor. par. 8. memb. 1. nu. 28. Buratt. dec. 58. nu.
5. & 6. dec. 419. nu. 3. vbi quod cauſæ mercatorum terminantur exe-
cutiue ſola facti veritate inſpecta, & in ijs attenditur quid proba-
22 tum ſit, non quid petitum. Et vbi proceditur ſola facti veritate in-
ſpecta ceſſat diſcuſſionis exceptio, *Corn. conſ. 15. nu. 28. lib. 3. Stracca*
de mercatura tit. de except. nu. 8. Gabr. concl. 1. de fideiuſſ. nu. 71. Et Rota
Ferrarienſis habet in omnibus cauſis facultatem prędictã proceden

di ſola facti veritate inſpecta *ex Conſtit. Pontificia Clem. VIII. nu. 27.*
23 Quo verò ad ius cõmune ceſſabat exceptio diſcuſſionis ſtante obligatione Camerali, *Galleſ. ad form. oblig. Camer. par. 3. quaſt. 9. num. 3. Surd. dec. 44. nu 16. & 17. Burat. dec. 441. nu. 8.* Ceſſabat etiam quia
24 fideiuſſor ſe obligauerat principaliter, & in ſolidum quo caſu habetur pro correo debendi, & pro principali debitore quo ad creditorē *Bart. in l. Reos de duobus Reis, Oinot. in §. ſi plures inſtit. tit. de fideiuſſor. nu. 11. licet referat gloſſam in hoc articulo diſtinguentem, Seraph. dec. 558. nu. 6. Ludouiſ. dec. 445. nu. 2. Buratt. dec. 645. nu. 6. Rota dec. 241. nu. 2. par. 1. recentiſſimarum, ſeu poſthumarum*, vbi quod fideiuſſor obligatus tanquam principalis tenetur ſoluere eodem modo quo tenetur principalis.

ARGVMENTVM.

In remedio Statuti continuatiui, an & quando detur vel denegetur appellatio ſuſpenſiua.

SVMMARIVM.

1 *Ab immiſſione vigore leg. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. non datur appellatio. Amplia vt ibi.*
2 *A ſententia lata pro hærede vigore Statuti continuatiui non appellatur.*
3 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis non admittit exceptionem tituli.*
4 *In ſtatuto continuatiuo de dominio quæri non debet.*
5 *Poſſeſſio quæſita poſt obitum teſtatoris non impedit hæredis immiſſionem.*
6 *Statutum continuatiuum Ferrariæ non obſtante occupatione, an intelligatur etiam de licita.*
7 *Poſſeſſio fideicommiſſarij non capta de manu hæredis eſt vitioſa. Amplia & limita vt ibi.*
8 *Legatarius occupans propria authoritate rem legatam, amittit legatum.*
9 *Quando adeſt mixtura petitorij cum poſſeſſorio, datur appellatio, declara vt num. 11.*
10 *In Statuto continuatiuo non datur appellatio quando non eſt controuerſus titulus hæredis.*
11 *Et quando ſententia non declarat hæredem, ſed poſſeſſorem.*
12 *In concurſu præfertur poſſeſſio titulata.*
13 *Ad effectum admittendæ, vel reijciendæ appellationis, attenduntur verba ſententiæ. Amplia vt ibi.*
14 *Dominium ex poſſeſſione præſumitur.*
15 *Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum etiam per manus coloni.*
16 *Ex poſſeſſione probatur perceptio fructuum non data alio poſſeſſore.*

De-

DECISIO. LXVIII.

Beatrix Amaina tanquam hæres Ioãnis Treuiſani eius viri, obtinuit immiſſionem in bonis hęreditarijs contra quocunque ſaluis iuribus legitimi contradictoris prout habita notitia contradixit. Franciſcus Martinellus tanquam prætenſus poſſeſſor ex Inſtrumento dationis in ſolutum celebrato cum Nicolao Treuiſano fratre prædicti Ioannis, & poſt eiuſdem Ioannis obitum. Et obtinuit committi D. Locumtenenti qui cognoſcat ſuper titulo, ſed D. Locumt. non obſtante contradictione ſtetit in decretis immiſſionis, & præcepti de recognoſcendo ad fauorem Amainæ referuatis iuribus Martinello quo ad prætenſum eius creditum. Appellauit hic & commiſſa mihi cauſa cũ clauſula cõſtito, quod ſit locus Aegidianæ, vel quod alias locus ſit executioni, exequatur, mandaui exequi, ſaluis iuribus in deuolutiuo, motus.

1 Primo, quia ab immiſſioné obtenta vigore *leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. non datur appellatio, tex. eſt in leg. fin. ff. de appell. recip.* ibi ne ſcriptus hæres in poſſeſſioné inducatur *gl. in d. l. fin. in verb. miſſus, Contard. in leg. vnic. nu 34. C. ſi de momẽt. poſſ. & prius nu. 26.* vbi quod nec ad effectum deuolutiuum, *Lancellott. de attent. par. 3. cap 28. nu. 89. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 6. membr. 4. nu. 1. & ſeq. Buratt. dec. 22. nu. 12.*

2 Secundo quia ſi etiam dicamus conceſſam eſſe immiſſionem vigore Statuti continuatiui, adhuc lata ſententia pro hærede non admittit appellationem ſaltem ſuſpenſiuã, *Tiraq. poſt alios in tract. le mort ſaiſit le vif par. 6. decl. 6. nu. 2. & 3.*

3 Tertio quia cum Statutum continuatiuum Ferrariæ, tribuat remedium etiam recuperandæ poſſeſſionis non admittit exceptionem tituli *ad tradita in his terminis per Rim iun. conſ. 91. nu. 17. & 18. lib. 1.*
4 *Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 80* Et generale eſt quod in ſtatuto cõtinuatiuo, de dominio quæri non debet *Bald. in rub. de cauſ. poſſ. & propriet. col. fin. verſ. & nota quod eſt dictum Dec. conſ. 84. nu. 1. ſub finem Rim. iun. d. conſ. 91. nu. 21.*

5 Quarto quia poſſeſſio cum ſit quæſita poſt obitum teſtatoris, nõ ſuffragatur ad impediendum remedium adipiſcendæ aduerſus hæredem *Alex. conſ 4. nu. 30. & conſ. 90. nu. 8. lib. 2. Gozzad. conſ. 93. nu. 14. Afflict. dec. 119. nu. 6. Menoch. poſt alios de adepiſcen. poſſ. remed 4. n. 604. vbi quod non eſt qui aduerſetur, Amat. dec. Ferr. 4. nu. 53.* Quod fortius

pro-

Digitized by Google

6 procedit attento Statuto prædicto, quod continuat defuncti poſſeſſionem in hæredem non obſtante poſſeſsione medio tempore occupata per alium, quod intelligi de occupatione etiam alias iuſta, & licita *probat Rim. iun d conſ. 91. nu. 16. litet contrarium ſenſerit Paſet. conſ. 140. nu. 8. & 9. & Ciriac contr. iur. cap. 12. nu. 53.*

7 Quinto quia poſſeſsio capta per fratrem tanquam ex fideicommiſſo vocatum (vt aſſerit in Inſtrumento ipſo dationis in ſolutum) purificato per obitum alterius fratris prædefuncti, vitioſa eſt, cum nõ ſit capta de manu hæredis, *ad tex. in leg. 1. ff. quorum legator. Dec. conſ. 84. nu. 1. & ſeq. Gratian. diſcept. forenſ cap. 914. nu. 2.* vbi ampliat etiã ſi poſſeſsio eſſet vacans, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 613. nu. 15. Rota quæ authoritates cumulat dec. 520. nu. 13. par. 1. diuerſ. & dec. 115. nu. 3. par. 1. recenſ. & coram Seraph. dec. 29. nu. 2. & dec. 271. nu. 2 3. & 4.* vbi ſolum limitat quando adeſt facultas capiendi propria auctoritate, & poſſeſsio eſt vacãs *Idem Seraph. dec. 1025. nu. 3.* vbi quod huiuſmodi poſſeſsio nullum parit iuris effectum *facit tex. inſtit. tit. de legat. in princ.* vbi legatum dicitur donatio à defuncto relicta ab hærede præſtanda *iuncto tex. in leg 1. ff. de leg. 1.* vbi legata, & fideicommiſſa per omnia

8 nia ſunt exequata. Immo quod plus eſt, legatarius occupans rem legatam amittit legatum, & omnem actionem ſibi competentem proportione occupata *tex. eſt in l. non eſt dubium C. de leg. & ibi docet Alex.*

Opponebatur tamen primo per parte Martinelli, dari appellatio-

9 nem in terminis Statuti Ferrariæ, ex quo habere videatur mixturam petitorij *ad tradita per Laderch. conſ. 67. nu. 10. Rota dec. 513. nu. 8. par. 1. recenſ. Thomat. dec. Macer. 32. nu. 10.* Et generale eſt quod ratione mixturæ proprietatis, & poſſeſsionis datur appellatio à tota cauſa cum dignius trahat, & non trahatur *Menoch. de adipiſcen. remed 4. nu. 861. in fine cum ſeq. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 6. membr. 9 nu. 1. Amat. dec. Ferr. 15. nu. 4. & 5.*

10 Sed reſpondetur contrarium procedere poſſe quando titulus hæredis eſſet controuerſus, ſecus quando non eſt controuerſus, prout hoc in caſu non erat *Menoch. qui ſic declarat Bald. de adipſcen. remed. 4. nu. 861.* & ita etiam procedit ex aduerſo allegata *Deciſio 513. Ferrarien. de Taſſonis*, in qua vtraque pars prætendebat ſe hæredem, *vt pa-*

11 *tet ibi nu. 1.* Præterea contrariam procedere poteſt quando Iudex in ſententia ipſa non ſolum declarat poſſeſſorẽ, ſed hæredem, quod hoc in caſu non legebatur factum, *Scaccia de appell. quæſt. 17. limit. 6.*

Ttt *memb.*

memb. 9. nu. 125. Rot. dec. 34. n. 22. par. 2. diuerſ. Ferentill. ad Buratt. dec. 625. num. 10. & 11. vbi ſubdit rationem quoniam ad hoc vt ſententia dicatur continere mixturam, debet eſſe expreſſa, & non ſatis eſt ſi ſit implicita ad effectum Appellationis *vt per Gratian. diſcept. 694. num. 38.*

Opponebatur Secundo quod Illuſtriſſimus D. Vicelegatus commiſerat D. Loc. vt cognoſceret de titulo ſed Reſpondebatur quod non ideo cauſa ex poſſeſſoria, effecta eſt petitoria per huiuſmodi reſcriptum cum poſſit cognoſci aliquo modo de titulo etiam in cauſa poſſeſſoria ad effectum vidēdi an obſtet vel ne, an debeat vel non debeat admitti vel etiam ad effectum prælationis quia non eſt nou-
12 um in concurſu poſſeſſionum, præferri poſſeſſionem iuſtam & titulatam *cap. licet cauſam vbi DD. de probat. Gratian. diſcept. 402. nu. 1. & poſt Bart. Innocent. & alios Ludou. dec. 412. num. 2. Buratt. dec. 730. num. 7.*

Tertio demum obiciebatur quod D. Loc. videretur pronunciaſſe ſuper proprietate dum mandauit præcipi Amainam recognoſci in Dominam, & patronam & dum vltimo ſtetit in Decretis immiſſio-
13 nis, & præcepti. Et ad effectum admittendæ vel reiiciendæ Appellationis, verba ſententiæ ſunt attendenda *Contard. in leg. vnic. C. ſi de moment. poſſ. limit. 2 num. 13. Eugen. conſ. 72. num. 20. & 21. Amat. dec. Fer. 15. nu. 6. Ferentill. ad Buratt. dec. 625. num. 11. Idem Buratt. dec. 208. nu. 1.* vbi quod ideo ſententia declarans aliquem teneri & obligatum eſſe ad ſoluendum eſt appellabilis non obſtante obligatione Camerali.

Sed Reſpondebatur quod quatenus Decreta D. Loc. continerent poſſeſſorium & petitorium, exequtio ſolum poſſeſſorium reſpiciebat & petitorium nullo modo percutiebat immo nec poſſeſſorium mortaliter vulnerabat, cum in deuolutiuo iura reſeruarentur. At melius dicebatur quod per præceptum de recognoſcendo in Dominam, & patronam factum Colonis vel alijs non dicitur pronunciatum ſuper dominio præſertim quando vt hic factum eſt in exequtione immiſsionis quia non ſpectatur dominium principaliter
14 ſed incidenter quatenus ex poſſeſsione reſultat ſeu præſumitur dominium quando de eo incidenter agitur *ad tex. in leg. 2. C. de prob. gl. in leg. quoties C. de rei vindic. in verb. dominio Rip. poſt alios in leg. rem. quæ nobis nu. 52. ff. de acq. poſſ. & in leg. naturaliter §. nihil commune num. 15. ff. eod. Menocch. de præſ. lib. 1. q. 48. num. 6. & melius*

lib.

lib. 4. preſ. 116. num. 37. & lib. 6 præſ. 63. num. 11. nam finis pre-
15 cepti eſt perceptio fructuum quæ eſt actus poſſeſſorius cum poſſeſſio probetur ex fructuum perceptione etiam per manus coloni *Gab. post alios concluſ. 4. num. 2. & 3. de locatione Buratt. dec. 466. num. 1.*
16 quemadmodum etiam econuerſo ex poſſeſsione probatur fructuum perceptio non dato alio poſſeſſore *Rot. dec 21. de prob. in nou. & coram Seraph. dec. 1241. num. 6. & coram Buratt. dec. 921. num. 4. & dec. 947. num. 3.*

ARGVMENTVM.

De pacto ſuper Damnis, & expenſis de Arbitrio boni viri & de alijs de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor obligatus principaliter, habetur pro principali quod ad creditorem.*

2 *Pactum ſuper expenſis an trahatur ad damna & econuerſo.*

Ad probanda damna ſufficiunt leuiores probationes.

Nomine intereſſe venirunt fructus etiam ad inducendam conformitatem ſententiæ.

3 *Expreſſum facit ſilere tacitum.*

Generalis diſpoſitio non trahitur ad ſpecificata nec Clauſula in fine poſita refertur ad ea.

4 *Appellatione boni viri intelligitur Iudex.*

5 *Nomine Arbitrij in dubio intelligitur non liberum ſed regulatum.*

6 *Non repetit expenſas qui geſſit negocium proprium.*

7 *Erranter & indebite ſolutum repetitur.*

Errantis nulla eſt voluntas. Amplia vt ibi.

8 *Error in minore facile præſumitur.*

Minor præſumitur indebitum ſoluiſſe niſi recipiens, debitum probet.

9 *Contractus a conuentione legem accipiunt. Et pacta ſunt ſeruanda.*

10 *Pactum eſt ita interpretandum vt aliquid operetur.*

11 *Pactum dubium recipit interpretationem ab obſeruantia, & exequtione.*

12 *Facilius conceditur retentio quam petitio vel repetitio.*

13 *Regula quod nemo debeat cum alterius iactura loqupletari locum habet etiam in pupillo ac etiam in Eccleſia.*

14 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

De-

DECISIO LXIX.

DOminus Alfonſus Iſnardus tanquam hæres patris fideiuſſoris pro Paulo mutinenſe principali debitore ſcuttorum 300., ſoluit D. Ioſepho Blanco creditori lib. 750. reſiduum ſortis prædictæ reſeruato iure pro damnis, & intereſse Et quia idem D. Iſnardus peracto iudicio aduerſus bona Pauli reportauit Decreta pro recuperanda ſorte cum damnis intereſse, & expenſis, Blancus pacto conſenſit vt ex pecunijs vt ſupra recuperandis ſatiſfieret de expenſis effectiue per Iſnardum factis in prædicto iudicio iuxta liſtam iudicandam Arbitrio boni viri Poſt hæc depoſitis in Banco libris 269. pro damnis & expenſis, conſenſit idem Blancus integram illam ſummam conſignari eidem Iſnardo pro prætenſis expenſis, Inde vero conuentus Iſnardus a Blanco ad reſtitutionem lib. 139. ex quo hæc portio non pro expenſis ſed pro damnis depoſita fuerit, fuit a D. Loc. condemnatus ad reſtituendas lib. 130. vnde Appellauit ad Rotæ Prætorem. Et pro Blanco Primo dicebatur ei deberi ex forma Statuti damna & intereſse pro quibus fuerat grauatus, principalis debitor in ſumma prædicta librarum 139. prout illa ſoluit & depoſuit comprehenſa in ſumma maiori lib. 269. & quæ vtique ſi ipſe non ſoluiſset, adhuc D. Iſnardus de proprio cogi potuiſset ad ſoluendum tanquam hæres fideiuſsoris principa-
1 liter & in ſolidum obligati qui quo ad creditorem habetur pro principali debitore & pro correo debendi *Bart. in leg. reos ff. de duob reis Seraph. dec. 558. num. 6. Ludouiſ. dec. 445. nu. 2. & ibi Beltram. nu. 8. qui alias Rotæ Deciſiones adducit Buratt. dec. 645. num. 6. Rot. dec. 241. num. 2. par. 1. recentiſſimarum ſeu poſthumarum* vbi quod fideiuſsor obligatus tanquam principalis ſoluere tenetur eodem modo quo principalis debitor teneretur.

Secundo quod pactum D. Iſnardo prodeſse non videbatur ad effectum de quo in cauſa quoniam loquebatur de expenſis pro quibus debitor fuit grauatus in ſola ſumma lib. 130. vnde licet D. Iſnardus maiores fecerit expenſas, ſi debitor ad eas non tenetur, multo
2 minus creditor ipſe tenebitur & pactum ſuper expenſis non comprehendit damna quæ ſunt diuerſa & diuerſo iure cenſentur, vnde abſolutus a damnis non cenſetur abſolutus ab expenſis nec e conuerſo *cap. in noſtra pen. de iniurijs* vbi quod remittens damna non cenſetur expenſas remittere *gl. in leg. 1. §. fin. ff. ſi quis iuſdicent non obtem-*

temper. vbi Bald. num. 1. quod Appellatione expenſarum non veniunt damna *Oſaſch. dec. 45. num. 2. Surd. dec. 261. per tot.* vbi quod abſolutus ab expenſis non cēſetur abſolutus a damnis *quod poſt Rom. & Rot. probat etiam Gratian. diſcept. 33. num. 54* vbi etiam quod ad probanda damna ſufficiunt leuiores probationes. Quamuis Statutum lib. 4 cap. 69. diſponat quod condemnatus de damno dato cenſeatur etiam condemnatus in expenſis; Et quamuis etiam nomine intereſse veniant fructus etiam quo ad inducendam conformitatem ſententiarum *Surd. conſ. 296. num. 28. & 29. Honded. conſ. 30. num. 29. lib. 1. Ludouiſ. dec. 156. num. 9. Ferentill. ad Buratt. dec. 567. num. 12.*

Tertio quod ſuper damnis aderat pactum expreſsum reſeruatiuum
3 ad fauorem Blanchi, & certum eſt quod expreſsum facit ſilere tacitum *leg. fin. C. de pact. conuent. leg. ſi fundum ſub conditione §. Stycum ff. de leg. 1. Euerard. in loco ab expreſſo ad tacitum Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 6. num. 4. & pactum ſimplex licet generale non trahitur ad expreſſè ſpecificata leg. Doli Clauſula ff. de verb. oblig.* & Clauſula in fine poſita non refertur ad præcedentia habentia ſpecialem, & claram, & determinatam diſpoſitionem, & prouiſionem *late poſt alios Gab. concluſ. 9. de Clauſulis num. 8. & 9. Buratt. in Fauentina beneficij dec. 21. num. 12.*

Quarto quod pactum erat vt reficerentur expenſę D. Iſnardo iuxta liſtam iudicandam arbitrio boni viri, quod impletum videbatur à
4 Iudice qui expenſas taxauerat iuxta formam Statuti nam Appellatione boni viri intelligendus eſt Iudex *tex. eſt qui gloſat ſe ipſum in leg. continuus 137. §. cum ita ſub initium ff. de verb. oblig.* ibi eam rem ad Iudicem ideſt bonum virum remittamus *leg. ſtabis §. ſorore ff. de fideicom. libert. leg. vir bonus 18. vbi gl. ff. Iudic. ſolu. leg. fin. §. ſed & ſi quis vbi Bald. C. commun. de legat. Bart. in leg. ſocietatem §. arbitro-*
5 *rum ff. pro Soc. Gratian. diſcept. 170. nu. 13.* & nomine arbitrij intelligendum eſt non liberum ſed regulatum à iure & ab intellectu magis quam à voluntate *ad tex. in leg. 1. §. ſi æs alienum ff. de bon. eorum* ibi Prætor liberum non habet arbitrium *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 8. num. 1. & quæſt. 13. num 15. & 18. & in probem. num. 6. & 9. & lib. 2. caſ. 145. nu. 5. Rot. dec 826. in princ. p. 4. diuerſ. Ludou. dec. 189. num* 3. licet vigore arbitrij poſsit aliquid detrahi de rigore *vt dixi dec 17. num. 5. & 6.* ſed nemo vir bonus videbatur arbitrari poſse vt Blanchus de ſuo reficeret expenſas Iſnardo qui eas tene-

 batur

6 baturerogare de proprio cum proprium negotium agerent *ad tradita per Seraph. dec. 925. nu. 4. vbi poſt Bald. in leg. fin. C. de iure delib.* firmat hæredem non repetere expenſas factas pro recuperandis bonis hæreditarijs quatenus geſſit negotium proprium.

7 Neq; obſtabat ſolutio quoniam ſolutum indebite non ſcienter ſed per errorem, repeti poteſt per conditionem indebiti *leg. cuius per errorem ff. de reg. iur. leg. 1. & tot. tit. ff. de condit. indeb.* Nihil enim conſenſui magis aduerſatur quã error *leg. nihil conſenſui, §. nihil ff. de reg. iur. leg. ſi per errorem, ff. de iuriſdict omn. Iud.* & errantis nulla eſt voluntas *leg. non idcirco ff. de iur. & fact. ignor.* Immo ferendus non eſt dicẽs eum conſenſiſſe qui errat *d. leg. ſi per errorem 15. ff. de iuriſd. omn. Iud. Dec. in d. leg. nihil conſenſui,* vbi quod regula illa nullam habet limita-

8 tionem *Ludou. dec. 179. num. 5.* Et licet error in maiore ſoluente non præſumatur niſi probetur, *vt dixi ſupra dec. 65 nu. 10.* Error tamen in Blanco tanquã minore facile præſumi poterat, *vt poſt Bald. Aret. Crauet. Dec. Ruin. Socin. oſtendit Maſcard. de prob. concluſ. 639. num. 15. & probat tex in leg. cum de indebito 25. ff. de prob. verſ ſin autem* vbi minor ſoluens pręſumitur indebitum ſoluiſſe niſi recipiens, probet debitum.

Sed D. Iſnardo primo fauebant verba pacti ibi,(Che debba eſſer rifatto delle ſpeſe effettiuamente fatte) vnde ſi probatur huiuſmodi expenſas fuiſſe effectiue factas vſq; ad ſummam ſibi ſolutam, verifi-

9 cantur verba pacti à quibus non eſt vllo pacto recedendum, nihil enim humanæ fidei magis congruit quã pacta ſeruare *leg. 1 ff. de pact. vbi gl. in verb. cõuenta leg. in conuentionibus 52 ff de verb. oblig.* Et contractus à conuentione legem accipiunt *leg. 1. §. ſi conuen., ff. depoſit. leg. legem C. de pact. Amat. dec. Ferrar. 7. nu. 1. 2. & 3.*

Secundo ſi expẽſæ reficiẽdæ forent iuxta taxã ſtatutariã, pactũ nihil operaretur pręſertim in illis verbis (effettiuamente fatte) & in illis

10 (da giudicarſi ad arbitrio d'huomo da bene)& tamen pactũ ita debet ſemper interpretari, vt non ſit eluſorium, & inane, ſed aliquod operetur *ad tex. in leg. fin. vbi laſ. ff. ſi cert. petat. & in leg. ſi quando 209 ff. de leg. 1. Bald in rub. C. de contrahen empt. nu. 9.* vbi quod non debet eſſe minimum verbum in contractu ſine virtute aliquid operandi, *Oinot. in §. ſi plures inſt. tit. de fideiuſſ nu. 10. Menoch. de præſumpt. lib. 6. preſ. 4. nu. 25. 30. 34. 36.*

Tertio cum fuiſſent ſolutæ expenſæ effectiue factæ nõ habita ratione ad leuem taxam ſtatutariam, ſublata videbatur dubitatio pacti

qua-

Digitized by Google

11 quatenus dubium extitiſſet, quia recipiebat interpretationem, & declarationem ab obſeruantia, & executione *ad tex. in leg. ſi de inter- pretatione ff. de legib. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 1. nu. 5. Rot. dec. 350. nu. 4. par. 1. recentiſſimarum ſiue poſthumarum, vbi in ſpecie poſt Caſtrenſ.* quod ſolutio ſubſecuta multum deſeruit pro declaran-
12 da partium intentione. Accedebat quod facilius conceditur retentio quam repetitio ad tradita in caſu notabili *per Rot dec. 900, nu. 1. & 2. par. 4. diuerſ.*

Quarto ſi Blancus feciſſet ſimiles expenſas aduerſus Iſnardum, vtiq; factas vltra taxã ſtatutariam amiſiſſet, ergo non debebat eas lucrari cum damno Iſnardi qui ſponte ſoluit, & litem proſecutus eſt ad-
13 uerſus principalem debitorem, tum quia nemo debet cum alterius iactura locupletari *leg. nam hoc natura ff. de condit. indebit. cap. locupletari de reg iur. in ſexto Buratt. dec. 714. nu. 4.* vbi loquitur in minore: Et procedit ne dum in minore, ſed etiam in pupillo, *§. nunc admonendi, verſ. ſin autem inſt tit. quibus alien. lic vel non leg. pupillo ff. de ſolut. l. g. apud Celſum 4. §. ſi quis pupillo ff. de doli mal. & met except.* ac etiam in
14 Eccleſia, *Felin. in cap. cum cauſam num. 26. de re iudic. Buratt dec. 814. nu. 4. & ibi Ferentill. in litt. A.* tum quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum *leg. ſed & ſi quis ff. quem teſtam. aperiantur leg. ſi ſeruus §. quod vero, ff de furt. cap. cum non deceat 30. De elect. in ſexto tex. elegãs in leg. ſi quis 14. §. ſed interdum, ff. de relig. & ſumpt. funer.* ibi ſatis plus fuit vt ſepeliret, non etiam vt ſuo ſumptu id faceret.

Cum prædicta hinc inde partibus obiectaſſem, eas denique concordaui.

ARGVMENTVM.

Libris notariorum quando credatur. Compenſatio quando admittatur. Iurium reſeruatio quando fiat, & quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Compenſationis exceptio opponi poteſt etiam poſt ſententiam, & rem iudicatam, & quare.*
2 *Libris notariorum quando credatur ex forma Statuti, & quando de iure communi, & num. 4.*
3 *Scriptura non recognita parte opponente non probat.*
5 *Compenſatio inter liquidum, & illiquidum non admittitur.*
6 *Quando poſſit in ſententia fieri iurium reſeruatio.*
Et an arbiter poſſit reſeruare ſtante ſtatuto probibitiuo.
Reſeruatio Iudicis vel partis, non tribuit ius ſed conſeruat.

De-

DECISIO. LXX.

DOmini Iacobus, & fratres de Zecchinis vti hæredes patris inſtituerunt iudicium coram D. Locumt. contra D. Franciſcum, & Carolum hęredes Io: Baptiſtæ Oliuerij pro pretio rerum acceptarum ex fundaco,& obtinuerunt eos grauari qui appellarunt opponentes exceptionem compenſationis ex quo Oliuerius eſset creditor Zecchini in ſumma maiori ex cauſa mercedis ſibi debitæ pro rogitibus,& copijs Inſtrumentorum, & actorum de

1 quibus in notula eiuſdem Oliuerij producta: Quæ quidem compenſationis exceptio proponi, & opponi poteſt etiam poſt ſententiam,immo & poſt rem iudicatam cum illam non impugnet, ſed cũ eadem compatibilis ſit *ad tex in leg.2.C.de compenſ. Felin.in cap.ſuborta nu.7.de ſent.& re iudic.Ludouiſ dec.342.nu.2.*

2 Obſtabat autẽ Oliuerio *Statutum lib.12.cap.41.* vbi diſponitur quod non credatur libris notariorum in quibus deſcripti ſint eorum debitores niſi ſint bene ordinati, & accedat eorumdem iuramentum: Hoc autem in caſu deficiebat vtrumq; quoniam verſabamur in notula,& non in libro, & notarius iam defunctus iurare non poterat.

3 Accedebat quod notula illa tanquam non recognita non poterat fidem facere *ad tradita in fortioribus per Gratian. diſcept. 895. nu.3. & per Ferenill. ad Burat.dec.475 nu.19.* intelligo parte opponente, *vt per eundem Buratt. dec.347.nu.7.* Sed & ex diſpoſitione iuris commu-

4 nis huiuſmodi libris notariorum non videbatur credendũ niſi quando libri ex neceſſitate officij detinentur vt Romæ *ad tex. in leg. Argentarius, & in leg. quadam §. nummularios cum vtrobique notatis ff de edend. & in his terminis per Burat.dec.174.nu.1.* Vnde cum non ſatis conſtaret de credito compenſando,credidi non eſse admittendã

5 compenſationem quæ non admittitur inter liquidum,& illiquidum *leg. fin. C. de compenſ.* vbi dicitur quod cum debito certo, & indubitato creditum non liquidum ſed ambagibus innodatum vel maiorẽ expoſcens indaginem non compenſatur, *Rota coram Ludou. dec. 152. num. 5. & coram Buratto dec. 443. num. 1. & dec. 880. num. 5.* Et ita confirmaui grauamen ad fauorem Zecchini reſeruaui autem

6 Oliuerijs iura melius docendi de prætenſo eorum credito, poteſt enim pronunciari ſuper liquido, & illiquidum reſeruari *ad tex. in d. leg. fin. C. de compenſ.* ibi ſi compenſationes ampliorem expoſcant indaginem, alij iudicio reſeruentur, *& in fortioribus terminis poſt*

Bald.

Bald. Guido papa quæſt. 67. per tot Rot. penes Marcheſan. de Commiſſ. par. 2. in toletana pecuniaria coram Pamphilio 13. Aprilis 1581. Amat. dec. Fer. 11. num. 22. & dec. 45. num. 42. & dec. 50. num. 12. & ſeq. & num. 15. vbi an & quando arbiter poſſit reſeruare iura ſtante Statuto id prohibente Prout fit etiam reſeruatio quando eſt facta probatio ſuper ſubſtantia ſed non ſuper quantitate *ad tradita per Bart. in leg. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. & per Gratian. poſt alios diſcept. forenſ. cap. 3. nu. 26.* reſeruatio autem iurium vt verbum ipſum ſonat uon addit ſed conſeruat, & intelligitur quatenus iura de iure competant *Crauett. conſ. 29. num. 8. Gab. conſ. 61. num. 18. & conſ. 66. num 43. lib. 2. Amat. qui loquitur de reſeruatione Iudicis dec. Fer. 45. num. 43. Ludouiſ. in Ferrarien. bonorum dec. 85. num. 11* qui loquitur in reſeruatione partium, & contrahentium, & dicit quod natura reſeruationis eſt, nullum ius de nouo tribuere, ſed quod prius competebat conſeruare.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum manu teſtatoris ſcriptum vel ſubſcriptum, ſine teſtibus quando valeat, & alia de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla, conſtito de bono iure poteſt confirmari vel reuocari, & ſimul pronunciari vt in prima limita vt num. 18.*

2 *Non de lege ſed ſecundum legem eſt iudicandum.*

3 *Teſtamentum patris manu ſcriptum vel ſubſcriptum etiam ſine teſtibus valet inter liberos.*

4 *Et an valeat fauore piæ cauſæ.*

5 *Per petitionem compromiſſi Statutarij ſuſpenditur Iudicis iuriſdictio.*

6 *Actus nullus non meretur nomen actus.*

Sententia nulla non meretur nomen ſententiæ.

7 *Exceptiones impedientes litis ingreſſum, impediunt compromiſſum.*

8 *Appellatio ligat manus iudicis, & partis.*

9 *Appellatio friuola non eſt admittenda.*

10 *Deficiente ſuppoſito, deficit diſpoſitum.*

Suppoſitum eſt ante omnia verificandum.

11 *Decretum interpoſitum etiam in parte ex falſa cauſa, totum eſt nullum.*

12 *Reſcriptum obreptitium vel ſurreptitium, nullum eſt. Declara vt ibi.*

Habet tacitam conditionem ſi preces veritate nitantur.

13 *A reiectione compromiſſi datur appellatio.*

14 *Notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati.*

Xxx 15 Sen-

15 Sententia quæ non iuſtificatur ex actis dicitur notorie iniuſta, & nulla, & quare.

16 Teſtamentum à patre ſcriptum vel ſubſciptum etiam inter liberos indiget recognitione.

17 Parte non opponente non requiritur recognitio.
Confeſſio correi vel litis conſortis, alteri non nocet.

18 Teſtamentum à patre ſcriptum vel ſubſcriptum ſine die, & anno an ſuſtineatur inter liberos.

DECISIO. LXXII.

Domina Camilla Sanuitalis inſtituit Iudicium coram D. Loc. aduerſus DD. Hieronimum, & Cæſarem eius fratres pro conſequendis vna domo, & duobus caſalibus ſibi relictis in teſtamento q. D. Nicolai communis eorum patris eius manu conſcripto. abſq; tamen notario, & teſtibus. Et D. Locumtenens non obſtante petitione comptomiſſi, & appellatione à proceſſu ad vlteriora cõdemnauit fratres quorũ alter videlicet D. Hieronimus principaliter dixit de nullitate, & appellauit ad Illuſtriſſimum Vicelegatum qui mihi tanquam Rotæ Prætori cauſam commiſit cum facultate ante omnia cognoſcendi de nullitate ſuper qua fuit à me petitum in primis pronunciari.

Et ſane prima fronte videbatur nullitatum nullam habendam eſſe rationem hoc in caſu quia ſententia quamuis nulla, quando conſtat
1 de bono iure poteſt in totum confirmari vel in parte in qua bonum ius apparet *Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. null. num. 129. Scaccia de appell. quæſt. 11. num. 114. & ſeq. Caualcan. dec. 25. per tot. par. 1. Amat. dec. Fer. 19. num. 18.* vel ſaltem poteſt ſententia vti nulla reuocari, & eodem contextu pronunciari vt in prima *Put. dec. 27. lib. 3. Egid. dec. 295. Acchil. dec. 14 de commiſſ. Seraph. dec. 857. nu. 31.* conſtare autem videbatur hoc in caſu de bono iure ex caſu legis quæ diſputatiouem non admittit poſt quam condita eſt, tunc enim non
2 de lege ſed ſecundum legem eſt iudicandum *vt dixit eleganter Iſidor. lib. 1. etymologiarum relatus à Gratiano in can. erit autem lex. 4. diſt.*
3 nam quod teſtamentum patris manu ſcriptum vel ſubſcriptũ etiam ſine notario, & teſtibus ſuſtineatur, & valeat inter liberos *probat tex. in Auth. quod ſine C. de teſtam. & in §. nos igitur omnia vnde ſumi-*
4 *tur Auth. de teſtam. imperfect.* immo licet controuerſum ſit an diſpoſitio dictarum legum loquentiũ inter liberos locum habeat etiam in te-

in teſtamento condito ad pias cauſas in quo Articulo negatiuam ſententiam communiorem aſſeruit *Soc. Iun. conſ. 189. num. 66. & in foro fori ſequendam putauit Clarus in § teſtamentum quæſt. ſeptima verſ. aliquando* attamen contrarium iudicauit *Rota Romana coram Cantuccio ad fauorem Eccleſię Sancti Rocchi dec. 74 par. 2. diuerſorum, & in prænestina hæreditatis coram Buratto dec. 475. num. 1. & 2. & per tot.* & ego ipſe Romæ ad fauorem Baſilicæ Sanctæ Marię maioris tanquam Iudex deputatus ab Eminentiſſimo Cardinali Antonio Barberino Archipreſbitero eiuſdem Baſilicæ ſententiaui validum teſtamentum D. Hieronimi Nardi eius manu ſcribſcriptum licet abſque teſtibus, & ſententiam hanc meam *confirmauit Rota coram R.P.D. Motmanno die 5. Martij 1636.*

His tamen non obſtantibus, poſtquam partium concordiam, pro qua non parum laboraui (conſequi non potui) credidi declarandam eſſe ſententiam nullam.

Primo quia pro parte D. Hieronimi fuerat petitum fieri compro-
miſſum *iuxta formam Statuti lib. 2. cap. 22.* per quam petitionem
5 ſuſpenſa erat Iudicis iuriſdictio *vt poſt Bald. & alios oſtendit Lancel-*
lott. de atten. penden. compromiſſ. par. 2. cap. 15. num. 182. & ſeq. Rota
penes Zacchiam de oblig. Camar. dec. 146. num. 11. vnde cum D. Loc.
6 non obſtante petione prædicta proceſſerit, proceſſus tanquam nul-
lus cum omnibus inde ſequtis corruebat ex inſanabili defectu iu-
riſdictionis *ad tradita per Vant. de nullit. ex defec. Iuriſd. n. 6.* nec dici
poteſt iudicatum ab eo qui iuſdicendi non habet *leg. 1. §. fin. ff. ad*
Tertullian. leg. 1 §. hæc verba ff. quod quiſque iuris leg. 2. in fine ff. de pen.
& generaliter Actus nullus non meretur nomen actus *leg. ſicuti §. 1.*
ff. de oper. libert. leg. non dubium C. de legib. Iaſ. in leg. 4. § condemna-
tum ff. de re iudic. ibi dicendum condemnationis verbum non tenere
Surd. conſ. 99. num. 20. lib. 1. Ludou. dec. 486. nu. 12. vbi quod ideo
ſententia nulla, nullum parere poteſt iuris effectum. Quod abſq;
difficultatę procedebat hoc in caſu in quo ex aduerſo nulla fuit op-
7 poſita exceptio ex impedientibus litis ingreſſum, & quæ compro-
miſſum impediunt *vt per Barbat. conſ. 53. per tot. lib. 4. & poſt alios*
per Honded. conſ 84. nu. 8. lib. 1.

Secundo quia ſententia fuit lata poſt interpoſitam appellationem
8 per D. Hieronimum a citatione, & proceſſu ad vlteriora quę vtiq;
ligat manus Iudicis, & partis, & proceſſum anonullat ipſo iure
cap. per tuas de ſent. excom. cap. non ſolum de appell. in ſex. Bellam. dec.

707.

707. *poſt initium Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. num. 168. & ſeq.* neque hanc nullitatem ſanabat reſcriptum Illuſtriſſimi D. Vicelegati quoniam erat cum clauſula iuſtificante, & cum expreſſo ſuppoſito quatenus appellatio foret interpoſita à ſola citatione vt dicebatur in memoriali, quo caſu forte tanquam friuola potuiſset etiam à Iudice non admitti *iuxta tex. in cap. cum appellationibus friuolis de appell. in ſex. ibi nec iuſtitia defert, nec eſt à Iudice deferendam Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 36. num. p. & Latius dixi ſup. dec. 60. num. 1. & ſeq.* cum ergo non fuerit appellatum a ſola citatione deficiebat ſuppoſitum, & conſequenter deficiebat etiam diſpoſitum
10 *leg. Mancipia vbi DD. C. de ſeruis fugit. Buratt. dec. 52. num. 4. Amat. de Fer. 4. num. 43. & dec. 31. num. 8.* vbi quod ſuppoſitum debet ante omnia verificari. Et ſicut Decretum interpoſitum ex falſa cauſa
11 ſa ſiue per expreſſionem falſitatis ſiue per taciturnitatem veritatis eſt nullum *leg. ſi preces C. de prad. minor. vbi gl. Bald. & ſalicet late Iaſ. in leg. ſi is ad quem num. 15. & ſeq. ff. de acq. hæred. Natt. conſ. 631. num. 36. & poſt alios Buratt. dec. 336. num. 2. & 3.* vbi Ferentill. ampliat etiam quando cauſa eſt partim vera, & partim falſa, *& dixit etiam Iaſ. vbi ſup. num. 17. & num: 4. & num. 27.* ampliat quod licet ſubſit cauſa vera, adhuc actum ex cauſa falſa eſt nullum Ita
12 etiam reſcriptum ſubreptitium & magis obreptitium nullius eſt momenti, & mendax carere debet impetratis *leg. & ſi legibus 5. C. ſi cont ius vel vtilit. publ. cap. 2. de reſcript.* vbi quod etiam non expreſſa, tacite ineſt clauſula (ſi preces veritate nitantur) *leg. vniuerſa, C. de diuerſ reſcrip.* vbi plus dicitur non valere principis reſcriptum non habens clauſulam, ſi preces veritate vitantur *late Menoch de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 201. num. 2. & 3.* vbi quod reſcripta tam gratię quam iuſtitiæ irritantur ex ſubreptione vel obreptione, illa ipſo iure, hæc ſaltem ope exceptionis *adde Ferrentill ad Buratt. in Senen. Bonorum dec. 74. num. 6.* ſed vere friuola dici non poterat appellatio hoc in caſu etiam a ſola citatione quia per citationem
13 ad ſententiam tacite, & facto reiiciebatur exceptio vel petitio compromiſſi à qua reiectione dabatur appellatio *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 15. num. 186.*
14 Tertio quia ſententia laborare videbatur vitio notoriæ iniuſtitiæ quę nullitati ęquiparatur *ad tex. in cap. inter cęteras de Re Iudic & poſt plurimos canoniſtas, & legiſtas oſtendit Ant. Gab. concluſ. 10. de ſentent. num. 1. Amat. dec. Fer. 41. num. 14. Rot. dec. 599. num. 1. & dec. 743. num. 5.*

num. ſ. par. 1. *recentiſſimarum ſeu poſthumarum, & prius coram Ludou.*
15 *dec.* 330. *num.* 1. Et dicitur notorie iniuſta, & nulla quando non iuſtificatur ex actis *Pariſ. conſ.* 54. *num.* 2. *lib.* 4. *Gab. conſ* 28. *num.* 6. *lib.* 1. *Ceſ. de Graſſis dec.* 16. *in fine de ſent. & re iudic. Seraph. dec.* 1261. *num.* 5. *Ludou. dec.* 1. *nu.* 4. *vbi Beltram. num.* 5. *& ſeq.* addit rationem quia nõ poteſt Iudex ex ſententia quam Rota ſequitur moueri ad iudicandum extra acta. *Idem Ludou. d. dec.* 330. *nu.* 4. quod autem ex actis non iuſtificaretur ſententia prædicta, patebat ex eo quod teſtamentũ illud ſeu cedula quæ dicebatur patris manu conſcripta,
16 nõ erat recognita, & tamẽ neceſſario requirebatur recognitio *Abb. conſ.* 98. *nu.* 1. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 895. *nu.* 30. *Cauall. dec.* 553.
17 *num.* 2. *Ferentill. ad Buratt. dec.* 475. *num.* 19 Neque obſtabat quod parte non opponente recognitio non requiratur *Rota apud Zacchiam de oblig. Camer. dec.* 104. *num.* 2. *& coram Verall. dec.* 99. *num.* 3. *par.* 1. *& coram Buratt. dec.* 750. *num.* 6. *& prius coram eod dec.* 347. *num.* 7. *&* 8. vbi quod poteſt etiam poſt ſententiam fieri recognitio, & quando pars opponit. Reſpondebatur enim quod D. Hieronimus ſatis oppoſuit dicendo cedulam eſſe ſcartafacium; Et licet alter frater non oppoſuerit, eius tamen etiam expreſſa confeſſio, litis conſorti nocere non poterat *Rot. coram Ludou. dec* 556. *num.* 10. *& in par. prima recentiſſimarum ſeu poſthumarum dec.* 96 *num.* 2. *& dec.* 211. *nu.* 3. vnde ceſſabat fundamentum factum in bono iure cum potius
18 conſtare videretur de contrario eo magis quo teſtamentum prædictum erat abſque die menſe, & anno, & ſic dubitari poterat an etiam inter liberos ſuſtineretur *ad tradita per Abbat. d. conſ.* 98. *num. p. arg. tex. in d. Auth. quod ſine Simon. de pret. de interpret. vlt. vol lib.* 2. *fol.* 105. *num.* 5. *&* 6. *Gratian. diſcept.* 207. *num.* 6. *& diſcept.* 895. *num.* 40. *& ſeq. Buratt. dec.* 475. *num.* 3. qui videtur admittere quando deficit annus. Ceſſabat etiam fundamentum prędictum licet de bono iure conſtaſſet ex quo nullitas fuerat oppoſita, & principaliter intentata, *& ex alijs traditis per Amat. d. dec. Fer.* 19. *nu.* 20. *&* 22 *& latius per Beltram. ad Ludou. in tudertina damnorum datorum dec.* 176. *num.* 16. *& per Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 22. *per tot.*

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus litis quando debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & ſumptus litis debentur conſtito de paupertate, & ſtante præſumptione boni iuris.*

2 *Filius fam. præſumitur pauper ad effectum de quo ibi.*
3 *Pręſumptio boni iuris reſultat ex ſententia non obſtante appellatione.*
Cauſa alimentorum prouiſionalium eſt priuilegiata vt ibi.
4 *Frater habens, tenetur alere ſororem non habentem præſertim quando vt num 6.*
5 *Tenetur etiam dotare ſororem, non tamen vterinam.*

DECISIO LXXII.

IN cauſa prædicta ante omnia inſtante ſorore pro
alimentis, & ſumptibus litis mandaui vt ſolue-
rentur ei per fratres ſcuta triginta per modũ pro-
uiſionis, & abſque præiudicio iurium ambarum
1 partium motus quoniam alimenta, & ſumptus li-
tis debentur à collitigante conſtito de pauperta-
te petentis, & ſtante præſumptione eius boni iuris *Surd. de aliment.
tit. 1. quæſt. 120. num. 8. afflict. dec. 11. num. 1. & 2.* vbi loquitur in
ſorore petente legitimam in prima inſtantia *Lancellott. de attent. par.
2. cap. 4. limit. 11. num. 20. vbi in ſpecie de fratre, & ſorore Ludou. dec.
189. num. 1. & ibi Beltram. nu. 7.* vbi ampliat, & limitat, & decla-
2 rat *Buratt. dec. 756. num. 5. & 7.* vbi quod ſola filiatio quando agi-
tur de bonis paternis ſufficit ad probandum vtrumque requiſitum
quoniam filius fam. tunc præſumitur pauper & filius habet primam
3 cauſam in ſucceſſione paterna. Pręterea præſumptio boni iuris ſa-
tis ad hunc effectum reſultabat ex vnica ſententia, & non obſtante
appellatione *Couar. pract. quæſt. cap. 6. num. 6. Surd. de aliment. tit. p.
quęſt. 120 num. 10. & ſeq. Rot. dec. 250. nu 2. par. 1. recenſ. Beltram.
ad Ludou. dec. 189. num. 7* nec nullitas obſtare poterat quia non erat
adhuc cognita, & quia in articulo huiuſmodi alimentorum proui-
ſionalium nulla cognitio negocij principalis, & nulla dilatio eſt ad-
mittenda *Verall. dec. 21. lib 1. & dec. 22. eod. lib. 1.* vbi quod eſt cau-
ſa priuilegiata tam quoad ordinem, & ſummarietatem quam quo
ad probationes, *& dixit Rota Bononien. die 19. Decembris 1635. pro
D Diamante de Florauantibus cum D. Peregrino de Miſciolis coram ex-
cellentiſſimo D. meo Vannuccio acutiſſimi ingenij viro quem nunc habere
me, gaudeo, & ſemper gloriabor habuiſſe collegam.* Quod facilius hic
erat admittendum ex quo etiam de iure frater habens, tenetur ale-
4 re ſororem non habentem *leg. mutus in fine ff. de iur. dot.* ibi vt egen-
tem fratrem, ſororemque ſuſtineat *leg. qui filium 4. ff. vbi pup. educ.
deb. & ibi gl. Oinot. inſt. tit. de action. in §. fuerat num. 95. Campeg. de dote*

par.

Digitized by Google

par. 1. quaeſt. 21. in fine, qui poſt gl. Cin. Bart. Bald. Abbat. probat quod
5 frater diues tenetur etiam dotare ſororem inopem, & non habentem vnde ſe dotet: *quod probat etiam Ludouiſ. in Bononien. pecuniaria 28. Iunij 1602 impreſſa poſt Amat. dec. Ferrar. 52. nu. 29. poſt Molin. Tiraq. Surd. & alios, & probare videtur etiam tex. in leg. cum plures 12. alias 13. §. fin. de adminiſtr. & peric tut* quatenus diſponit fratrem
6 dotare non teneri ſororem vterinam. Quod adhuc etiam facilius procedit quo ad alimenta quando frater omnia bona paterna poſſidet vt fratres hoc in caſu poſſidebant *ad tex. in auth. quibus modis nat effic. ſui §. ſi quis filios habens gl. in leg. ſi quis a liberis in verb. iuſte ff. de lib. agnoſc. addens ad Oinot. inſt. tit. de iure nat. gent. & ciuil. in princ. num. 13.*

ARGVMENTVM.

Viduæ quando competat in integrum reſtitutio, & quid contra pupillum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de iure tertij non admittitur quando non eſt ipſo iure excluſiuum iuris agentis.*
2 *Vidua non competit reſtitutio niſi probet læſionem.*
4 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus pariter priuilegiatum.*
5 *Priuilegium pupilli tanquam naturale videtur preferendum priuilegio viduæ tanquam accidentali.*
6 *Pro cauſa dotis dilationes breuiantur.*
7 *Priuilegia dotis ad filios tranſeunt.*
8 *Reſtitutio petita poſt concluſum in cauſa non caret ſuſpicione calumniæ. Quando dicatur calumnioſa petitio relinquitur arbitrio Iudicis.*

DECISIO, LXXIII.

Catherina, & ſoror filiæ, & heredes Iacobæ Drapperiæ inſtituerunt iudicium contra Iſabellam Prandiã hæredem Bartholomæi Drapperij pro lib. 808. reſiduo lib. 1200. promiſſarum à Bartholomęo pro dote Iacobæ prædictæ, & obtinuerunt Iſabellam condemnari præuia pronunciatione partem domus de qua agebatur, & quæ in dotis computum fuerat conſignata ſpectare ad Catherinam, & ab ea retineri poſſe ex fideicommiſſo proauię maternæ. Appellauit Iſabella.

Et primo pro ea dicebatur male fuiſſe pronunciatum domum ſupradictam ſpectare totam ad Catherinam, cum etiam ſoror illius eſſet

ad

1 fideicommiſſum vocata. Sed fuit reſponſum, quod huius modi exceptio erat de iure tertij, & ideo reiicienda cum non eſſet ipſo iure excluſiua iuris agentis, & tertia eam non opponeret *ad tex. in leg. loci corpus, ſ. competit ff. ſi ſeruit vindic. leg. 2. vbi gl. C. de iur. emphit. Bart. in leg. 2. nu. 1. ff. de except. rei iudic. Seraph. dec. 421. nu. 7. & dec. 649. n. 2. Buratt. dec. 76. nu. 18. & dec. 200. nu. 10.*

2 Secundo pro eadem Iſabella tanquam vidua petebatur in integrum reſtitutio aduerſus lapſum termini ad probandum, & aduerſus alia quæ abſtulit læſio quæ quidem reſtitutio videbatur competere ſaltem ſi vidua erat etiam egena *ad tradita per Specul. in tit. de Inſtrum. edit. ſ. nunc aliqua, & per Alex. conſ. 121. lib. 1. ſub finem, & per Odd. de reſtit in integr. par. 1. quæſt. 10. num. 34* Immo quod vidua licet eſſet Regina dici poſſit miſerabilis perſona *dixit Dec. in cap. cæterum de Iudic. arg. tex. in leg. ſed ſi ſuſceperit cum gl. ff. de Iudic. Neuiz. in ſylua nuptiali lib. 6. nu 35.* Et quod alias miſerabiles perſonæ licet diuites gaudeāt priuilegio *legis vnicæ C. quando Imperator inter pup & vid. veriorem, & communiorem dixit Nouar. de elect. & variat. for. ſect. 4. quæſt. 3. num. 3. & per tot.*

3 Sed obſtabat primo quod reſtitutio in integrum non competit niſi probetur, vel ſaltem detur fumus de læſione *leg. nam poſtea ſ. ſi minor: ff. de iureiur. cum aliis de quibus ibi per gl. in verb. docuit*, vbi quod non eo ipſo quod quis probatur minor, probatur læſus, & circumſcriptus *Cardin. in cap. auditis in ſec. oppoſ. de reſtit. in integ. Odd. de reſtit. in intgr. par. 1. quæſt 36. art. 4. nu. 36. verſ. in contrarium*, vbi teſtatur de communi ſententia etiam in terminis reſtitutionis aduerſus lapſum temporis, *Burat dec. 130. nu 2. & ibi Ferētill. nu. 14.* vbi generaliter quod fundamentum reſtitutionis eſt læſio *Dixi plenius ſupra dec. 52. nu. 5. & nūc addo Ferentill. ad Burat. dec. centeſima nu. 29* vbi loquitur in reſtitutione minoris ad dandum interrogatoria non data per tutorem.

4 Secundo quod priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus pariter priuilegiatum, *ſ. ſed & hoc preſeuti Auth. de Sanctiſſimi Epiſc. DD. in Auth. quas actiones, C. de Sacr Eccl. Nouar. de elect. & variat. fori ſect. 4. quæſt. 62. nu 2.* & multo minus aduerſus magis priuilegiatum prout

5 priuilegium pupilli tanquam naturale maius videtur, & præferendum accidentali priuilegio viduitatis *ad tex. in leg. qui habet ff. de tutel. vbi Bald. quem refert, & ſequitur Marcheſan. de commiſſ par. 2. cap. 4. num 35. Afflict. & Carauita in conſtit. Regni quos refert, & ſequitur Scaccia de appellat. quæſt. 7. nu. 128.*

6 Quar-

6 Tertio quod verſabamur in cauſa dotis cuius fauore dilationes breuiari poſſunt, & debent *ad tex. in leg. fin. C. de ſent. quæ ſine cert. quantit. DD. in leg. 1. ff. ſol. matrim. & poſt Bart. Imol. & alios, Campeg. de dote par. 1. queſt. 87. nu. 1. vbi de commun.* Et quamuis ageretur de do-
7 te matris actricum certum tamen eſt quod dotis priuilegia, & prærogatiuæ ad filios tranſeunt *gl. in leg. vnic. C. de priuileg. dotis in verbo heredem*, vbi ſic limitat textum illum diſponentem dotis priuilegia ad heredes non tranſire, *Bart. in leg. 1. ff. ſol. matrim.* vbi in ſpecie de priuilegio inſtantiæ, & petitionis dotis *quem refert Campeg. de dote par. 1. queſt. 81. nu. 1. & 4.*

8 Quarto quod non caret ſuſpicione calũniæ petita reſtitutio poſt concluſum in cauſa, & in calculo etiam ferendæ ſententiæ *ad tex. & ibi tradita per Canoniſtas in cap. Paſtoralis de cauſ. poſſ. & propriet. Odd. de reſt. in integ. queſt. 34. nu 67. Lancellot. de atten. cap. 18. nu. 60. & ſeq.* & generaliter quando calumnioſe, vel malitioſe petidicatur reſtitutio, relinquitur arbitrio Iudicis *Bald. in addit. ad ſpeculat. tit. de reſt. in integ. §. vltimo videndũ Berous conſ. 85. nu. 14. lib. 3. Beninten. dec. Bon. 85. nu. 14. in fine, Lancellot. de attent. cap. 18. nu. 70.* Cum ergo ex prædictis, obiecta non viderentur ſuffragari, credidi confirmandam eſſe ſententiam latam ad fauorem Catherinæ prout confirmari.

ARGVMENTVM.

De tacita conditione ſi ſine liberis ex leg. cum Auus, & ex leg. cum acutiſſimi.

SVMMARIVM.

1 *In ſubſtitutione facta deſcendentibus ſubintelligitur tacita conditio ſi ſine liberis deceſſerint, & nu. 2.*

2 *Preſumitur teſtator charitatem quã habuit erga vocatos, habuiſſe erga eius deſcendentes tam maſculos quam feminas.*

3 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
Precedentia declarantur per ſequentia, & è contra.
Precedentia magis influunt in ſequentia quam è contra.

4 *Abſurdum eſt perſonas predilectas eſſe deterioris conditionis quam ſint minus dilecta. Amplia vt ibi.*

5 *Femina eſt finis lineæ maſculinæ, & principium feminina. Finis agnationis, & principium cognationis.*

6 *Diſpoſitio legis cum Auus, & leg. cum Acutiſſimi, locum habet etiam quando ſubſtituti ſunt deſcendentes, vel pia cauſa.*

Digitized by Google

DECISIO LXXIV.

DOminus Coſtantinus de Michaelis inſtitutis hæredibus filijs ſuis maſculis, & ex eis deſcendentibus, diſpoſuit vt deficientibus omnibus fęminis ex deſcendẽtibus maſculis, hæreditas perueniret ad Lauram, & Annam eius filias, & ſi non extarent ad earum filios, & deſcendentes maſculos, & fęminas; Defecit Eleonora neptis ex filio teſtatoris relicto poſt ſe Antonio Maria de Nigris filio maſculo contra quem inſtituerunt iudicium Anna filia teſtatoris, & Beatrix neptis ex Laura altera filia eiuſdẽ, & petierunt immitti in poſſeſſionem domus tanquam ſubiectæ fidęi cõmiſſo prę: dicto, & purificato ad earum fauorem, & Primo obtinuerũt à D. Locumt. immiſſionem iuxta petita, ſed cum pars impetraſſet iterum audiri D. Locumt. ſtetit in Decretis quo ad immiſſionẽ addita tamen clauſula modificatiua deductis deducendis per D. Antonium Mariam iuxta liquidationem in executione faciendam; Appellauit Antonius Maria, & ego eum à petitis abſolui, motus.

Primo quoniam verba illa deficientibus fęminis, intelligenda erant
1 & ſupplenda hoc eſt deficientibus ſine filijs immo ſine liberis, hæc enim conditio ſubintelligitur in ſubſtitutione facta deſcendentibus ex tacita voluntate teſtatoris, & ex expreſſa diſpoſitione legis *tex. eſt in leg cum Auus, ff. de cond. & dem. & in leg. cum Acutiſſimi, C. de fideicom. & in l. Lucius 85. in fine ff. de hęred. inſtit. Rim. ſen. conſ. 223. nu. 48.*
2 vbi quod prę̨ſumitur teſtator charitatem quam habuit erga deſcendentem vocatum, habuiſſe etiam ad eius deſcendentes tam maſculos quam fęminas, *Rim. iun conſ. 537. nu. 1. Bertazzol. conſ. ciuili 78. nu. 4. Amat. dec. Ferrar. 4. nu. 41. Menoch. de præſ. lib. 4. prę̨ſ. 80. nu. 18. 20. & 119. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. nu. 1. & ſeq. vbi ampliat Fuſar. de ſubſtit quęſt. 393. nu. 7. & 26.*

Secundo quia teſtator in alia parte teſtamenti vocauerat nepotes, ac pronepotes in ſtirpes ſub his verbis; Ita vt in locum parentum
3 intrarent, & certum eſt quod vna pars teſtamenti, aliam declarat *leg qui non militabat §. Lucio, ff. de hæred inſtit. leg. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Gratian. diſcept. 757. nu. 7. Amat. dec. Ferrar. 55. num. 73.*

Et per præcedentia clara, declarantur ſequentia dubia, & è cõuerſo *d. leg. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. leg. 1. §. fin. C. de impoſ. lucrat. deſcript. lib. 10. Amat. dec. Ferrar. 4. num. 62. & dec. 5. nu. 10. & 18.* licet magis influant, & plus poſſint præcedentia ad declarationẽ ſequen-

tium

tium quam è cõtra *ad tex. cum gl. in leg. quiſquis ff. de leg. 3. Bart. in leg. Auia in princ. ff de cond. & dem. Iaſ. in leg. cum filio familias ff. de leg. 1. nu. 178. Mattoſilan. ſing. 51.*

Tertio quia teſtator vocauit deſcendentes ex Anna, & Laura filijs fœminis minus dilectis, ergo cenſetur etiam vocaſſe deſcendentes ex
4 fœminis natis ex maſculis, quas fœminas tanquam in ſubſtitutione prælatas non eſt dubium fuiſſe prædilectas, prout nec eſt dubium perſonas minus dilectas eſſe non poſſe melioris conditionis quã ſint magis dilectæ *ad tex. in leg. publius §. Titia, vbi Bart. ff. de cond. & dem. ibi non eſſe veriſimile, & ibi videri contra voluntatem teſtatoris, Crauet. conſ. 62. nu. 7. Ruin. conſ. 53. nu. 3. lib. 2. Fuſar. de ſubſt. queſt. 320. nu. 44. & ſeq.* vbi quod facienda eſt interpretatio ne ſequatur hoc abſurdũ etiam ſi verba improprientur, ac etiam ſi ſequatur actus, An nullatio, *& queſt 484. nu. 28.* vbi loquitur etiam quando prædilectio eſt ſolum præſumpta.

Quarto ad idem conferebant alia verba teſtamenti ibi (extincta linea maſculina, & fœminina tam dicti eius filij, & filiorum quam dictarum eius filiarum, ſubſtituit deſcendentes Agamemnonis fratris ſui, nam appellatione lineæ ſaltem fœmininæ filiorũ videbatur omnino contineri Antonius Maria pronepos ex nepte ex filio teſtato-
4 ris, nam fœmina licet ſit finis agnationis, & lineæ maſculinæ eſt tamen principium cognationis, & lineæ fœmininæ *leg. Iuriſconſultus, §. cognationis, ff. de gradibus, & affin Fuſar. poſt alios de ſubſtit queſt. 346. num. 1. 4. 6. & 15. Rota coram Ludou. dec. 383. nu 3.* vbi quod veniunt omnes deſcendentes fœminarum.

Nec obſtabat quod dicebatur, ceſſare diſpoſitionem *leg. is cum Auus* quando vt hoc in caſu ſubſtituti ſunt deſcendentes *ad tradita per Se-*
6 *raph. dec. 1206. nu. 2.* quoniam reſpondi veriorem, & communiorem eſſe contrariam ſententiam *quam bene probat tex. ipſe in d. l. cum Auus, ff. de condit. & demon.* vbi filius erat ſubſtitutus, *Mantica de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 7. num. 2. & 3.* vbi ampliat etiam ſi ſubſtituta ſit pia cauſa, *Craſ. de ſucceſſion §. fideicomm. quæſt. 21. num. 3. Gabr. concluſ. 2. de fideicomm. num. 11 fuſius, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 393. num. 72. & prius num. 55. vſque ad 61.* vbi idem probat in pia cauſa, *& allegatus ex aduerſo Seraph. dec. 1216. nu. tamen 11. Amat. dec. Ferrar. 55. num. 57.*

ARGVMENTVM.

Geſta poſt Apppellationem quando tanquam attentata reuocentur.

Ar-

SVMMARIVM.

1 *Acta poſt & contra appellationem tanquam attentata reuocantur, & nu. 2. vbi amplia.*

2 *verba indefinita negatiua, omnes caſus, & perſonas comprehendunt.*

3 *Geſta poſt appellationem à diffinitiua reuocantur licet non emanauerit inhibitio. Amplia vt ibi.*

4 *Attentans condemnatur in expenſis. Amplia vt ibi.*

5 *Attentans delinquit; Et ius, & Iudicem, & partem lædit, & æquiparatur ſpoliatori.*

6 *Agenti ad reuocationem attentatorum non obſtat excommunicationis exceptio.*

Regulariter excommunicatus non poteſt agere, ſed poteſt excipere.

7 *Poteſt Iudex ex officio etiam parte non inſtante attentata reuocare.*

Reuocatio attentatorum ſpectat regulariter ad Iudicem appellationis.

DECISIO LXXV.

MAndricardus Rouerellus obtinuit à D. Gubernator Argentæ præcipi Alexandro Duradino, vt conſignaret quædam dolia, & non obſtante negatione Alexandri fuit confirmatum præceptum, & non obſtante appellatione eadem die interpoſita, fuit executioni demandatum; Vnde Alexander inſtitit coram me reuocari attẽtata, & ante omnia, omnia in priſtinũ reduci prout
1 reuocaui, & reduxi. Certum eſt enim quod acta poſt & cõtra appellationem dicuntur attentata, & ſunt in primis omnino reuocanda,
2 *ff. nil nou. appell. pend. & Cod. vt lit. penden.* quæ legum diſpoſitiones cum ſint indefinite, & negatiue conceptæ omnes caſus, & perſonas comprehendunt, *Tiraq in leg. Boues, §. hoc ſermone in ſept. limit. nu. 4. ff. de verb. ſign. Dec. conſ. 97. num.* 1. *lib. 1.* vbi quod omnia iura clamant appellatione pendente nihil eſſe innouandum, *& conſ. 200. in princ. lib. 1.* vbi quod eſt communis regula, quod geſta appellatione pendente reuocentur, *Viuius commun. opin. lib. 2. opin. 30. incipit attentata,* vbi quod hæc eſt communis vtriuſq; iuris regula, *Buratt. dec. 74. nu. 1. & dec 434. nu. etiam 1. & dec. 185. nu. 7.* vbi ampliat etiam quando cauſa committitur cum clauſula ſine retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum, & cum facultate reuocandi attentata, *Lancellot. de attent. par. 3. cap. 22. nu. 75. & ſeq. Amat. dec. Ferrar. 21 nu. 3.*
3 *& 4.* vbi ampliat etiam ſi non emanauerit inhibitio quando ſumus in appellatione à diffinitiua, *Burat. in Vrbeuetana attentorum dec. 902. num.*

nu. 2. & ibi Ferentill. nu. 6. vbi ampliat quod appellatio ſimpliciter admiſſa etiam ſi non eſſet admittenda reddit attentata, geſta medio tempore.

4 Condemnaui etiam attentantem in expenſis *iuxta tex. in cap. Cordi de appellat. in ſexto, & in hac ſpecie conſuluit Port. Imol. conſ. 66. n 24. lib. 2. & tradit Lancellot. de attent. cap. 31. nu. 96. & ſeq. vbi ampliat.* Immo huiuſmodi condemnatio in expenſis habet etiam prærogatiuas *quas poſt Rot. retulit idem Lancellot. d. cap. 31. nu. 101 & ſeq.* Et merito

5 cum attentans dicatur delinquere, & eodem tempore, & ius, & Iudicem, & partem lædere *ad tex. in cap. Cordi de appell. in ſexto Franc in cap. bonæ nu. 14. & 39. de appell. Natta conſ. 568. nu. 4. lib. 3. Lancellot. de atten. cap. 31. nu. 1. & ſeq Buratt. dec. 642 num. 4.* vbi quod attentans

6 malæ fidei poſſeſſori, & violento ſpoliatori æquiparatur; Vnde licet excommunicatus poſſit conueniri, & excipere non autem agere *cap. Intelleximus 7. de iudicijs,* attamen agenti ad reuocationem attentatorum non obſtat excommunicationis exceptio *Magon. dec Lucenſ. 71. in princ. Rota dec. 2. de reſtit. ſpol. in nou. & coram Buratt. dec. 72 n. 7.*

7 *Ferentill. ibi num. 8.* vbi tamen quod tunc reuocantur non tam iure actionis quam officio Iudicis, qui poteſt etiam parte non inſtante reuocare, *vt dixit etiam Rota Ferrar. coram Amat. dec. 21 nu 15 & 16.* vbi additur ratio, quia non ſolum pars ſed Iudex ex attentatis offenditur *Buratt. dec. 77. nu. 2.* vbi quod reuocatio attentatorum petēda eſt coram Iudice appellationis, cuius dicitur læſa maieſtas.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio Statutaria, an & quando procedat & forenſem afficiat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de præſcriptione, an & quando procedat cum mala fide.*
2 *Non procedit in debito iurato.*
An procedat contra minores.
3 *Inducit ſaltem præſumptionem ſolutionis.*
4 *Diuturnitas tēporis inducit præſumptionem ſolutionis, & cū adminiculis probationem.*
6 *Decemnium dicitur tempus longum, ſeu diuturnum.*
7 *Statutum denegans poſt decem annos executionem Inſtrumento, non tollit creditori viam ordinariam.*
8 *Præſcriptio interrumpitur per actus maxime iudiciales.*
9 *Mala fides ſuperueniens poſt completam præſcriptionem non nocet, etiam in in foro poli.*

10 *Quomodo interrumpatur preſcriptio.*
11 *Per ſequeſtrum res non efficitur litigioſa.*
12 *Per ſequeſtrum, vel mandatum ſuſpicionis fuga non inducitur litis pendentia.*
13 *Per ſequeſtrum non interrumpitur preſcriptio.*
14 *Statutum de preſcriptione tanquam deciſorium non ligat forenſem.*
15 *Statuta laicorum de preſcriptione non ligant Clericos.*
16 *Forenſis vtens Statuto in aliqua parte, ligatur in alijs.*
17 *Forenſis ligatur Statuto de preſcriptione, quod viget in loco iudicij.*
18 *Statutum tribuens executionem Inſtrumento, ligat forenſem ſi viget in loco iudicij, licet non vigeat in loco contractus, & vide ibi.*
19 *Statuta de preſcriptione loquentia intelliguntur ſecundum ius commune.*
20 *Vnde non habent locum contra non volentes agere contra quos non currit preſcriptio ex regula natural.*

DECISIO LXXVI.

Dominus Ioannes Bonus Bononienſis, vti creditor Vincentij Delphini Piſtoris, originarij, & habitatoris terre Centi in ſumma lib. 431. pro reſiduo pretij promiſſi iu priuata ſcriptura ſub obligatione Cameralis obtinuit eum grauari à D. Gubernatore Centi, reſeruato articulo quo ad expenſas: Appellauit Vincentius ad me tanquam Rotæ Pretorem, & deducebat creditum eſſe preſcriptum quoniam fuerat contractum anno 1611. & non fuerat in iudicio petitum niſi anno 1636. Et Statutum Centi lib. 1. cap. 29. inducit preſcriptionem decennij generaliter in omnibus creditis, & ſpecialiter in prouenientibus ex cauſa emptionis, & venditionis cuiuſmodi erat illud de quo agebatur, & quod huiuſ-
1 modi Statutum de preſcriptione decēnij valeat: Immo quod quando verba diriguntur aduerſus creditorem, & alijs in caſibus procedat etiam cum mala fide (quod tamen ego firmare non auderem ſi de illa conſtaret) firmant *Bald. Caſtren. & alij quos refert, & ſequitur Ferratius cautel. 38. num. 4. & ſeq & ſuſius Ant. Gabr. concluſ. 4. de preſcript. num. 4. vbi de communi, licet contrariam quoque communem aſſerat Surd. dec. 158. num. 5. verſ. Alia tamen opinio Seraph. dec. 614. num. 1. & dec 632 nu. 1. & 3.*
3 Et quod procedat etiam in debito iurato quando iuramentum nō probatur aliunde quā ex Inſtrumento præſcripto, *poſt Paſett. & alios probat Gratian. diſcept. 490. nu. 15. & 16. Puteus dec. 116. per tot. lib. 1. latè Ferentill. ad Buratt. dec. 98. nu. 5. licet contrarium ſentire videatur*

Surd.

Surd. dec. 158. nu. 17. Et an prçſcriptio Statutaria procedat contra minores, *docet Bart. in leg. fin. nu. 14. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.*

3 Et quod præſcriptio Statutaria cũ lapſu temporis ſaltẽ inducat prç-ſumptionẽ ſolutionis donec probetur contrariũ *dixit Seraph. dec. 617.*

4 *nu. 8.* Et confert ad id quod etiam de iure communi diuturnitas temporis cum adminiculis inducit prçſumptionem, immo probationem ſolutionis, *Bertazzol. conſ. ciuili 618. num. 6 Maſcard. de probat. concluſ.*

5 *1318. nu. 27. Maurus de ſolutionibus cap. 17* Et iuramentum creditoris quod Statutum exigit eſt vtiq; adminiculum non leue *ad tradita per Imol. in leg. qui bona §. ſi alium num. 33. ff. de damn. infect. Ruin. conſ.*

6 *74. nu. 4. lib. 5 Maſcard. de probat. concluſ. 372. nu 15.* Quod autem decemnium dicatur tempus longum, & diuturnum *tex. eſt in can. placuit 17. q. 4. & in leg. fin. §. 1. C. de præſcript. long. temp. Amat. dec. Ferrar. 10 num. 5.*

7 Neq; obſtabat quod Statutum denegans poſt decem annos executionem Inſtrumento auferat creditori viam executiuam non autem ordinariam, *vt poſt Bart. & Bald. in leg. 3. ff. quod falſ. tut. dixit Cremẽſ. ſing. 138. incipit Statuto cauetur, & poſt alios Ferratius caut. 50. per tot.* nam reſpõdetur quod prædictum Statutum Centi non denegat ſimpliciter executionem Inſtrumento, ſed denegat audientiam creditori in illis verbis; A petitione debiti creditor excludatur, & in illis Agens vlterius non audiatur.

Neque etiam obſtabat quod Statutum exigat vt debitor iuret debitum non fuiſſe contractum, vel fuiſſe ſolutum, quoniam Delphinus in ſcriptura oppoſitiua obtulit ſe paratum ad præſtandum iuramẽtum ſuper ſolutione iuxta formam Statuti. Pro parte autem cre-

8 ditoris opponebatur aduerſus præſcriptionem, quod eſſet interrupta per actus iudiciales, videlicet ſequeſtrum, & mandatum ſuſpitionis fugæ, *ad tex. & ibi tradita per DD. in leg. cum notiſſimi, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. ibi ſi non interruptum erit ſilentium, & in cap. illud 8. de præſcript.* ibi ſi probata fuerit interruptio, præſcriptio non tenebit. Sed ex facto reſpondebatur, quod ſequeſtrum fuit executum anno 1611. vnde adhuc ab eo tempore fluxerat taciturnitas decennij, ſufficiens ad indncendam præſcriptionem Statutariam: Mandatum verò ſuſpitionis fugæ relaxatum fuerat anno 1733. & ſic poſt completam præſcriptionẽ non potuit interrumpere. tam ex expreſſa diſpoſitione eiuſdem Statuti, quam etiam ex diſpoſitione iuris

com-

communis, nam interruptio refertur ad præſcriptionem currentem non ad iam decurſam, poteſt enim retardare, ſed non retractare.
9 Vnde etiam mala fides ſuperueniens poſt præſcriptionem completam, non obſtat neq; in foro fori, neq; in foro poli, *gl. in cap. vigilanti in verbo nouerit, & in cap. fin. in verbo nulla de præſcript. Couar. in reg. poſſeſſor. par. 3. §. 2. num. 1. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 17. nu. 17. Abb. Felin. & alij quã plures relati per Ceuall. commun. cont. commun. quæſt. 657. verſ. ſed contrariam quibus accedit Oinot. inſt. tit. de vſucap. num. 18. vbi quod eſt communis Doctorum concluſio*, & quod immo poſt completam præſcriptionem non videtur quod poſſit ſuperuenire vera mala fides, quia poteſt quidem ſuperuenire ſcientia, quod res fuerit aliena, ſed non quod res ſit amplius aliena cũ iam ſit effecta propria præſcribentis ex legali, ac iuſto titulo. Præterea dubitari etiam poterat
10 in iure, an per actus ſupradictos diceretur interrupta præſcriptio quæ non ſolet interrumpi niſi vel per ſententiam ſi eſt mere fauorabilis, vel per citationem ſi eſt odioſa, vel per contextationem ſi mixta *iuxta communem theoricam, & diſtinxionem traditam per DD. & poſt alios per Oinot. in ſtit. tit. de action. in §. pœnales nu. 77. & per Buratt. dec. 8. nu. 1. & ſeq.* Maxime cum ſequeſtrum, & mandatum ſuſpitionis fugæ fuerint relaxata parte non citata, & ſic eum non peruene-
11 rint ad notitiam debitoris, non potuerunt eum in mala fide conſtituere, & quod per ſequeſtrum res non fiat litigioſa, *dixit Natta conſ. 2. nu. 2. Lancellot. de atten. par. 2. cap. 4 in præfat. nu. 497.* Et quod per
12 ſequeſtrationem bonorum, vel etiam per capturam perſonalem ſuſpitionis fugæ non inducatur litis pendentia *poſt Nattam, & Rotam dixit idem Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4 in præf nu. 209. & 210.* Et in
13 ſpecie quod per ſequeſtrationem non interrumpatur præſcriptio *poſt Bald. & Afflict. dixit Surd dec. 5. nu. 7.*

Sed magis fauere videbatur eidẽ Bono creditori, quod cum ipſe Bononienſis eſſet, & ageret vigore ſcripturæ confectæ Bononiæ non
14 videbatur ligari Statuto Cẽti, quod cum de præſcriptione diſponat dicitur deciſorium, & forenſem non ligat *ad tex. in cap. vt Animarum §. 1. de conſtit. in ſexto cap. à nobis de ſent. excom. cap. gaudemus de diuort. Anchar. conſ. 258. nu. 1. & in his terminis poſt Oldrad. Alex. & alios, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 994. nu. 9. Amat. dec. Ferrar. 2. nu. 24.* Nam qui non eſt ſubditus ſtatuentibus, neque etiam eſt ſubditus ſtatutis niſi eis expreſſe vel tacite ſe ſubijciat, vt contingit in ordinatorijs iudi-
15 ciorum, & ſolemnitatibus contractuum. Sic etiam Statutum laico-

rum

rum de præſcriptione, licet alias iuſtum Clericos non ligat ex defe-ctu poteſtatis *Anchar. conſ. 58. per tot. Alex. conſ. 169. nu. 1. lib. 2. Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ de de Conſtit verſ. tertium exemplum, Maſcard. de interpret. Statut. concl. 1. nu. 41.*

Sed primo reſpondebatur, quod cum Bonus egerit ad executionem
16 Inſtrumenti ſeu ſcripturæ vigore Statuti Cēti, poterat etiam eidem opponi præſcriptio proueniens ex eodem Statuto Centi, *ex doctrina Baldi relati in libro Statutorum in verbo præſcriptio nu. 6.* qui loquitur in Clerico *arg. tex. in leg. ſi ex duobus ff. de leg. 2. & in leg. Catus, ff. de manumiſſ. quod quidē originaliter dixit Bald. in leg. omni innouatione, nu. 2. C. de Sacr. Eccl. & eius dictum ſequitur Io: de Imol. & ibi refert Barbat. in Apoſtilla, & poſt Bald. Felin. Paſſet. Amat. dec. Ferrar 2. nu 34.* vbi generaliter firmat, foreſem qui vtitur Statuto in aliqua parte, ligari etiā in alijs eius partibus, quod dixit etiam *Surd. dec. 20 nu. 2. & 9.* vbi quod procedit etiam in Clerico, dummodo tamen vtatur quia non ſufficit quod poſſit vti.

17 Secundo ſtrictius ego ipſe mihi reſpondebam, quod quando debitum, petitum eſt in loco in quo viget Statutū inducens præſcriptionem, poteſt opponi etiam aduerſus forenſem quia debet attendi locus Iudicij, præſertim quando non adeſt locus deſtinatæ ſolutionis, *Anchar. in cap. Canonum Statuta in 12 quæſt. de Conſtit. Corn conſ. 205. nu. 9. lib. 3. Ruin. conſ. 117. nu. 12. lib 5. Purpurat. qui teſtatur de communi in leg. Cunctos populos, C de Sacr. Eccl. nu. 154. & poſt alios in puncto, Rota dec. 602 nu. 1. & 3. & per tot par. 1. diuerſ Gratian. diſcept. forenſ cap. 994. nu. 9. Surd. dec. 158. nu. 18.* vbi rationem addit quia in his quę poſt contractum contingunt propter moram debitoris, attenditur locus iudicij, *& poſt Rotam coram Mohedano, Sacrato, Donuzetto, Merlino, latè Forentill. ad Buratt. dec. 98 nu. 9. & ſeq* vbi tamen limitat quod ex capite probabilis ignorantiæ forte ſubueniri poſſet creditori per re-
18 ſtitutionem in integrum. Sic etiam Statutum tribuens executionem Inſtrumento ligat forenſem, licet Inſtrumentum confectum ſit vbi Statutum nō viget dummodo iudicium agatur in loco in quo viget *vt firmat Caſ. Barz. dec. Bonon. 41. nu. 12. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 9. nu. 9. de quo tamen videndus eſt Honded. conſ. 29. nu. 5. & ſeq. & nu. 17. & ſeq. lib. 2.*

19 Opponebatur etiam quod Statuta de præſcriptione loquentia debeant intelligi ſecundum ius commune *ad not. in cap. cum Dilectus de conſuetud. & in leg. ſi quando C. de inoff. teſtam. Dec. conſ. 445. nu. 48.* &

 ideo

ideo licet Statutum generaliter diſponat quod creditũ per decem annos non petitum præſcribatur, non habet locum aduerſus eũ qui non potuit agere, quoniam regula quod non valenti agere non currat præſcriptio naturalis eſt *Bald. in Auth. niſi tricennale in princ. C. de bon. mater. Alex. conſ. 84. nu. 2. lib. 1. Dec. conſ. 468. nu. 33. & ſeq. Maſcard. de interp. Stat. concl. 2. nu. 68. & 69.* Sed in facto non fuit probata prætenſa impotentia agendi, vnde ex prædictis iurato prius per Delphinum fuiſſe debito ſatisfactum, eum abſolui reuocata ſententia D. Iudicis in quo in partibus difformibus.

ARGVMENTVM.

Quando conductor male verſando in re locata cadat à commodo locationis.

SVMMARIVM.

1 *Duobus teſtibus contextibus eſt omni iure credendum.*
2 *Euidentia facti ſuperat omne genus probationis.*
3 *Teſtis agens de ſe exonerando non probat fallit vt nu. 4. & 5.*
4 *Priuatio ſupponit habitum.*
5 *Ratione artis propriæ creditur deponenti de ordine alterius.*
6 *Teſtis vnius de facto proprio deponens quam fidem faciat.*
7 *Idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito.*
Colonus deponens pro Domino non eſt integer teſtis.
8 *Famulus contra Dominum probat, ſed non pro eo.*
9 *Teſtis inductus contra inducentem etiam vnicus plene probat, & quando.*
10 *Ampliatur etiam ſi de credulitate deponat.*
11 *Dictum teſtis inducti in dubio contra inducentem eſt interpretandum.*
12 *Depoſitiones Criminales faciunt adminiculum in Ciuili.*
13 *Inciſio arborum in quantitate notabili in reconducta non præſumitur facta inſcio conductore.*
14 *Conductor tenetur Domino denunciare damna contingentia in re locata.*
15 *Ratificatio mandata comparatur etiam in delictis, & in omni materia, num. 16.*
17 *Plus eſt facto ratificare quam verbo.*
Confeſſio non poteſt diuidi.
18 *In dubio arborum inciſio in re locata præſumitur facta per conductorem.*
19 *Furtum præſumitur factum eius culpa cui res eſt ablata niſi is contrarium probet.*
20 *Si coloni inimicus arbores excidat, coloni id culpæ annumeratur.*
21 *Colonus deficiens in ſolutione penſionis poteſt expelli non obſtante pacto.*

Con-

22 *Conductor qui male verſatur in re conducta, cadit à commodo locationis.*

23 *Incidens arbores fructiferas vel virides, dicitur ad hunc effectum male verſari. Amplia vt ibi.*

24 *Quando damnum ex inciſione ſequtum eſt notabile, caducitas abſq; dubio incurritur.*

25 *Aeſtimare an modicum ſit vel magnum damnum, relinquitur arbitrio Iudicis.*

26 *Quando adeſt pactum de non incidendo, videtur ſufficere modica inciſio ad caducitatem.*

27 *Iuramentum obligat præciſe, & ſepe validat inualidum.*

28 *Ad incurrẽdam caducitatem regulariter requiritur notabilis deterioratio.*

29 *Pœna conuentionalis non facit ceſſare legalem quando vtraque eſt compatibilis.*

30 *Melioratio cum deterioratione non compenſatur ſaltem ad effectum euadendi caducitatem.*

31 *An ſicut emphyteota ſic, & conductor culpa cadens amittat melioramenta.*

32 *Repetuntur melioramẽta quæ reſpiciunt non ſolam fructuum perceptionem, ſed perpetuam vtilitatem Agri.*

DECISIO LXXVII.

Illuſtriſſimi DD. Comites Io:Baptiſta, Sigiſmundus, & Alphonſus Bonlei, vnico libello inſtituerunt iudicium caducitatis coram Rota, aduerſus D. Iacobum . . . . conductorem ex quo incidi fecerit plurimas arbores virides, & fructiferas in bonis locatis, & me proponente fuit dubitatum, An ſtante inciſione de qua in actis locus ſit reſciſſioni locationis in caſu, & ad effectũ de quo agitur; Et quoniam duplex erat locatio cum diuerſitate perſonarum, bonorum, & temporis. Ideo cauſa duplicem habuit inſpectionem, & diuerſam etiam reſolutionem. Et quoad primam Domini dixerunt Conductorem cecidiſſe, à commodo locationis ſibi factæ per DD. Comites Io:Baptiſtam, & Sigiſmundum, moti quoniam.

Quod attinet ad factum conſtabat de inciſione arborum prædi-
1 ctorum ſupra centum, non ſolum ex teſtibus contextibus in hac parte, quibus erat omni iure credendum, *cap. in omni negotio, cap. à nobis de teſtib. leg. vbi numerus ff. de teſtib. leg iurisiurandi C. eodem, Surd. dec. 12. nu. 7.* Sed etiam ex viſitatione Rotali, & ſic ex inſpectione ocula-
2 ri, & euidentia facti quæ ſuperat omne genus probationis, *Maſcard.*

de

de prob.concl.8.nu 5. vbi quod eſt melior prnbatio de mundo, *Pollius de manutenendo obſeru.* 101. *nu.* 5. vbi quod eſt ſuperlatiua probatio *Coſta de remed.ſubſidiar remed.* 101. *nu.6.Ludou.dec.*575.*nu.*5. De ordine autem incidendi, & de mandato dato ab ipſo conductore, pri-
3 mo conſtabat ex dictis inciſorũ qui licet viderentur agere de ſe exonerando, & ſic minus probare *ad tex. in leg. omnibus C.de teſtib.Ludou. dec.*475.*nu.*9.*Burat.dec.*199.*nu.*11. *& ibi Ferentill.nu.*15. cum tamen de inciſione non eſſent nominatim accuſati, nec ſpecialiter inquiſiti nec conſtituti tanquam rei, ſed examinati tanquam teſtes, & ſic
4 cum proprie non eſſent onerati, dici non poterant agere de ſe exonerando, quia priuatio ſupponit habitum *leg. Decem vbi DD. ff. de verb.oblig.Euerard.in loco a priuatione ad habitum ſub initium* vnde videbãtur probare *ad tradita poſt Alberic. & Campeg. per Farinacium de teſtib. quæſt.*60. *num.*20. vbi quod iſta eſt veritas; Præterea generale
5 eſt, quod ratione artis propriæ creditur deponentibus de ordine, & mandato alterius, licet deponere videantur ad ſui exonerationem, *vt poſt Papienſ. & alios dixit idem Farinac.d.quæſt.*60.*nu* 26.*Maſcard. de prob.concl* 1357.*nu.*51.*Caualcan.dec.*37.*nu* 42. Immo videri pote-
6 rat, quod magis etiam probarent ex quo de facto proprio deponebant quo caſu etiam teſtis vnicus pluſquam ſemiplenam fidem facit, & cum adminiculis, plenam *Rota dec.*411.*nu.*11.*par.*5.*diuerſ. & dec.*391.*nu.*10.*par.*1.*recenſ. & coram Ser apb. dec.*889.*nu.*3.*& coram Burat.dec.*360.*nu* 1. Immo, & quod abſque adminiculis teſtis vnicus de facto proprio deponens plene probet *ſenſerunt quindecim Doctores relati per Gabr concl.*1.*de teſtib.nu.*18. *& nu.*21. vbi ampliat etiam
7 ſi alias eſſet inhabilis: Accedit quod ſi idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito *leg.fin.§.fin ff de leg.*3. Colonus deponens cõtra Dominum videtur magis probare ex quo deponens pro Domino minus probat. *Specul. in tit. de teſtib.* §.1.*verſ. Itẽ excipitur quod eſt Colonus; Alex.conſ.*32 *nu.*2.*lib.*1.*Maſcard. de probb.*
8 *concl.*1357.*nu.*47. Sic etiam famulus, licet pro Domino non probet, contra Dominum tamen magis probat, *vt decidit Capel.Toloſan. dec.* 4.*& tradit Maſcard de prob. concl* 758. *nu.*10. Et hæc eo magis procedebant quo deponebant etiam aliquid aliqui teſtes inducti ab ip-
9 ſo conductore, & contra inducentem teſtis etiam vnicus inductus, de iure plene probat, quia cenſetur approbatus tam quoad perſonam quam quo ad dicta quando illa non fuerunt propulſata ante publicatum proceſſum; *Marant. de ord. Iudic. in tit. de repulſa teſtium*

nu.

nu.12. Maſcard. poſt alios de prob.concl.1235. nu 29. Ludou deciſ.215.
10 *nu.9. Burat.dec.367. nu.1.* vbi ampliat etiam ſi de credulitate deponat, *& dec.618.nu.3.* vbi quod dictum dubium teſtis inducti inter-
11 pretandum eſt contra inducentem. Aderant etiam depoſitiones
12 Criminales, quæ faciunt ſaltem adminiculum in Ciuili, *Rot.dec.360. nu.1 par.1.recenſ.*

Concurrebant etiam validæ coniecturæ in facto concludenter probatæ, & in iure comprobatæ ex traditis per *Burſat. conſ.13. fere*
13 *per tot* & per alios infra allegandos. Prima erat quod inciſio fuerat in arborum quantitate notabili, quæ propterea credi non poterat facta inſcio conductore *ad tradita per Bald. & Salicet in leg.ſi creditor, C.de pignor. & Corn.conſ.136.lib.1. Burſat.d.conſ 13 nu.15.32.& 33.*
14 Secunda quod Conductor non denũciauit locatoribus inciſionem, vt teneri videbatur *leg.Item quæritur §.exercitu, & ibi gl.in verb.denunciauit ff.locat. Gratian.diſcept.354.nu.25. Rota dec.241. nu.2.par.2.diuerſ.* Tertia quæ magis vrgebat quod Conductor habuit arbores, & ligna ex inciſione redacta, ex quo reſultabat vehemens coniectura, & violenta præſumptio præcedentis mandati, vel ſaltem ſubſe-
15 quens ratificatio quæ mandato æquiratur etiam in delictis, *leg.1.ff. Deieciſſe, ff. De vi, & vi armat. cap.cum ad ſedem de reſt.ſpoliat. Bald.in leg.fin. in fin. C.ad Macedon. Dec.in leg.ſemper qui non prohibet nu.6. & 8.ff.de reg.iur. Natt.conſ.142. num.4. Honded.conſ 38. num.4. lib.1. &*
16 *poſt Farinac. & Bellon Ferentill.ad Burat. dec.301. num.20.* vbi quod
17 procedit etiam in ſpiritualibus, & in omni materia. Et plus eſt facto ratificare quã verbo *cap.dilecti 1.de appell. leg.ſi tamen §.ei qui ff.de edilit edict.Dec in leg.ſemper qui non prohibet nu.8.ff.de reg.iur. Menoch. de præſ.lib.6.præſ 35.nu.21.Ludouiſ.dec.247.nu.18.*

Neque obſtabat quod de inciſoribus conſtaret ex confeſſione eorumdem laboratorum, videlicet Bagni, & eius ſocij, quia reſpondetur quod qualificata eorum confeſſio non poteſt diuidi, *vt poſt Bart.Alex.& Rotã tradit Gratian.diſcept.339.nu.1.* Vnde id videtur augere coniecturas cum etiam illi fateantur ordinem incidendi habuiſſe à D.Conductore, quod veriſimile viſum eſt ex ſupradictis, & infra dicendis: Quibus accedebat quod non erat præſumendum adeo præſumpſiſſe Ruſticum, vt inciſionem adeo viſibilem faceret in oculis Domini ſui Conductoris reſiſtentis vel non aſſiſtentis præſertim cum is eſſet vir nulla ratione contemptibilis, prout etiam minus veriſimile videbatur, quod Conductor accuſatus de huiuſ-

modi inciſione, ſi eam vere nõ mandaſſet laboratori, aduerſus eum
non retorqueret, vel exoneraret accuſationẽ maxime cũ in conuen-
tis inter eos legeretur pactum expreſſum de non incidendo: Et licet
18 prędicta ceſſarent etiã in dubio arborũ inciſio in fundo locato facta
præſumitur per Conductorem, vel de eius ordine vel culpa *ad tradi-
ta in leg ſi Colonus in l. furtim, ff. arbor. furt. ceſar. Bald. conſ. 190. lib. 2.
Alex. conſ. 117 lib. 5. Menoch. conſ. 130. nu. 4 lib. 1. Burſat. conſ 53. nu.
14. Barboſ in leg. Diuortio §. ſi fundum nu. 20. verſ. In dubio ſub mediũ,
ff. ſolut. matrim. Caſtill. de vſufruct. queſt. 25. nu. 4. Caroccius de locato
19 par. 4. quæſt. 7. nu. 12. Caualcan. dec. 76. nu. 22. par 2.* Sic etiam furtum
præſumitur factum eius culpa cui res eſt ablata, & ipſe tenetur niſi
probet, & furtum factum, & factum abſque ſua culpa *leg. cum duobus
52. §. Damna, ff. pro ſoc.* vbi additur ratio quia cuſtodiam præſtare de-
bet, *Laderch. conſ 154. per tot. Amat. dec. Ferrar. 42. nu. 2* Ita quoq; ſi
20 coloni inimicus arbores excidat coloni id culpæ annumeratur, *vt
inquit tex. in leg. ſi merces 25. § culpæ ff. locati.*

21 Quod autem attinet ad ius ſicut Colonus non ſoluens pẽſionem
poteſt expelli tam *ex forma Statuti lib. 2. cap. 95* quam de iure com-
muni *leg. quaro §. inter locatorem ff. locati, late Iaſ. in leg 2. nu. 37. C. de iu-
re emphyt & poſt Menoch. Carocc. & alios atteſtantes de communi, Amat.
dec Ferrar. 57. nu. 1 & 2.* vbi ampliat non obſtante Iuramento de nõ
22 expellendo; Ita indubitatum erat, quod Conductor qui male ver-
ſatur in re ſibi locata cadit à commodo locationis, & poteſt expelli
leg. 3. in fine C. de locat. Corbol. de cauſ. priuat. ob deteriorat. cauſ. 13. nu. 6.
23 Et in ſpecie quod incidens arbores fructiferas, vel virides dicatur
ad hunc effectum male verſari *probauit tex. in leg ſi Colonus ff. arbor.
furt. ceſar in leg. in fraudẽ §. Conductor ff. de iur. fiſci in leg. ſi merces, § cul
pæ ff. locati in leg. Diuortio §. fundum ff. ſol. matrim in Auth qui rem, C. de
ſacr. Eccl. Bald. conſ. 290. lib. 2. Rol. conſ. 49. nu. 19 lib. 2 Ruin. conſ. 58.
nu. 1. 3. & 5. lib. 1. Clar. in §. emphyteoſis queſt. 26. Tiraq de retract. con-
uention. §. 3. gl. vn. nu. 24. Caſtill de vſufruct. cap. 21. nu. 9. & ſeq. Adde
tex in leg. 2. ff. arbor. furt. caeſ.* ibi ſciendum eos qui arbores, & maxime
vites ceciderint tanquam latrones puniri: Et abſque difficultate
24 procedit concluſio quando damnum ex inciſione ſequutum eſt no-
tabile, *Clar. in § emphyteoſis queſt. 26. in fine, Tiraq. de retract. conuent.
d. §. 3. gl. vnic. nu. 24. Carocc. de locat. queſt. 7. num. 41. Menoch. de arbitr.
25 Iudic. lib. 2. caſ. 78. nu. 1. & 26. Ludou. deciſ. Peruſ. 22. nu 21.* Et quod
æſtimare an modicum ſit vel magnum damnum, relinquatur arbi-

trio

trio Iudicis, *probant Natt.conſ.481.nu.7.lib.3. Rol.conſ.49. nu.10.lib.2. Burſat.qui de communi teſtatur conſ.91.nu 4.lib.1. Menoch de arbitr.*
26 *Iudic.lib.2.caſ.78.nu.7.* & quod modicum etiam damnum,& modica inciſio ſufficiat, quando vt hoc in caſu adeſt pactum de non incidendo arbores virides alicuius generis (licet Domini non firmarint) *Dixerunt Reminal. iun.conſ.355.in fine nu.119.lib.4. Ruin.conſ.58 nu.2.lib 1.Natta conſ.481.lib.3.nu.14.& per tot.* Quod magis vi-
27 detur obtinere quando adeſt Iuramentum,quod de ſui natura obligat præciſè, *& in his terminis poſt Thobiam conſ.58. & Ruin.conſ.88. lib.1. Caroccius de locat.par 4.quæſt.7.nu.42.& idem Ruin.conſ.58.nu.5.lib.1.& faciunt tradita per Euerard.in loco à vi energia,& efficacia iuramẽti, Beltram.ad Ludou.dec.241.n.7. & per Marſil.ſing 680 in princ.* vbi quod Iuramentum ſæpe validat inualidum, vnde non obſtabat
28 allegata *Deciſio Seraphini 1356.nu.6.* quatenus firmare videtur exigi notabilem deteriorationem ad incurrendam caducitatem, vel quia loquitur in emphyteota qui agit de maiori damno vitando, videlicet de priuatione dominij vtilis, vel quia non loquitur in terminis pacti iurati, vel magis quia hic verſabamur in deterioratione quæ viſa eſt quantitatiue,& qualitatiue pluſquam notabilis cum ſalices,nuces, ruueres,& populi arbores virides, & grandiores inciſæ excederent numerum centenariũ; Nec etiam obſtabat pactũ adiectum in Inſtrumento locationis de non incidendo, nõ addita aliqua
29 pęna caducitatis,quia caſus vel in Statuto vel in teſtamento, vel in contractu omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis *leg.commodiſſime vbi DD.ff. de lib.& poſthum.leg.ſi cum Dotem,ff ſol.matrim.* Immo etiã ſi eſſet expreſſa alia pęna quam caducitatis, adhuc prouiſio hominis ceſſare non faceret prouiſionem legis,vt in his terminis quod pœna conuentionalis non faciat ceſſare legalem quando eſt vtraq; ſimul compatibilis *docet gl. in leg.2. C.de iur. emphyt. & ibi Iaſ.nu.138.Alex.conſ.132 nu.2.lib.4.Laderchia conſ.158.n.1.Gratian. diſcept.forenſ.cap.576.nu.8. Rota dec.92.num.6.par.3 diuerſ. vbi quod*
30 *omnes ita ſenſerunt:* Deniq; non obſtabat pretenſa melioratio,quoniam ſaltem ad effectum de quo agebatur euitandæ caducitatis, cum deterioratione non compenſatur *Auth. qui rem, C.de ſacr. Eccl. Picus qui de communi teſtatur in leg Titia nu.105.in fine, ff.de leg.1. Rol. conſ.49.nu.16.lib.2.Natt.conſ.482.nu 1. Carocc.de locat.par.4. quæſt.7. nu.9.* Quo verò ad effectum repetitionis fuerunt reſeruata locatoribus iura damnorum, & conductori iura melioramentorum non ſolum

31 lum vt in iure diſcuteretur, an ſicut emphyteota ita conductor culpa cadens amittat melioramenta, *vt videtur ſentire Ruin. conſ. 88. nu. 2. lib. 1.* cum contrarium firmare videatur *Seraph. dec. 546.* & plura referat in vtramq; partẽ, *Caualcan. dec. 76. nu. 6. & 9 & ſeq. par. 2.*
32 Sed etiam vt in facto inſpiceretur, an melioramenta prędicta reſpicerent perceptionem fructuum, vel perpetuam vtilitatem agri *iuxta communem DD. diſtinxionem in leg. in fundo ff. de rei vindic. & in leg. Diuortio §. impendia, ff. ſolut. matrim.* & an eſſent neceſſaria vtilia ſeu voluntaria, vel voluptuaria *ad tradita poſt alios per Peregr. de fideicom. art. 50. per tot. Burat. in Rom. vinea dec. 834. nu. 11. & 12.*

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur ad hoc, vt ex deterioratione conductor incidat in caducitatem, & ex quibus excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Ad incurrendam caducitatem requiruntur tria de quibus ibi.*
2 *Datur fructus commoditatis, & intereſſe voluptatis.*
3 *Conductor tenetur rem conductam in eodem ſtatu reſtituere.*
4 *Iudex in arbitrarijs non pot. argui, & quare.*
5 *A caducitate cauſa leuis excuſat, & qualibet cauſa credendi etiam iniuſta.*
6 *Modicum, & nihilum æquiparantur in omni prędicamento.*
7 *Non eſt omnino falſum quod primordio veritatis adiuuatur.*
8 *Deponens ſuper negatiua debet remouere ſenſum ab actu, & actum à ſenſu, & quid ſi ſit veriſimiliter informatus.*
9 *Et debet reddere rationem etiam non interrogatus.*
10 *Magis creditur duobus affirmantibus quam mille negantibus.*
11 *In concurſu magis creditur teſtibus deponentibus pro reo.*
12 *Dicta teſtium quoties poteſt fieri, ſunt concordanda diſtinguendo.*
13 *In dubio ſumitur interpretatio excluſiua delicti, & culpæ, & pœnæ.*

DECISIO LXXVIII.

IN cauſa prædicta quo ad ſecundam inſpectionem Domini dixerunt abſoluendum eſſe D. Conductorem à caducitate prætenſa per D. Comitem Alphonſum, moti quoniam ad incurrendam huiuſmodi caducitatem tria copulatiue requirũtur quæ hoc in caſu non videbantur concurrere, videlicet; Primum, vt deterioratio non ſit ſolum in fructibus, ſed in proprietate; Secundum, vt damnum non ſit modicum, ſed notabile; Tertium, vt prouenerit ex dolo, vel graui ſaltem culpa conductoris,

DD.

DD in Auth. qui rem, C. de ſacr. Eccl. Iaſ in leg. 2. C. de iur. emphyt. nu. 98. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 78. num. 1. & 6. Carocc de locat. par. 4. queſt. 7. nu 41. Ludouic. dec. Peruſ. 22. nu. 21. & ſeq. Gratian. diſcept. 152. nu. 1. Ciriac. contr. 268. nu. 9.

Quoad primum Dominis viſum eſt inciſionem factam in nucibus Auellanis, vulgò Nizzolarijs; non intuliſſe damnum proprietati, & non feciſſe fundum deteriorem. Immo aliqui ex teſtibus deponebant ex inciſione, ſeu rarefactione prædicta reſultaſſe potius vtilitatem agri, & præſertim arborum pomiferarum, quæ nimium ex vmbra lædebantur, adeò vt poſtea fructum tulerint, quem nunquam antea proferre potuerunt, quod magis etiam procedebat ex quo nuces prædictæ erant infrugiferæ, vt omnes fere teſtes deponebant. Quod ſi dicatur huiuſmodi nuces Auellanas non fuiſſe plantatas ad vtilitatem, ſed ad amenitatem, quam conductori deſtruere non li-

2 cebat, præſertim cum detur etiam fructus commoditatis, & intereſſe voluptatis *iuxta tex. in leg. videamus 9. §. fin. ff. de vſur. ibi commodum in fructibus numeratur, & in leg. competit 16. ff. quod vi, aut clam*, ibi poteſt intereſſe fructuarij propter voluptatē Reſpondebitur quod ex oculari inſpectione Dominis conſtitit tot. Nizzolaria remanſiſſe quot. ſufficere poterant ad vmbram conſeruandam, & inciſa nihil amenitati detraxiſſe.

Quoad ſecundum ſi quid damni ex inciſione prædicta ſequutum foret, non videbatur damnum notabile locatoris, ſicut nec fuit lucrum notabile Conductoris, qui non niſi tria lignaria, vt vocant inde percepit, & quia veriſimiliter, & naturaliter ante finem locatio-

3 nis inciſa, vindiora renaſcentur, & reſtituentur in priſtinū, nec conductor ad aliud teneri videtur quam ad reſtituenda bona non deteriorata, & in eodem ſtatu in quo accepit *ad tex. in leg. æde, C. locat. & in leg. Conductorem. C. de locato. Ruin. conſ 88. nu. 1. lib. 1. Burat. dec. 400. nu. 1.* vbi quod id eſt de natura locationis; Et omni in caſu cum iudicare an magnum ſit vel modicum damnum, ſit Iudicibus arbitrarium, ex deductis in ſuperiori *Deciſione nu. 25.* Domini ſunt arbitrati, damnum quatenus extiterit, extitiſſe minus quam modicum; Iu-

4 dex autem in arbitrarijs non debet facile redargui, Immo quod argui, vel reprehendi non poſſit, *dixit Crauet. conſ. 78. nu. 9 poſt Caſtrenſ. conſ. 299. nu. 4. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 70. nu. 7. & ſeq. & nu. 12.* vbi quod non tenetur reddere rationem *& lib. 2. caſ. 176. nu. 5. Ludouiſ. dec. 106. nu. 2.* vbi refert rationem Caſtrenſis, quia ſem-

per præſumitur motus ex iuſta cauſa, *Gratian.diſcept.170.nu.6.* vbi quod in hoc Iudex principi æquiparatur, & ab eo non datur appellatio, *Thomat.dec.Maceraten.14.nu.24. & 25.*

Quo ad tertium Cum D.Comitiſſa mater, & aliquando Tutrix Domini Comitis Alphonſi probaretur præſtitiſſe pręſentiam, & patientiam; Immo, & licentiam aliqualem incidendi, Domini crediderunt
5 Conductorem excuſari poſſe à dolo, & à culpa etiam leui, & ſic etiã à caducitate à qua quælibet cauſa etiã leuis excuſat *Corbol. de priuat. ob Canon.non ſolut.limit.17.nu.2.* vbi quod cauſa etiam beſtialis excuſat (quod tamen non videtur beſtialiter intelligendum) *Rot. dec.896.nu.1.& 2.par.4.diuerſ.* vbi quod caducitas eſt odioſa, & Rota ſolet eam excuſare etiam ex leui cauſa, *Burat dec.624.num.7.* vbi quod probabilis credulitas; Immo quælibet cauſa credendi licet iniuſta prodeſt ad euitandam caducitatem; Et quamuis licentia videretur limitata quo ad nuces damnificãtes, attamen vel non apparebat Conductorem exceſſiſſe notabiliter limites indulgentiæ,
6 vel ſi parum exceſſiſſet, parum videbatur attendẽdum *ad tex. in leg. Seio ff. De in integrum reſt.min.& in Auth.de hered.& Falcid. ibi parum nihil cog tans, & dixi dec.18.nu.9.* Nec omnino videbatur illicitum,
7 quod licitum habebat initium ſicut non eſt omnino falſum, quod primordio veritatis adiuuatur, *leg. Cum filius 76.ff.de leg.2.* Præterea, pluſquam licentia videbatur attendenda pręſentia D.Comitiſſæ ex qua reſultabat ſimplex quędam, & illimitata permiſſio, & licet aliqui ex teſtibus dicerent eam non vidiſſe, nõ tamen addebant quod
8 ſi ibi fuiſſent, fieri non potuiſſet, vt eam non vidiſſent, & ſic non remouebant ſimul ſenſum ab actu, & actum à ſenſu, vt requiritur ad concludentem probationem negatiuæ, *gl.in §.ſi vero abſunt in verb. & vidiſſe Auth.de hered.& Falc.col.1, Felin.in cap in noſtra nu.8.in fine de teſtibus, Boſſius in tit.de defenſ.reorum nu 15.Clar.li.5.commun.opin. §.fin.quęſt.52.verſ.Scias autem, Ludouiſ.dec.42.nu.5 & dec.325.nu.5. & 6.* vbi videtur ampliare etiam in teſte qui ſit veriſimiliter informatus dę quo tamen vide ibi cum addittione, *Burat.dec.604.nu.10. & prius dec.41.nu.2. & dec.42.nu.2.* vbi quod gloſa ſupradicta fuit
9 ſemper per Rotam recepta; Immo teſtis ſuper negatiua deponens debet reddere rationem etiam non interrogatus de ea, *vt poſt Bald. Alex.Dec.Rip.Crauett.firmat Rota coram Ludouiſ.dec.42.nu.3. Farinac. de teſtib.quęſt.65.n.230. Gratian.diſcept.789.nu.9. Fereutill ad Burat. dec.43.nu.9.* vbi quod procedit tam in Criminalibus quam in Ciuilibus

libus, & omni in caſu erat in concurſu magis credendum teſtibus
10 ſuper affirmatiua, cum magis credatur duobus affirmantibus quàm mille negantibus, *gl. in cap 1. de præſcript. in ſexto, & poſt alios tradit Ant Gabr. concl. 4. de teſtibus nu. 1. Maſcard. de probat. concl. 1087. nu. 7. Rot. dec. 331. nu. 2. par. 1. diuerſ. & coram Ludou. dec. 449 nu. 3 & coram*
11 *Burat. dec 367. num. 9.* Et in paritate magis erat etiam credendum teſtibus rei quam teſtibus actoris, *gl. in cap. in noſtra de teſtibus, Gabr. concl. 4. de teſtib nu. 44. Farinac. de teſtibus quæſt. 65 nu. 152. Buratt.*
12 *dec. 631. nu. 15.* Et quamuis teſtes, diſtinguendo tempora, & inciſiones conciliari forte potuiſſent, prout fieri debet *iuxta tex. in leg. apud antiquos, vbi Bart. C. de furtis, & cap cum tu, vbi Abb. de teſtib. Ludou. dec. 578. nu. 7.* vbi quod facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio ad euitandam contrarietatem teſtium, *Burat. dec 844 nu. 15. & dec. 932. num. 9.* non videbatur tamen ponderando dicta teſtium fieri poſſe huiuſmodi diſtinxio abſque aliqua diuinatione, & adhuc vel ex prima acquieſcentia colligi poterat tacita aliqua licẽtia pro ſecunda, vel ex ſecunda præſentia quaſi ratificatio primæ inciſionis
13 ſaltem ad effectum de quo agebatur. Ac etiam in dubio capienda erat interpretatio ad excluſionem delicti, & culpæ, & pœnæ, & ſic ad remiſſionem caducitatis *leg. merito ff pro Soc. Alciat. de præſ. reg. 3. per tot. Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 86. nu. 5. & præſ. 120. nu. 2.*

ARGVMENTVM.

An debeat prius examinari ſuper articulis, an ſuper interrogatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Debet Iudex quo diligentius poteſt veritatem inueſtigare.*
2 *Actus iudiciales actoris precedere debent actibus rei.*
Aduocatus actoris debet eſſe prior in allegando.
3 *Reus in exceptionibus fungitur vice actoris.*
4 *Stylus localis extra locum non ligat.*
5 *Deciſio Articuli ordinarij non multum releuantis, ſpectat ad ponentem in Rota.*
Decretum interloqutorium fieri poteſt ab vno ex pluribus coniudicibus.
6 *Stylus Curiæ facit ius in loco in quo viget.*
7 *In examine teſtium attenditur conſuetudo:*
8 *Statutum & ſtylus ordinatorius ligat forenſem. Amplia vt ibi.*
9 *Stylus reſpiciens modum probandi eſt deciſorius.*
10 *Ex forma Stat. Ferrar. prius debet examinari ſuper vno articulo, & deinde ſuper interrogatorijs ad eundem articulum pertinentibus.*

Ex

11 *Ex actibus difformibus, & in compatibilibus non inducitur conſuetudo.*
12 *Inter plures contrarias, vltima conſuetudo debet attendi.*

DECISIO LXXIX.

IN cauſa prædicta vertente inter DD. Bonleos, & D. Conductorem, fuit in procedendo dubitatum an teſtes eſſent prius examinandi ſuper capitulis Actorum, an verò ſuper interrogatorijs rei. Et quicquid ſit de iure cõmuni ex cuius diſpoſitione ex vna parte videri poteſt prius examinandum ſuper interro-
1 gatorijs ad melius, & facilius eruendam veritatem quam debet Iudex quo diligentius poteſt inueſtigare *ad tex. in l. Is apud quem, C. de eden.* ibi ad inueſtigandam veritatis fidem, *& in cap. Iudicantem 30. quæſt. 5.* ibi quouſque ad veritatem perueniat, *& in leg. 3. §. Ideoque ff. De teſtibus, & in cap. in noſtra vbi Canoniſtæ eodem tit. Crauett. conſ. 203. nu. 29.* Ex alia verò parte videri poteſt prius examinandum
2 ſuper Articulis, quoniam ordo iudiciarius poſtulat vt actus actoris præcedant actibus rei *ad tex. in leg. qui prior ff. de re Iudic. Bald. in leg. Neſennius ff. de neg. geſt.* vbi etiam quod Aduocatus actoris debet eſſe prior in allegando, *Marant. de ord. Iudic. in probem. nu. 12. & par. 2. act. 6. nu. 2 Et concordat Statutum lib. 2. cap. 47 in fine*, vbi diſponitur prius eſſe reſpondendum poſitionibus actoris quam poſitionibus rei. Et
3 ratio prædicta militaret etiam in articulis Rei, quoniam reus in exceptionibus fungitur vice actoris, & dicitur actor, *leg. 1. ff. de except. leg. in exceptionibus 19 ff. de prob.*

Et quicquid etiam ſit de ſtylo aliorum locorum, & præſertim vrbis
4 Romæ, vbi prius ſuper interrogatorijs examinari conſueuit; Cum ſtylus huiuſmodi localis extra locum non liget, *Surd. dec. 131. nu. 9. Rot. dec. 504. nu. 7. par. 1. recenſ. & coram Buratt dec 497. nu 8* Et cum
5 ageretur de Decreto interlocutorio, quod vnus ex pluribus coniudicibus etiam de iure poteſt interponere, *vt poſt gl. Bart. Ang. Bald. firmat Cartarius dec. Genuenſ 60. nu. 15.* vel ſaltem cum ageretur de Articulo ordinatorio, & non valde releuanti, cuius deciſio ad ſolum ponentem ſpectare poterat *ex Conſtitutione Rotali nu. 34.* & quẽ Domini mihi decidendum reliquerũt Dixi examinandum prius eſſe ſuper Capitulis ex quo habebam penes me alios proceſſus, in quibus
6 vidi ſeruatum huiuſmodi ſtylum; Certum eſt autem, quod ſtylus Curiæ ſeruandus eſt, & facit ius vbi viget *ad tex. in leg. fin. C. de iniurijs, & in leg. 2. C. quemadmodũ teſtam. aperian. in leg. 3. §. fin. ff. de teſtib.*

in

in cap. ex litteris de conſtitut. vbi id not. Abb. Euerard. in loco à ſtylo Curiæ, ſeu more iudiciorum, Felin. in cap. ex parte nu. 16. de reſcript. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 191. nu. 15. Et in ſpecie quod in examine teſtium
7 attendatur cõſuetudo, *tex. eſt in leg. 3. §. fin. ff. de teſtib. Grat conſ. 157. lib. 2. quem refert Gabr. concl. 1. de conſuetud. nu. 59.* Et quamuis alter
8 ex litigatoribus eſſet forenſis, attamen cum ſtylus prædictus eſſet ordinatorius, attendebatur locus Iudicij, & ligabatur etiam forenſis ibi litigãs *ad tradita per Bart. & Iaſ. in leg. Cunctos populos, C. de ſacr. Eccl. & in leg. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & per Canoniſtas in cap. quod Clericus de for. compet. Euerard. in loco prædicto à ſtylo Curiæ verſ. Hinc etiam eſt quod vbi ſtylus, Maſcard. de interpret. Statut. concluſ. 6. nu. 200.* vbi loquitur de Statuto quod pari paſſu ambulat, & ampliat tam coram ordinario Iudice quam coram Delegato, & quod ſtylus ordinatorius ſeruandus ſit, licet non obtentus in contradictorio iudicio, & quod de eo poſſit ſe Iudex extraiudicialiter informare *dixi ſupra dec. 12. nu. 8. & 9.*
9 Nec obſtabat quod ſtylus reſpiciens modum probandi dicatur deciſorius, & ideo ſit etiam concludenter probandus, *Ruin. conſ. 69. nu. 6. lib. 4.* qui loquitur de Statuto, *Coccin. dec. 192. nu. 1.* qui in puncto loquitur de ſtylo, *& adducit Aſin. in praxi §. 19. cap. 3.* Nam hic agebatur de modo examinandi non autem de modo probandi, ſeu de releuantia, & effectu probationum, *vt exemplificant prædicti Ruin. & Coccinus* ſuper eo, vt credatur apocæ, vel ſoli comparationi *quibus accedit Maſcard. de interpret. Statut. concl. 6. nu. 198. & Ludouiſ. dec. 882. num. 5.*
10 Neq; etiam obſtabat Statutum Ferrariæ lib. 2. cap. 48. Diſponens vt prius examinetur ſuper vno articulo, & deinde ſuper interrogatorijs ad eundem articulũ pertinentibus, ſic alternatim proſequendo, quoniam in caſu prædicto non poterat ad praxim reuocari, cum interrogatoria eſſent permixta, & non ſeparata, & correſpectiua ad quemlibet articulũ, vt Statutum ſupponit, & quãuis diceretur ſtylũ prędictũ examinandi prius ſuper articulis nõ eſſe omnino vniformẽ,
11 vnde vel tanquam varius non ligaret cum ex actibus diſformibus, & incompatibilibus, non inducatur conſuetudo *ad tradita per Bart. in leg. 2. nu. 22. ff. ſol. matrim. & poſt Dec. & Crauet. per Ludouiſ. dec. 162. nu. 8. Grattan. diſcept. forenſ. cap. 561. nu. 26.* vel certe ſi conſtaret de
12 tempore, inter plures pugnantes, vltimus ſtylus ſicut vltima conſuetudo attẽderetur *Dec. in leg. ſemper in ſtipulationibus nu. 9. ff. de reg.*

 iur.

iur. Alex. conſ. 5. lib. 5. quem refert Gabr. concl. 1. de conſuetud. nu. 47. Attamen omni in caſu credidi ſequendum eſſe ſtylum prædictum tanquam longe frequentiorem *ad tex. in leg. nam ad ea ff. de legib cum ibi not.* & tanquam magis conſonum Statuto, & eo magis quo de contrario ſtylo tunc mihi non bene conſtabat.

ARGVMENTVM.

Appellatione filiorum, vel liberorum quando veniant fœminæ ad excluſionem ſubſtituti.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione liberorum, vel filiorum veniunt etiam fœminæ.*

2 *In conditione ſi ſine liberis fœminæ faciunt deficere fideicommiſſum.*

3 *Receditur à prędicta propoſitione ex coniecturis licet periculoſum ſit, vt nu. 4. & manifeſtæ coniecturæ requirantur, vt nu. 5.*

6 *In conditione ſi ſine liberis fœmina excludit ſubſtitutum licet deſcendentem teſtatoris.*

7 *Excluſio fęminarum ab vniuerſali ſucceſſione, illas non excludit ab appellatione liberorum.*

8 *Abſurdum ex lege ſi viua matre, ceſſat quando filia fuit dotata, & non neptis.*

9 *Quando teſtator non habuit rationem agnationis, aliæ coniecturæ fœminas non excludunt.*

10 *Ex vocatione fœminarum in aliqua parte teſtamenti excluditur præſumpta agnationis contemplatio.*

11 *Teſtator cenſetur magis diligere nepotes, vel neptes in portione relicta eorũ patri quam filios quibus proprias portiones reliquit.*

12 *Statutum non excludit fœminam à ſucceſſione teſtamentaria. Coniecturæ ex Statuto excluſiuo ceſſat quãdo fęmina fuit inſtituta in teſtamento grauati etiam in re certa, vt num. 15.*

13 *In interpretanda diſpoſitiane fideicommittentis non videtur inſpicienda voluntas grauati, ſed grauantis cui ſucceditur.*

14 *Voluntas etiam grauantis eſt conformanda Statuto in dubio.*

15 *Quod dicitur de toto quo ad totum, proportionabiliter dicendum eſt de parte quo ad partem.*

16 *Abſurdum eſt fœminam excludi propter dotem quam non habeat.*

17 *Agenti vigore Statuti excluſiui fœminarum obſtat dotationis exceptio.*

18 *In dubio pronunciandum eſt pro fœmina contra ſubſtitutum, maxime pro dote pro qua ſemper in dubio eſt iudicandum, & ſententiæ pro dote praeferendæ ſunt.*

Se-

Digitized by Google

19 Secunda ſentẽtia confirmatoria primæ, nullitati primæ viam præcludit ſtante Statuto de duabus.

20 Productio ſcripturarum non facientium ad cauſam non circumſcribit citationem ad ſententiam.

21 Præſertim quando pars quæ citauit nõ produxit, nec productioni conſenſit.

22 Summæ maiori ineſt minor etiam quo ad conformitatem ſententiarum.

23 Sententię partim conformes, & partim difformes ſunt exequendæ in partibus conformibus, & ſufficit conformitas in ſubſtantia.

24 Friuola recuſatio eſt reiicienda. Sicut friuola appellatio nu. 25.

26 Allegatio ſuſpitionis in calculo ferendæ ſententiæ eſt valde ſuſpecta.

27 Preſertim quando pars ſolita eſt recuſare.

28 Delegatus Principis ex forma Statuti, non poteſt allegari ſuſpectus ſine reſcripto eiuſdem Principis.

29 Procurator allegans Iudicem ſuſpectum, tenetur iurare iuxta form. Stat.

30 Aduerſus acta nec Notario, nec Iudici creditur.

DECISIO LXXX:

DOminus Dominicus Panzanus, relicta dote quinque filiabus, hęredes inſtituit D. Herculem, & Io: Baptiſtam eius filios.

Et ſi quis eorum deceſſerit abſq; liberis, alterum ſuperuiuentem ei ſubſtituit; Si verò ambo decederent ſine liberis, vltimo eorum morienti ſubſtituit prædictas eius filias.

Defuncto Dominico, deceſſit Hercules relictis poſt ſe duabus filiabus Iſabella, & Eleonora, quibus ſub reciproco fideicommiſſo reliquit iure inſtitutionis, & omni meliori modo dotem Scutorum duorum millium, & quingentorum pro qualibet, & hæredem vniuerſalẽ inſtituit D. Io: Baptiſtam fratrem ſuum.

Aduerſus quem D. Iſabella, quæ ſorori ſucceſſerat, & eius maritus Dominus Franciſcus Maria Maſtellarius inſtituerunt iudiciũ pro conſequendis prædictis Scutis quinque millibus. Quorum occaſione latæ ſunt quattuor ſententiæ.

Prima DD. Carpij, & Nigriſolij, quæ declarat expiraſſe fideicommiſſum per exiſtentiam filiarum D. Herculis.

Et grauat D. Panzanum pro ſumma petita, non obſtante Inuentario hæreditatis D. Herculis, cum facultate conſignandi tot bona ſtabilia.

Secunda D. Prætoris Paſij, quæ declarat eueniſſe caſum fideicommiſſi

ad

ad fauorem D. Panzani, ſaluis detractionibus competentibus ex perſona D. Herculis.

Et grauat eundem D. Panzanum pro ſumma petita in bonis hæreditatis D. Herculis, & ſaluo beneficio Inuentarij.

Tertia Rotæ vno excepto, quę confirmat ſententiam D. Prętoris.

Et declarat exhauſtam D. Herculis hæreditatem.

Quarta Eminentiſſimi, & Reuerendiſs. D. Card Sacchetti, quæ declarat fideicommiſſum exſpiraſſe per exiſtentiam filiarum D. Herculis.

Et grauat D. Panzanum pro ſumma petita in bonis hęreditatis eiuſdē D. Herculis, & ſaluo beneficio Inuentarij.

Poſt hæc Sanctiſs commiſit mihi cauſam, tanquam Rotæ Auditori cū clauſula; Conſtito hinc indę de duabus ſententijs conformibus illas, quarum exequtioni locum eſſe repereris exequaris.

Et quamuis in tanta Iudicum diſcordia, partium concordiam exoptauerim. Quia tamen illam aſſequi non potui, Cauſa pluries exagitata, & à me demum propoſita.

Domini, vno excepto, dixerunt. Exequendas eſſe ſententias; Primam, & vltimam latas ad fauorem Dominorum Iugalium de Maſtellarijs, in bonis tamen hęreditatis D. Herculis Panzani.

Moti quoniam non obſtantibus infra dicendis, de conformitate conſtabat ex lectura ſententiarum, de validitate ex reuolutione Proceſſus.

De iuſtitia vero ex eo, quòd incumbebant veritati receptiſſimæ concluſionis, quòd nomine filiorum, & magis etiam appellatione liberorum compręhenduntur, vel intelliguntur, & veniunt etiam fęmi-
1 minæ *leg. Iuſta, leg. quiſquis leg. liberorum, ff. de verb. ſignif. leg. ſi quis ita ff. de teſt tut. cum ibi notat.*

Et in ſpecie, quod in conditione, ſi ſine liberis, & ſic in terminis de quibus agitur, exiſtentia fœminæ operetur deficientiam fideicommiſſi,
2 & excluſionem ſubſtituti, *tex eſt in leg. 1. C. de cond. inſert. Conſuluit Anan. conſ. 22. Rom. conſ. 148. nu. 2. Iaſ. conſ. 142. lib. 2 Dec. conſ. 370. & 577. Rin ſen. conſ. 223. lib. 2. per tot. & præſertim à nu. 27 Virg. l. de Silueſtris inter conſ. eiuſdē, Rim. lib. 2. conſ. 124. plenè probat Cephal. conſ. 45. & 46. lib. 1. Anteceſſoris mei genitor. Honded conſ. 57. lib. 1. Ant. Gabr. concl. 6. de verb. ſignific. nu. 8. Seraph. dec. 880. nu. 1.* Vbi, *Quod eſt receptiſſima Doctorum opinio, Ludouiſ. dec. 514. nu. 4. & ſeq. Rot. dec. 316. nu. 32 par. 1. recent. poſt Collegium Bononienſe, Auenionenſe, & Peruſinum, Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 6. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 14. num. 11.*

Vbi

Vbi *Quod procedit ſine vllo ſcrupulo dubitationis, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. nu. 1.* Vbi, *quod eſt ſine difficultate communis omniũ concluſio, in conditione expreſſa, in qua nos verſamur, & nu. 2.* Vbi, *Quod hoc millies fuit à Rota Rom. reſolutum.*

Et licet ab hac propoſitione recedatur ex coniecturis, *leg. Lucius §. quæ-*
3 *ſitum, ff. de leg. 3 Mant. d. tit. 14. nu. 13. Gratian. diſcept. 886. nu. 12.*

Quia tamen, ſicut eſt longè tutius in ambiguis teſtantium diſpoſitionibus teſtamentorum verbis incumbere, & deſeruire, ita longè pe-
4 riculoſius ab expreſſa voluntate, ex tacita coniecturata, & ſæpe diuinatiua intentione recedere.

Ideo leues coniecturæ ad id non ſufficiunt, ſed vrgentiores, manifeſtæ,
5 ac euidentes requiruntur, Caſus eſt in *leg. 1. C. de condit. inſer.* Ibi; *Niſi alia defuncti voluntas euidenter probabitur Decian. conſ. 12. nu. 18. lib. 1 Rim. ſen. conſ. 223. nu. 49. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 10. & 14. ſub fin. Rot. deciſ. 486. nu 2. par. 1. recent. & dec. 595. par. 5. diuerſ.*

Tales autem viſæ non ſunt, quæ proponebantur pro D. Panzano, neq; diuiſæ, neq; coniunctæ.

Nam quo ad qualitatem ſubſtituti, quod ſit de deſcendentibus teſta-
6 toris, coniectura inde deſumpta videtur contra caſum, *tex. in leg. cum Auus, ff de cond. & demon.* Vbi *filius teſtatoris erat ſubſtitutus*, & eam confutat auctoritatibus, & rationibus, *Caphal. conſ. 46. nu. 50. lib. 1. Fuſar de ſubſtit. quæſt 393. nu. 72 Mantic. lib 10 tit 14. nu. 2. de coniect. Gabr. conſ. 88. num. 8. lib. 2. Ant. Gabr. concl. 2. nu. 11. de fideicom Iterum Fuſar. quæſt. 402. num. 26. & ſeq. Mareſcot. var. reſolut. cap. 11. nu. 36. lib. 3. Rot. in illa de Mileſijs 29. Maij 1612. coram Remboldo, verſ. minus ſuffragatur, & coram Seraph. deciſ 1216. nu. 11.* Vbi, *Quod hæc coniectura ex magis communi Doctorum ſententia reijcitur.*

Quò ad excluſionem fœminarum ab vniuerſali ſucceſſione, & incluſio-
7 nem maſculorum, quod huiuſmodi coniectura non excludat fœminas ab appellatione liberorum, ſenſerunt *Anan. d. conſ. 22. num. 3. Crauet. conſ 98. nu. 15. Marzar. conſ. 8. num. 11. Seraph. dec. 880. nu. 2. & 4.* Vbi, *Quod ex hac ſola coniectura nemo contrarium ſenſit*, & refert eam fuiſſe alias reprobatam per *Rot. in vna Bononien. de S. Petro corã tunc Decano, idem Seraph. dec. 1216 nu. 6. Rot. dec. 776. & 790. par. 1. diuerſ. & dec. 481. par. 4. diuerſ. & in Rom. de Mileſijs 29. Maij 1612. coram Remboldo, & in eadem 15. Nouembris 1624. coram Pirouano.*

Quo ad abſurdum *ex leg. ſi viua matre, C. de bon. mat.* Quod cum ob ma-
8 ſculum, filiam teſtator excluſerit, multo magis neptem excludere

luiſſe preſumatur, ceſſare videbatur ex eo, quod filia fuerat dotata, non neptis, & ex diuerſitatum rationibus, & alijs, de quibus per *Decian. conſ. 1. nu. 190. & ſeq. lib. 2. Mantic. d. tit. 14. verſ. ſed tamen, Fuſar. quæſt. 402. nu. 25. Giurb. dec. 32. nu. 21. & ſeq.* Vbi quinque rationes adducit *Seraph. dec. 880. nu. 2. 3. & 4. & dec. 1216. num. 6. Rot. dec. 485. par. 4. diuerſ. Ludouiſ. dec. 514. nu. 13. Eadem Rota in Florent. fidcicom. de Guidacijs 21. Februarij 1628. corā Dunozetto*, quæ eſt in impreſs. *dec. 195. par. 5. diuerſ.*

Sed quod etiam ſimul iunctæ prędictæ tres coniecturæ, etiam cum alijs adminiculis non proſint, ad effectum de quo agitur, colligi videbatur ex traditis per *Honded. d. conſ. 57. lib. 1. Rim. ſen. conſ. 223 lib. 1. Cephal. conſ. 45 & 46. lib. 1.* Qui ſcripſit in caſu, in quo duodecim coniecturæ concurrebant, & per alios ſupra allegatos.

Quod maximè procedit, quando non apparet teſtatorem habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ, quia tunc ceſſare videntur aliæ

9 omnes cōiecturę, *Gabr. conſ. 97. nu. 17. lib. 1. verſ. Quintus caſus; Dicens id eſſe de mente omnium, Mareſcott. var. reſol. lib. 3. cap. 11. nu. 36.* Vbi, *Quod hoc eſt de mente omnium qui pro ſubſtituto ſcripſerunt, Fuſar. quæſt. 402. nu. 27. Hodiern. ad Surd. dec. 66. nu. 3. Giurb. dec. 32 Rot. dec. 351. in fin par. 4. diuerſ. & dec. 317. num. 2 & dec. 195. nu 18. par. 5. diuerſ.* in quibus ita conciliantur contrariæ deciſiones.

Excludi autem videbatur hoc in caſu agnationis contemplatio; Primo

10 ex vocatione fœminarum in aliqua parte teſtamenti, *Dec. conſ. 370. nu. 3. Pariſ. conſ. 78. nu. 27. lib. 2. Crauet. conſ. 250. nu. 1. & ſeq. & conſ. 306. nu. 5. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. nu. 9. Fuſar.* qui rationes, & auctoritates adducit, *quæſt. 499. num. 22. Ludouiſ. dec. 433. nu. 15. Rot. dec. 486 nu. 4. par 1. recent. & dec. 267. nu. 6. & dec. 538. num. 3. par. 2. recent.* Secundo excludebatur prædicta ratio agnationis conſeruandæ. Quia teſtator non proceſſerat ad plures gradus ſubſtitutionum, *Cephal. conſ. 46. nu. 48. lib. 1. Burſ. conſ. 300 nu. 63. Honded conſ. 56. nu. 16. lib. 1. Mareſcot. var. reſol. lib. 3. cap. 11. nu. 36. Barz dec. Bononien. 11 nu. 10. Seraph. 1216. nu. 6. Ludouiſ. dec. 864. num. 17. Rot. dec. 283 nu. 6. par. 2 recent. & dec. 326. nu. 3. par. 5. diuerſ.*

Neq; obſtat, quod videatur habita ratio agnationis ſaltē, quoad gradus, & maſculos ſubſtitutos, & ſic ſaltem, quò ad ipſum D. Io: Baptiſtam. Quia contrariū ſuadetur ea ratione, nā ſi D. Hercules ſuperſtite filio maſculo deceſſiſſet, licet filius poſtea defeciſſet, adhuc D. Io: Baptiſta remanebat excluſus, tanquam nō vocatus, licet eſſet agna-

tus,

tus, vnde apparet, nec quò ad ipſum fuiſſe habitã rationẽ agnationis, & cõfert ad hoc auctoritas, *Rota dec. 118. par. 3. recent. & dec. 316. nu. 4. & 1. par. 1. recent.* Vbi, *Etiam quod ſubſtitutio filijs inſtitutis, intelligitur facta diſcretiue;* Vnde confert etiam alia ratio, quod veriſimilis mens teſtatoris eſt, vt portio, quam reliquit vni ex filijs, poſt eius obitum deuoluatur ad ipſius liberos, tàm maſculos, quam fœminas, non autem ad alios filios Teſtatoris, *Ambroſ. dec. Peruſ. 10. par. 1. nu. 30.* Vbi ſubdit *Votum commune parentum eſſe, vt quod vni ex liberis quis reliquit, tranſeat ad eius deſcendentes,* iuxta *tex. in leg. 1. C. de ijs qui*
11 *ante apert. tab.* Et quod Teſtator magis diligit nepotes, vel neptes in portione relicta eorum patri, quam alium proprium filium cui ſuã portionem reliquit, & quod ita reſponderunt *Alex. Corn. Ruin. Socin. ſen. Pariſ. Socin. iun. relati per Cephal conſ. 46. nu. 24 lib 1.* Quibus accedit *Rim. ſen. conſ. 225. nu. 48. lib. 2.* Vbi *Quod teſtator charitatẽ quam habuit erga vocatum, preſumitur habuiſſe etiam erga eius deſcendentes, etiã fœminas,* iuxta *tex. in leg. Lucius 85 in fin. ff. de hered. inſtit.*

Quo ad Statutum fœminarum excluſiuum, quam vis in eo maior eſſet vis, cum ſubſtitutus eſſet talis, qui ſecundum diſpoſitionem Statutariam excludebat neptem.

Viſa tamen eſt ceſſare coniectura, inde deſumpta, ex quo D. Iſabella neptis reperiebatur inſtituta in teſtamento Patris grauati, & Statutum Ferrarię fœminam non excludit à ſucceſſione teſtamentaria,
12 ſed ſolum ab inteſtato locum habet, *Soc. ſen. conſ. 182. verſ. Poſtremo, Ruin. conſ. 152. nu. 3. lib. 2. Corn. conſ. 202. nu. 11. lib. 3. Honded. conſ. 57. nu. 73. lib. 1. Mart. vot. 71. nu. 23. Brun. de Stat. excluſ. fœm. art. 1. nu. 36. Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 41 Mantic. de coniect. d. tit. 14. nu. 9. Fuſar. d. queſt. 402. num. 74. Ambroſ. dec. Peruſ. 10. nu. 35. & ſeq. par. 1. Rot. dec. 449. par. 4. diuerſ. & in d. Florent. de Guidacijs:* Verſ. *Deniq; non obſtat Statutum, & in alia Spoletana fideicõmiſſi 3. Iunij 1630. coram Ghiſlerio, Menoch.* qui de communi *conſ. 755. nu. 13. lib. 8. Sim. de Pręt. de Interpret. vlt. vol. lib. 3. dub. 3 ſolut. 2. nu. 47. fol. 304. ſecund. impreſ. Lugduni* qui de communi pariter atteſtatur, *Ruſtic. in leg. cũ Auus lib. 3. cap. 16. nu. 1. & 18.* Vbi *aſſerit hanc ſententiam, tanquam communem eſſe in iudicando ſequendam.*

Neq; obſtat ratio qua mouetur Fuſar. cum alijs contra communẽ, quod
13 videlicet, in interpretãda diſpoſitione fideicõmittentis non debeat inſpici voluntas grauati, ſed grauãtis, cui ſucceditur *leg. coheredis §. cum filia, ff. de vulg.*

Quia

Digitized by Google

Quia reſpondetur, quod ſi voluntas grauantis eſt conformanda Statu-
14 to *leg. heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. & ibi Bart. nu. 4.* Pręſumen-
dum eſt etiam eundem grauantem noluiſſe excludere fœminam,
quando fuit à grauato inſtituta, cum tunc Statutum eam non exclu-
dat; Ita reſpondet *Soc in leg cum Auus num. 96. Verſ. ſed iterum, ff. de
condit. & demon. & in d. §. cum ita nu. 31. & 32.* quem ſequuntur ſu-
perius allegati, & pręſertim *Zanch nu. 1186. & 1195. & Ambroſ. d.
nu 35. & eſt mente, Ruin. conſ. 144. nu. 15. & conſ. 152. nu 3. lib. 2.* Vbi
*Socin. quod de hoc nullus dubitaret Brun. d. art. 25 quęſt. 12. nu. 35. Sim.
de Præt. d. lib. 3. nu. 42. Menoch. de pręſumpt lib 4. pręſumpt. 89. nu. 107.*
Et quod hoc etiã procedat quãdo fęmina fuit inſtituta in re certa, quia
15 quod dicitur de toto, quo ad totum, proportionabiliter dicendum
eſt de parte, quo ad partem *leg. quæ de tota, ff. de rei vendic.* dixerunt
infraſcripti, qui non videbãtur habere contradicentes in hoc arti-
culo, *Socin. in d. l. cum Auus, & in leg. heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell.
Ruſtic. in eadem leg. cum Auus lib. 3. cap. 16. num. 19. Alciat. in leg. ſi filius
qui patri nu 35 ſub fin. ff. de vulg. & pupil. Menoch. conſ. 755. nu. 13. lib.
8. Zanch. in eadem leg heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. in prima impreſ.
nu. 1188. & nu. 1195. & in ſecunda impreſſ. par. 10. nu. 10. 14. & 21.
Brun de Stat. excluſ. fœm. art. 5. quęſt. 12. nu. 41. & art. 10. nu. 10. Sim. de
Pręt. de interpret. vlt. vol lib. 3 nu 42.*
Neq; his obſtare videtur, quod filia inſtituta in re certa non videatur
agnita in ſuam, quia pręterquã quod hoc in caſu filia videbatur in-
ſtituta in portione ſuperante legitimã, & ſic agnita in ſuam, *Merlin.
de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 6. nu. 17.*
Reſpondebatur etiam, quod vt patet ex *Brun. Ruin. Menoch. & alijs ſu-
pra allegatis*, Doctorum ratio præcipua non eſt agnitio in ſuam, ſed
eſt præſumpta mens Teſtatoris, volentis ſe conformare cum diſpo-
ſitione Statuti, quæ proportionabiliter militat in re certa.
Placebat etiam ponderatio, quod Statutũ Ferrariæ excludit cum præ-
ſeruatione dotis, & quod ideo D. Iſabella dotanda venit ex vi eiuſ-
16 dem Statuti, alioquin remaneret excluſa, propter dotem quam non
haberet *Rot. Bononien. ad Stat. dec. 6. nu. 6. Fuſar. quęſt. 402. nu. 87.*
Vnde retorquendo contrarium argumentũ, dicebatur quod ſicuti cen-
ſetur ſe Teſtator conformare cum Statuto in ea parte, in qua fœmi-
nas excludit, ita & in ea, in qua vult fęminas dotari.
Et hinc agẽti vigore Statuti fęminarum excluſiui obſtat exceptio do-
17 tationis, *Rot. in Ferrarien. de Taſſonis 17. Iunij 1630. coram Pirouano.*

Po-

Poſtremo videbatur etiam in dubio pronunciandum pro fœmina,con-
18 tra ſubſtitutum,*Honded.d.conſ.57.in fin.lib.1.Burſat.* qui plures cumulat rationes *conſ.300.nu.40.lib.3. Fuſar.de ſubſtit. quæſt 402.nu. 124. verſ. Non omitto;* Et multo magis quia hic agitur de dote, pro qua ſemper in dubio eſt iudicandum,*leg.in Ambiguis 71.ff.de iur.dot. ibi in ambiguis pro dotibus reſpondere, melius eſt*, & in pari numero ſententiarum præferendæ ſunt in dubio, quæ ſunt pro dote, *cap. fin. de ſent.& re iudic. Bart.in leg inter pares num. 6.ff.de re iudic. & ibi etiam Alex.& Iaſ.nu.1. Dec.in leg.fauorabiliores num.3. ff.de reg.iur. Theſaur. dec.1.nu.6.Vant.de nullit.ex def.iuriſd.nu.186.*

Neq; obſtat dotis promiſſio facta per Matrem, quia non conſtat illam fuiſſe ſolutam,immo nec acceptatam à filia.

Iuſtitiæ ſententiarum ita firmatę, non obſtiterunt obiectæ nullitates.

Nam quò ad primam aduerſus primam ſententiam DD.Carpij, & Nigrifolij deſumptam ex non præſtita per actricem fideiuſſione iudiciali à Statuto requiſita; Reſpondebatur, quod Statutum non videbatur locum ſibi vindicare in caſu mixto,in quo Mulier cum Marito erat in iudicio, *Bart.in leg.certi, §.quoniam ſi cert.pet. Aſin.in prax. §.19.cap.1. limit.3. nu.2.* Neq; coram ſupremo Tribunali Legati, coram quò, primo cauſa agebatur, *Oſaſch.dec.1. num.9.* Et quod in omni caſu dicta petitio fideiuſſionis, non fuerat intimata D. Iſabellæ,vt requirebatur ad *tex.& ibi trad.in Clem.1.in fine de appellat.* Prętereà cum ſententia illa DD.Carpij,& Nigrifolij fuerit confirmata per Eminentiſs & Reuerendiſs.D.Card.Sacchettum ſententia quę
19 virtute Statuti facit rem iudicatam; Nullitati primæ ſententiæ viā pręcludere videbatur,*Rot.dec.522.nu.7.par.3.recent Gratian.diſcept. 950.nu.9.*

Quò vero ad ſecundam nullitatem propoſitam aduerſus ſententiam eiuſdem Eminentiſs.Card.Sacchetti,quod videlicet fuerit circumſcripta citatio ad ſententiam,per productionem,& admiſſionem iurium;fuit Reſponſum, quod cum iura illa, quatenus aliquid probarent,ſolum concernerent exhauſtionis articulum,qui fuit in ſenten
20 tia reſeruatus, & ſic cum non facerent ad cauſam, ſuper quā fuit pronunciatum, non circumſcribebant, *Rot.coram Buratt.dec.727. num. 2.*

Præterea cum D. Iſabella, ad cuius inſtantiam emanauerat citatio ad ſententiam,iura non produxerit,nec productioni conſenſerit, dice-
21 batur non procedere obiectum circumſcriptionis, *Mohedan.dec.4.de*

ſent.& re iudic. Incipit. Dubitarunt Domini, Put.dec.213.par.2. Fuit dictum, &c.

Neq; etiam obſtitit, quòd obijciebatur conformitati earũdem ſententiarum, ex quo videlicet Prima grauaret ſimpliciter, & ſic etiam in bonis proprijs, vltima vero ſolum in hęreditarijs, quia cum in bonis ſimpliciter contineantur, etiam hæreditaria, ſicut in ſumma maiori
22 ineſt minor, etiam quo ad conformitatem ſententiæ *leg. inter pares in fin. ff. de re iudic. & cap. 1. de arbitr. in ſexto, Burat. dec. 557 nu. 2.* Quò ad bona hæreditaria remanebant conformes ſententiæ; Vnde in partibus conformibus mærebantur exequutionem, quam obti-
23 nuerunt, iuxta diſpoſitionem *Statuti lib. 2. cap. 66. Rot. in terminis eiuſdem Statuti dec. 552. nu. 9. par. 1. in recentiſs. quæ eſt Ferrarien. decimarum coram Pirouano.* Vbi, quod idem procedit etiam in terminis iuris communis, & poſt *gl. Dec. Soc. Alex. Cravett. oſtendit Gabr. concl. 1. de exeq. rei iud. nu. 5. Ferentill. ad Buratt. deciſ. 368. nu. 13. & 561. nu. 9. & 10.* vbi quod ad hoc, vt ſententiæ dicantur conformes ſufficit ſi concordent an ſubſtantia, licet non in verbis.

Præterea cũ qualitas, quod exequutio fiat in bonis hæreditarijs D. Herculis, ſit fauorabilis D. Panzano, fuit dictum, quod non alterat conformitatem, *Couar. pract. quæſt. cap. 25. num. 6. Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 1. nu. 48.*

Quò vero ad ſuſpitionem propoſitam aduerſus vnum ex Dominis in termino citationis ad ſententiam, Domini vnanimiter ſenſerunt
24 ſaltem tanquàm friuolam eſſe reijciendam, *Seraph. deciſ. 897. nu. 6. Ludouiſ. dec. 327. nu. 2. & dec. 466. nu. 7. Rot. dec. 533. nu. 2. & 4. par. 1. recentiſs.*

Neq; obſtat appellatio à proceſſu ad vlteriora, quoniam ſi friuola erat recuſatio, friuola etiam remanebat appellatio, quæ pariter ſperni
25 poteſt, & Iudex non ſolum ei deferre non tenetur, ſed peccat deferendo, *Card. in cap. de priore num. 3. de appell. Rol. conſ. 73. nu. 26. lib. 3. Lãcell. de atten. par. 2. cap. 12. ampl. 4. nu. 12. Clar. recept. ſent lib. 5. §. fin. quæſt. 94. Scac. de appell. quæſt. 17. limit. 36. nu. 3. Rot. in d. dec. 533. nu. 3.* vbi quod Iudex friuolę recuſatus benę fecit procedendo non obſtante appellatione.

Quod autem recuſatio prædicta eſſet friuola, & poſſet reijci, colligebatur, non ſolum ex qualitate perſonæ ipſius Domini recuſati Rotæ Auditoris, & cuius integritas in inſignioribus Tribunalibus fuerat comprobata, ſed etiam ex circumſtantia temporis, quoniam in calculo

26 culo ferendæ ſententiæ allegatio ſuſpitionis eſt valde ſuſpecta, *Conar.pract.quæſt.cap.26.nu.3.Marcheſ.de cōmiſs par.2. §.1.nu.31.Rot. dec.563.par.1.diuerſ.nu.5. Gabr.concl.5 de Iudic.nu.7* vbi quod poſt concluſum in cauſa non afficit niſi ſuperuenerit. *vt nu. 8.*

Et eo magis ſuſpecta videbatur, quod alias eadem pars alium Audito-
27 rem in hac ipſa cauſa ſuſpectum allegauerat, *Seraph.d.dec.897.nu.7. Add.in fin. ad Greg.dec.327.nu.15.Rot.dec.563.par.1.diuerſ.*

His addebatur Statutum Ferrariæ *lib.2. cap.39.in fine* à Summis Pontificibus confirmatum, diſponens Delegatum Principis non poſſe ſi-
28 ne reſcripto eiuſdem Principis allegari ſuſpectū, ex quo dicebatur ceſſare diſpoſitionem *tex.in cap.ſi contra vnum de reſcript.in ſexto.*

Accedebat quod cauſa ſuſpitionis expreſſa (videlicet D. Recuſatum fuiſſe Conſultorem in cauſa) confundi videbatur ex eo, quod præſens cauſa multis ab hinc annis ſemper fuerat in expeditione, & ſcripſerant in eius articulis Celeberrimi Iuriſconſulti, Giouagnonus, Poſthius, Rotæ Bononienſis, & Maceratenſis Auditores, præcipui Romanæ Curiæ Aduocati, adeò vt nouus Conſultor, quid noui adderet non haberet, *Seraph.d.dec.897.nu 5.*

Vnde huiuſmodi Allegatio peccabat non ſolum in materia, ſed etiam
29 in forma, quoniam Procurator non iurauerat iuxta diſpoſitionem *Statuti lib.2.cap.39 ſub initium;* Vel ſaltem de iuramento non conſtabat in actis, & quamuis aliud Notarius atteſtaretur, certum eſt,
30 quod nec etiam Iudici ſimul cum Notario creditur aduerſus acta, *Coccin.dec.289.nu.9.* & in puncto recuſationis, *Buratt.dec.371.nu 9.*

Deficiente autem iuramento prædicto Statutum ipſum recuſationem recuſat, & mandat eam non admitti, & ad vlteriora procedi, prout proceſſum fuit, eo etiam facilius, quo credebatur exſpirare cōmiſſio, & coram nobis habiti fuerant plurimi termini proſeruatis; & cauſa ipſa per annos vigintiquinque diſceptata videbatur exſpeditionem promereri.

Ex quibus, & alijs ita fuit vtraq; parte informante reſolutum.

ARGVMENTVM.

Quando poſſit Iudex, vel Notarius recuſari ad effectum remouendi, vel aſſociandi.

SVMMARIVM.

1 *Per clauſulam ſine præiudicio exequutionis, vel ſimiles præſeruatur iudicia quo ius exequendi*

2 *Ad recuſandum Notarium ſufficit leuis cauſa, & iuramentum.*

De

3 *De iure Ciuili, etiam ſine cauſa poteſt Iudex recuſari.*
Naturale eſt ſuſpectos Iudices declinare.
4 *Non poteſt Princeps impedire ne Iudex ſuſpectus recuſetur.*
5 *De iure Canonico Iudex recuſari non poteſt niſi probata iuſta cauſa ſuſpitionis.*
6 *In Notario. In Arbitro. In Conſultore ſuſpectis, ius Ciuile non reperitur immutatum per ius Canonicum quo ad recuſationem.*
7 *Poſt litem contextatam, Iudex recuſari non poteſt etiam de iure Ciuili.*
8 *Fallit quando ſuperuenit cauſa ſuſpitionis.*
9 *Item quando ſuperuenit notitia ſuſpitionis antecedentis.*
Quæ ſuperuenientia, Iuramento probatur.
10 *Contra perſonam teſtis inducti poteſt obijci exceptio ſuperueniens.*
Exceptio dilatoria ſuperueniens opponi poteſt poſt litem contextatam:
Diſpoſitio quamuis generalis, & iurata, non extenditur ad ſuperuenientia.
11 *Suſpitio Iudicis ceſſare videtur ex adiuncto non ſuſpecto.*
12 *Suſpitio Notarij non videtur ceſſare ex adiuncto non ſuſpecto ob timorem reuelationis.*
13 *Ex Stat. Ferrar. Notarius recuſatus ante contextationem, remouetur, ſi verò poſt, aſſociatur.*
14 *Regulariter ad eum ſpectat eiectio ad quem ſpectat electio.*
15 *Generale Statutum comprehendit omnes caſus etiam priuilegiatos, & licet in vno maior ſit ratio quam in alio.*
16 *Ex conſtit. Rotali Auditoribus, vt vniuerſis non datur adiunctis, ſed vti ſingulis dari poteſt ex eadem Rota.*

DECISIO LXXXI.

CVm D. Panzanus appellaſſet ad Sanctiſſimum, delegantem, cauſa in ſignatura diſcuſſa, fuit reſcriptum cum clauſula ſine retardatione exequtionis, vnde D. Maſtellarius inſtabat pro exequtione quæ per clauſulam prædictam intelligebatur
1 præſeruata Iudici à quo *Seraph. dec. 247. nu. 1. Gratian. diſcept. 41. nu. 22. Marcheſan. de commiſs. par. 1. cap. 16. nu. 85. Beltram. ad Ludouiſ. dec. 119. nu. 11. Idem Ludou. dec. 232, num. 1. & 4. vbi Beltram. declarat, & ampliat Burat. dec 641. nu. 18.* vbi loquitur etiam in clauſula ſine preiudicio legitimæ exequutionis, *prout loquitur etiã Seraph. vbi ſupra. Alia dixi dec. 6. nu. 3.* Ex aduerſo autem D. Panzanus ante omnia iurauerat ſuſpectum Notarium, & inſtabat deputa-
2 ri alium, ad quod ſufficit cauſa leuis, & iuramẽtum, *Anchar. conſ. 263. nu. 2.*

nu. 2. Alex. conſ. 114. nu. 2. & 3. lib. 5. Cagnol. in leg. ſi librarius nu. 4. ff. de reg. iur. Rot. dec. 93. nu. 3. & dec. 604. nu. 1. par. 1. diuerſ. & coram Burat.
3 dec. 371. nu. 8. Et quidem de iure Ciuili abſque cauſa non ſolū Notarius, ſed etiam Iudex ſuſpectus iuratus remouetur, leg. Apertiſſimi, C. de Iudic. vbi Imperator addit rationem quia, inquit, omnes lites abſque ſuſpitione procedere nobis cordi eſt, & legem prædictam tanquam piam commendat tex. in can. fin. 3. queſt. 6 vbi ſubditur in
4 fine naturale eſſe, ſuſpectos Iudices declinare. Et hinc forte non poteſt Princeps impedire ne Iudex ſuſpectus recuſetur, Abb. in cap. ſecundo num. 7. de appell. Marcheſ. de commiſſ. par. 2. cap. 5. num. 2. facit tex. in Clem. fin. de ſent. & re iud. vbi quod defenſiones, & alia quæ iuris naturalis exiſtunt Imperatori tollere non licet. Et quamuis jus
5 canonicum ſtatuat eum remoueri non poſſe, niſi probata iuſta ſuſpitionis cauſa, cap. cum ſpeciali de appell. Marcheſ. de commiſs. par. 2. cap. 12
6 nu. 22. vbi quod cauſa eſt plene probanda; In Notarijs tamen immutata remanet diſpoſitio, & ratio, tex. in d. leg. Apertiſſimi, C. de Iudic. Anchar. conſ. 263. nu. 2 vbi plus dixit, quod eſt in hoc pro ratione voluntas iux. tex. in leg. quia poterat, ff. ad Trebell. Dec. in cap. poſtremo nu. 2. de appell. Rol. conſ. 31. nu. 25. lib. 3. Marcheſ. de commiſ. par. 2. cap. 5. n. 23. vbi quod idem eſt in Arbitro, & Conſultore, & Procuratore, Rot. dec. 93 nu. 3. par. 1 diuerſ. Et eſt ratio quia non debet induci legum correctio niſi expreſſa reperiatur, gl. in cap. Cupientes, §. quod ſi per viginti in verb. petere, & in verb. priuatus de electiōn. in ſexto; Nam quod non mutatur quare ſtare prohibetur leg. præcipimus, C. de appell. Surd. dec.
7 239. nu. 4. & 5. Et quamuis etiam textus in d. l. Apertiſſimi, permittat allegari Iudicem ſuſpectum antequam lis incoetur, vt ibi dicitur & poſt litem contextatam omnino prohibeat, ne lites in infinitum extendantur, vt ibidem ſubijcitur, Marant. poſt gl. Bart. & alios, De ord. Iudic. par. 6. in tit. de appell nu. 25 vbi quod exceptio recuſationis debet eſſe omnium prima alias inducitur conſenſus in iuriſdictione,
8 id tamen non obſtabat hoc in caſu, quia quando cauſa ſuſpitionis ſuperuenit poſt contextationem, vt hic ſupponebatur; poteſt etiam poſt proponi nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, cap. Inſinuante 23. de off. & pot. Iud. deleg. quod loquitur in Iudice poſtulato qui familiaris partis poſt modum eſt effectus, cap. Paſtoralis 4. de except. ibi niſi forte aliqua de nouo, Franch. in cap. Cum ſpeciali n. 22. de appell. Felin. ibidem n. 15 & Dec. nu. 9. Couar. pract. quæſt. cap. 26. n. 21 Marcheſ. de commiſſ. par. 2. cap. 5. nu. 41. Marant. de ord. Iud. par. 6. in tit:

de appell.nu.72. vbi ampliat etiam poſt cõcluſum in cauſa,& in qua-
9 cunque parte iudicij, *Gabr.concl.5.de iudicijs nu.9.* Immo licet non ſuperuenerit cauſa ſuſpitionis,ſufficit tamen ſuperueniſſe notitiam, *vt probat text.in d.cap.Paſtoralis de except.Verall.dec.7.num.4.par.1.* vbi quod in hoc etiam præſumitur ignorãtia,vel probatur iuramento ex *tex.in eodem cap. Paſtoralis*, ibi fidem faciat iuramento poſtmodum ad illius notitiam perueniſſe, *Marcheſ.de commiſſ.par.2.cap.5.nu. 39.& 40.Gabr.concl.5.de Iudic.nu.9.*

10 Sic etiam licet teſtis inductus cenſeatur approbatus ab inducente ſaltem quo ad perſonam, *vt dixi ſupra dec.77.nu.9.* poteſt tamen inducens contra perſonam teſtis inducti proponere, & opponere exceptiones quæ ſuperuenerũt *leg.ſi quis teſtibus 15.C.de teſtib.Marant. de ord.Iudic.in tit.de repulſa teſtium nu.11.*

Sic licet dilatoriæ exceptiones proponendæ ſint ante litem contextatã *leg.Ita demũ,C.de Proc.leg.Pomponius,§.Rati ff.eodem gl.& Bald.in leg. exceptionem,C.de probat.Marant de ord.Iud.memb.9.tit.de exceptionibus nu.7.* poteſt tamen etiam poſt contextationẽ opponi quando ſuperuenit noua exceptio, vel ſuperuenit notitia exceptionis licet antiquæ, *vt probat tex.in d cap.Paſtoralis 4.de except.* ibi niſi aliqua de nouo exorta fuerit, vel ad notitiã ſuperuenerit, *gl.& Bart.in leg.2.C. de Conſort.eiuſdem lit.Alex.in leg ſi mulier, ff.ſol.matrim. Caſtren.in leg. fin.C.de except.Marant.de ord.Iudic d.membr.9.nu.8.* vbi quod in quacunque parte iudicij.

Et generaliter omnis diſpoſitio,& conuentio quamuis generalis,& iurata intelligitur rebus in eodem ſtatu manentibus, & non extenditur ad ſuperueniẽtia, *leg.qui cum tutoribus 9.ff.de tranſact.cap.Cum inter P.vbi Butr.& Imol.de renunc.cap.quemadmodum vbi gl.de iureiur. cap.cum M.Ferrarienſis vbi Bald de Conſtit.Euerard in loco à generalitate verſ.Tertio verba generalia.*

Dominis autem viſum eſt Notarium non eſſe remouendum, ſed aſſo-
11 ciandum, vnde dederunt ei adiunctum non ſuſpectum moti, quoniam de iure ſuſpitio Notarij ceſſare videtur ex adiuncto non ſuſpecto, vt de Iudice ordinario dicitur *in Auth. ſi vero contigerit vbi Iaſ. nu.6 C.de Iudic.Marcheſan.de commiſſ.par.2.cap.5.nu.6.Rota coram Pamphilio in Toletana decimarum,quam ſequitur Ludou.dec.327.nu.6 & poſt Couar.pract.queſt cap.26.nu.1. Idem Ludou.dec.466.nu.8.* Et quam-
12 uis alias Rota variauerit firmando non ceſſare ſuſpitionem Notarij ex adiũcto,quoniam ſuſpectus poteſt reuelare dicta teſtium,cui ma-

lo mederi non poteſt adiunctus, *Gonzales in reg. 8. Cancell. nu. 105.* vbi teſtatur, in Curia ſuſpectum Notarium omnino remoueri, *Rot. deciſ. 604 nu 2. par. 1. diuerſ. Beltram. ad Ludou. dec. 327. nu* 15. ceſſabat ta-
13 men in caſu noſtro diſputatio, quoniã *Statutum Ferrar. lib. 2. cap. 41.* diſponebat expreſſe, quod ſi Notarius iuretur ſuſpectus ante contextationem, remoueatur, ſi autem poſt, aſſocietur. Et quamuis dubitatum ſit, an ſub generalitate comprehenderetur Notarius Rotæ, vel quia dignus ſpeciali nota, *ad tex & DD. in leg. 1. C. quæ res pign. oblig poſſ. & in cap qui ad agendum de proc. in ſexto,* vel quia erat electus
14 à magno Conſilio, & ad eum regulariter ſpectare debet eiectio ad quẽ ſpectat electio *ad tex. arguen. à ſpeciali in can. fin. 79. diſt. Euerard. in loco à priuatione ad habitum verſ. ſecundo Argumentum ex hoc loco,* vi-
15 ſum tamen eſt eum comprehendi, quoniam generalis ſermo Statuti comprehendit omnes caſus, licet maior in vno ſit ratio quam in alio, & eius indefinita æquipollet vniuerſali, *Paſerr. conſ. 65. nu. 1. & ſeq. Amat. dec. Ferrar. 8. n. 30. & 31. Surd. dec. 323. nu. 1. & 2.* vbi quod generale Statutum includit omnes cauſas, & caſus etiam priuilegiatos;
16 Et eo magis quo etiam ipſa *Rotalis Conſtitutio nu. 30.* permittit ex cauſa dari poſſe adiunctum, etiam Auditoribus Rotæ, non quidẽ vniuerſis, ſed ſingulis, & *ex eadem Rota.* Et cum ipſe met Notarius qui erat integerrimus conſenſerit, immo inſteterit pro adiũcto, fuit conceſſus longe facilius.

ARGVMENTVM.

Plures obligati quando teneantur in ſolidum. Filij poſiti in conditione quando cenſeantur vocati. Sententia contra mortuum quando valeat. Clauſula deductis deducendis quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Quando filij filiorum cenſeantur patruis, & non patribus ſubſtituti.*
2 *Filij parentibus ſuccedunt in capita.*
Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.
3 *Venditor tenetur de euictione ex natura contractus, licet non promiſerit.*
Et licet dixerit ſe nolle teneri, adhuc tenetur ad pretium.
4 *Quem de euictione tenet actio. Eundem agentem repellit exceptio.*
5 *Creditor non tenetur de euictione pignoris, ſed ipſe non poteſt euincere.*
Pro detractionibus competit retentio, etiam ex perſona Authoris.
6 *Ius retrahendi eſt tranſmiſſibile.*
Ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, etiam ſine ceſſione.
Alienationes cenſentur adequare detractiones.

8 *Sen-*

7 *Sententia lata contra mortuum, eſt nulla ſaltem quando de morte conſtabat.*
8 *In atrociſſimis damnatur memoria defunctorum delinquentium.*
9 *Nepotes patruo an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita.*
10 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ſaltem ex coniecturis.*
Vocati ad portionem patrui, magis cenſentur ad portionem patris.
11 *Clauſula in ſolidum non ſubintelligitur niſi exprimatur.*
Nec venit ſub obligatione Camerali.
Obligatio Cameralis non auget obligationem, ſicut nec iuramentum.
12 *Plures ſimpliciter condemnati, tenentur in viriles etiam ſi eſſent in ſolidum obligati, & habito reſpectu ad omnes licet non conuentos.*
13 *Per clauſulam deductis prius deducendis ſuſpenditur exequutio ſententiæ, & ſi fieret ante liquidationem eſſet ſpoliatiua.*
Probationum facultas non eſt anguſtanda.
14 *Per iudicium principale, nõ intelligitur præiudicatum iudicio liquidatorio.*
15 *Quando ignoratur quid, & quantum ſit detrahendum, eſt facienda reſeruatio.*
16 *Sententia lata contra defuncti procuratorem Dominum litis effectum, valet. Tutior opinio eſt, vt ſententia concipiatur in perſonam ſimul procuratoris, & Domini.*
17 *Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus.*
Expreſſum in relato, cenſetur expreſſum in referente.
Verba ſunt improprianda ad ſuſtinendum actum.
Verba ſententiæ impropriantur, vt ſaluetur mens iudicantis.
Sententia reduci debet ad ſenſum iuris, & ciuiliter intelligi, vt Iuſtitiam contineat.
Suppletur ex lege, quod ſententiæ Iudicis deeſt.
18 *Sententia lata contra defunctum, valet quando procurator viuens fuit citatus.*
19 *Sententia nulla confirmari poteſt conſtito de bono iure, præſertim quando nullitas eſt ſolum in ſententia, & adducitur ratio cum limitationibus remiſſius. Et magis quando nullitas eſt dubia.*
In dubio contra nullitatem eſt iudicandum.
Tenuta nulliter data non eſt reuocanda qnando conſtat, quod eſſet de nouo danda.
20 *Notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati.*
Notoria iuſtitia videtur æquiparanda validitati.
Quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito.
Sententia notoriæ iuſta nunquam dici poteſt præcipitanter lata.

De-

DECISIO LXXXII.

QVon. D. Ioannes inſtituit hæredes tres ſuos filios, Alphonſum, Hippolitum, & Camillum, & ſi aliquis eorum deceſſerit abſque filijs, ſubſtituit fratres ſuperuiuentes, & eis præmortuis, filios in ſtirpes. Defecerunt Alphonſus, & Camillus abſque filijs, & ſucceſſit Hippolitus, qui poſt deceſſit relicto hærede filio D. Alphonſo. Hic vigore fideicommiſſi prædicti inſtituit iudicium aduerſus D. Hippolitam Barocciam, pro reſtitutione domus fideicommiſſariæ venditæ à prędictis tribus fratribus, & obtinuit à D. Locumt. pro duabus ex tribus partibus, deductis prius de iure deducendis. Appellauit Hippolita.

Et primo deducebat non videri purificatum fideicommiſſum ad fauorem Alphonſi iunioris, quia cum defuncto Alphonſo ſeniore, & Camillo ſuperuixerit Hippolitus, videbatur in eius perſona purificatũ
1 exſpiraſſe fideicommiſſum, cum filij filiorum ponderata vi verborum viderentur patruis, & non patribus ſubſtituti, *vt in caſu ſimili probare videtur Ruin. conſ. 102. nu. 5. 9. 10. & 15.* Quod adiuuari etiam videbatur ex clauſula in ſtirpes, quæ verificari non poteſt in ſucceſſione paterna, quoniam parentibus filij ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes, *§. 1. Auth. de hæred. ab inteſt. ven. Auth. de ſucceſſ. §. 1. C. de ſuis, & legit.*

Secundo quod Hippolitus cuius hæres eſt Alphonſus, vendidit domũ
2 prædictam ſuo, & fratrum nomine, vnde non poteſt impugnare factum defuncti, cuius perſonam repreſentat, *Auth. de iureiur. à morien. præſtit. in princ. l. cum à matre 14. C. de rei vendic. leg. ex qua perſona 192. ff. de reg. iur. Gabr. concl. 11. nu. 1. & ſeq. eodem tit*
3 certum eſt autem, quod venditor ex natura contractus tenetur de euictione rei venditæ, licet non promiſerit, *leg. Cum dubitatur, C. de euiction. leg. pacta conuenta, ff. de contr. empt. Ludou. dec. 25. num. 3.*
4 Immo licet venditor in contractu dixiſſet ſe nolle teneri de euictione adhuc teneretur ad pretium rei, licet non ad intereſſe, *tex. eſt in leg. exempto 11. §. fin. alias eſt lex emptorem, ff. de action. empt.* vbi plus dicitur, quod qui ſcienter alienum vendit, etiam ſi expreſſe paciſcatur ſe nolle teneri ad pretium, adhuc tamen tenetur, *Viuius dec. 151. Riccius Collectan. 382. Burat. dec. 507. nu. 1. Dixi infra dec. 197. nu. 3.* Certũ eſt etiam, quod
5 quem de euictione tenet actio eundem agentem magis repellit exceptio *ad tex. in leg. Inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur. & tradita per Abb.*

in cap. Debitores de iureiur. n. 4. & in ſpecie tex. in leg. vendicantẽ 17. ff. de euiction. Amat. dec. Ferrar. 3. nu. 9. Et abſurdũ eſt, vt qui tenetur, rem defendere, eam tentet offendere, & vt qui de euictione tenetur, poſſit euincere, *tex. opt. in leg. & ſi is qui lege* 10. *ff. di ſtract. pignor.* vbi quod creditor pignus, quod vendidit euincere non poteſt, licet ipſe de pignoris euictione minime teneatur, *vt ibi, & in rub. Cod. creditorem euictionem pignoris non debere, Ant. Fab. dec.* 1 *ſub d. tit. Riccius Collectan. dec.* 382. *ſub lege emptor fundi, C. de euictione.*

Tertio dicebatur, quod omni in caſu cũ Hippolitus vendidiſſet, & alij duo fratres ratificaſſent venditionem domus, cuius valor non aſcendebat ad medietatem hæreditatis eis debitæ pro detractionibns, ſicut etiam ſuppoſito fideicommiſſo venditores potuiſſent retinere, *Ludouiſ. dec* 185. *nu.* 1. *Merlin. de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *nu* 2. Ita emptrici

6 competebat retentio ex perſona venditorum, nam ius excipiendi generaliter tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, *Gratian. diſcept.* 691. *num.* 18. *& ſeq. & ius Detrahendi eſt tranſmiſſibile, Peregr. conſ.* 65. *num.* 6 *lib.* 1. *Honded. conſ.* 42. *nu.* 27. *lib.* 2. *& poſt alios Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 296. *nu.* 5. *vbi de receptiſſima, & practicata opinione teſtatur.* Immo per alienationem ipſam cenſetur facta detractio, & conſumptio, & alienationes prçſumuntur adæquare detractiones niſi probetur cõtrarium, *Peregr. de fideic. ar.* 39. *nu.* 14. *Beltram ad Ludou. dec.* 185. *nu.* 6. vbi ait id eſſe certum, & propterea videbatur pronunciandum competere retentionem.

7 Quarto dicebatur nulla ſententia D. Locumt. tanquam lata contra Hippolitam defunctam pendente iudicio, *leg. Paulus* 1. *ff. quã ſent. ſine appell. reſcind. poſſ. leg. In ſumma, §. fin. ff. de re Iudic. Surd. conſ.* 99. *nu.* 10. *& ſeq. lib.* 1. ſaltem quando de morte conſtabat, *vt dixi dec.* 21. *nu.* 3. ſolius enim Dei videtur iudicare viuos, & mortuos; At in ter-

8 ris ſolum in criminibus atrociſſimis, vt læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ damnari permittitur memoria delinquentiũ defunctorum, *Clar. lib.* 5. *ſent. §. fin. quæſt.* 51. *verſ. ſunt tamen aliqua Medices in tract. mors omnia ſoluit, concl* 2. *nu.* 6. *& ſeq.*

Sed credidi prçdicta non obſtare, Ad primum enim dixi, quod verba ſubſtitutionis expreſſæ videbantur ſatis clara, & apta comprehendere ſucceſſionem tam patruorum quam parẽtum; Verbum autem in ſtirpes ad effugiendum abſonum intellectum, & ſaluam rationem recti ſermonis *ad tex in leg. fin. ſub finem, ff. ad ſen. Conſ. Trebell.* videbatur intelligendum in caſu quo ſuccedendum eſſet patruis, & poſitũ

ad

9 ad euitandum conflictum opinionum in hoc articulo pugnantium
inter Azzonem, & Accurſium eorumq; ſequaces *de quibus per Craſ-*
ſum de ſucceſſionibus, §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 30. nu. 4. vbi tamen fir-
mare videtur communiorem eſſe ſententiam Accurſij, quod ſucce-
dant in ſtirpes, *Ceuall. in Theſaur. commun. opin. contr. cõmun. quæſt. 221.*
Buratt. dec. 312. nu. vnico, vbi quod Rota ſequi ſolet opinionem Az-
zonis, quod ſuccedant in capita, quam ſequitur, *& proſequitur late*
Theſaur. dec. 162. per tot. Et ad prædicta confert optime tex. in d. leg. fin. ff.
ad Sen. Conſ. Trebell. ibi victus eſt, quia verba ei, vel eis vtrumq; fra-
10 trum complecterentur, pręterea dixi filios hoc in caſu ſi non expreſ-
ſe ſaltem tacite vocatos intelligi tanquã poſitos in conditione *iuxta*
opinionem Oldrad. Cin. ſpec. Io: Andr. Salic. Anchar. Rom. & aliorũ quam-
plurium quos refert Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 2. verſ. ſed di-
uerſa, Clar in §. teſtamentum quæſt. 77. verſ contrariam, Craſſ. de ſucceſſ.
§. fideicommiſſum nu. 1. verſ. ſed aduerſus, Gabr concl. 4. de fideicom. nu. 2.
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. nu. 3 Ceuall. in Theſaur. commun. contr. com-
mun. quæſt. 94. nu 3. Ruſtic. in tract. de filijs in conditione poſitis, vbi re-
fert teſtantes de veriori, communiori, & æquiori, de filijs in conditione po-
ſitis lib. 1. cap. 2. nu 63. & hanc ſententiam, communem omnes faten-
tur, & æquam, & Magiſtratus Veneti qui ſemper ſequntur teſtato-
ris voluntatem eam vti veriſſimam amplectuntur, *vt poſt Socin. conſ.*
158. nu. 62. nu. 1. prædicti teſtantur, & eam canonizauit Statutum Vrbis,
lib. 1. cap. 142. Et quamuis cõtraria opinio eſſet communior, vt præ-
citati Collectores oſtendunt, fatentur tamen etiam eam ſequentes,
quod affirmatiua ſententia omnino procedit quando coniecturæ
concurrant, & facilius in deſcendentibus in quibus leuiores ſuffi-
ciunt, *vt vltra prædictos dixit Rota coram Ludouiſ: dec. 315. nu. 5. & ali-*
bi ſępius vt refert Ferentill. ad Buratt. dec. 385. nu. 10. Et licet poſſit etiã
vnica coniectura ſufficere ex ſententia Cæphali conſ. 749. nu. 4. & ſeq. &
aliorum plurium quos refert Petra de fideicom. quęſt. 9. nu. 190. vbi in verſ.
Ego vero, quod ſaltẽ id Iudicis arbitrio relinquitur, hic plures, & ve-
hementes coniecturæ concurrere videbãtur, & illa pręſertim quod
filij cum eſſent expreſſe vocati ad portionem patrui, fortius vocati
videbantur ad portionem patris longe magis ei debitæ, & commu-
ni parentum, & naturæ voto, *vt loquitur tex. in leg. ſcripta 7. §. fin ff.*
vnde liber. & poſt Riminald. ſen. Cæphal. Menoch. Decian Peregr. Handed.
Ruſtic. Intriglial. & Rotam probat Fuſar. de ſubſtit. quęſt. 437. num. 84.
vbi quod eſt fortiſſima coniectura, & magis communiter recepta,

Feren-

Ferentill.ad Buratt.dec.385.nu.10.in duodecima coniectura. Idem in puncto Buratt.dec.521.nu.2.

Ad ſecundum dixi, quod cum Hippolitus vendiderit nomine ſuo, &
11 fratrum qui ratificarũt,licet promiſerit domum defendere,intelligendum erat pro ſua portione tantũmodo cum in Inſtrumento non legeretur verbum inſolidũ,*ad tex.in l.reos,§.cum in tabulis,ff.de duob. reis,Oinot.inſtit.tit.de duobus reis ſtipul.& promit.in princ.nu.7. In puncto,Gratian.diſcept.682.nu.4.Ludouiſ.in Bononien. pecuniaria impreſſa poſt Amat.dec.Ferrar.52.nu.27.Buratt.dec.749.nu.12.* Nam clauſula inſolidum nõ ſubintelligitur niſi exprimatur *leg.ſi fundus, §. ſi duo ff. de pignor. Authent. Hoc ita C.de duobus reis, Surd conſ.150. num.34.& conſ.271.nu.62.Gratian.diſcept.201.nu.3. & melius diſcept.682 nu.5. Buratt.dec.50.nu.7.* vbi quod plures fratres inueſtiti ſine clauſula in ſolidum,cenſentur inueſtiti pro virili. Nec etiam venit ſub obligatione Camerali,*Rot.dec.392.nu.6.par.1.Recenſ.& poſt Gabr.& Galleſ. Gratian.diſcept.682.n.1.*vbi addit rationẽ quia de illius natura eſt arctius ligare non autem,obligationẽ augere, vt diximus de iuramento,quod maius vinculum addit, ſed diſpoſitionem non extendit extra ſuos limites,*Pariſ.conſ.110.nu.36.lib.1.& poſt Oldrad.& Dec.Lu-*
12 *douiſ.dec.15.nu.7.* Sic etiam plures ſimul,& ſimpliciter condemnati tenentur pro virili ſi non fuerit expreſſum verbum in ſolidum,*leg. 1.C.ſi plures vna ſent.condemn.* vbi ampliatur etiam ſi alter nõ ſit ſoluendo. Et diſpoſitio *tex.in d.leg.1.& 2.C.ſi plures vn.ſent* locum habet etiam quando plures erant in ſolidum obligati, dummodo non fuerint expreſſe in ſolidum condemnati, *leg.Paulus, vbi DD.ff.de re iudic. Boer.dec.210.nu.5. Amat.Ferrar.52.nu.1.& 2. Buratt.dec.337. nu.25.* Et in fortioribus terminis decidit *Afflict decif. 215. per tot.* quod ex ſexdecim in ſolidum obligatis quatuor conuenti, & ſimpliciter condemnati, cenſentur condemnati in viriles habito reſpectu ad omnes etiam non conuentos; *Refert, & ſequitur Riccius Collect. deciſ.246 ſub leg.1.C.ſi plur.vn.ſent.*

Ad tertium dixi ſatis prouiſum in ſententia per Clauſulam deductis
13 prius deducendis, per quam ſuſpenditur exceptio ſententiæ, & ſi fieret ante liquidationem,eſſet ſpoliatiua,*Amat.dec.Ferrar.11.nu.4. & 5.Buratt.dec.165.nu.2.& dec.800.nu.2.& dec.812.nu.6.Fuſar.de ſubſtit.quaeſt.672.nu.14.& ſeq. Capic.dec.17.nu.7.* vbi ampliat etiam ſi in ſententia non adſit verbum prius. Nec videbatur poſſe pronunciari ſuper retentione, quoniam forte actor probare poterat

con-

ſumptionem detractionum in alia parte, quę probandi facultas non erat auguſtanda *ad tex. in leg. fin. C. De hæret.* maxime cum interim reus gauderet retentione, nec actori poterat imputari cur ſuper eo non probaſſet, quia non fuerat aſſignatus terminus ad liquidãdum
14 qui tamen aſſignandus erit in iudicio liquidatorio, cui non cenſetur præiudicatum per iudicium principale, quod eſt longè diuerſum, *Menoch. de adip. ſc. poſſ. Rem. 5. nu. 71. Amat. dec. Ferrar. 9. nu. 1. & dec. 50.*
15 *nu. 12.* Et quod quando ignoratur quid, & quantum ſit detrahendum reſeruari poſſit liquidatio in exequtione facienda *dixit Cagnol. in l. vn. nu. 3. C. de ſent. quæ pro eo quid intereſt Monach. dec. Lucenſ. 56. nu. 43. & 44. Amat. dec. Ferrar. 28. nu. 6 & dec 46 nu. 3.*
16 Ad quartum primo fuit dictum, quod cum ſententia lata foret contra defuncti procuratorem Dominum litis effectum ſuſtinebatur *ad tex. in leg. nulla dubitatio 23. C. de procur.* vbi quod procurator Dominus litis effectus poteſt ab ente, vel mortuo Domino cauſam proſequi iurgiumque finire, *gl. & Alex. in puncto in d. l. nulla ſub finem. Faciunt tradita per Ceuall. in Theſaur cõmun. contra commun. quæſt. 418.* vbi in articulo illo, an ſententia concipienda ſit in perſona principalis, vel procuratoris refert tres probabiles opiniones, & tertiam tutiorem, vt in perſona vtriuſque concipiatur, prout hoc in caſu factum legebatur. Et licet non fuerit expreſſum, vel enunciatum in ſententia, quod procurator eſſet Dominus litis effectus, attamen quod eſ-
17 ſet ille talis conſtabat ex actis ad quę ſententia ſe referebat expreſſe. & relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus *leg. Aſſe toto, ff de hæred. inſtit. & poſt Bart. Ruin Dec. Crauett. tradit Ludou. dec. 522. nu. 10.* Et relatio operatur, vt expreſſa in relato, dicantur expreſſa in referente, *Berous conſ. 140 num. 36. lib. 2. Ludou. d. dec. 522. nu. 9.* Accedit quod debent verba ſuppleri, & impropriari ad hoc, vt actus ſuſtineatur *ad tradita in leg. & puto ff fam. erciſc. & in cap. ſi Ciuitas, & in cap. ſi ſententia, de ſent. excom. in ſexto.* Et in ſpecie verba ſententiæ impropriantur, vt ſaluetur mens iudicantis *gl in d. leg. & puto, ff. fam. erciſc. & poſt eam Bald in leg. Cum virum, C. de fideicom. Rom. ſing. 19. & poſt alios Euerard. in loco à ſubiecta materia poſt princ. verſ. Hinc etiam Amat. dec. Ferrar. 37. nu. 10.* vbi quod ita debet interpretari, vt iuſtitiam contineat *facit tex. in leg. 4. §. ſi quis condemnatus, ff. de re iudic.* vbi quod ſæpe repletur ex lege, quod ſententiæ iudicis deeſt, *& in his, & fortioribus terminis Burat. in Imolen honorũ dec. 440. nu. 5.* probat ſaltẽ de conſuetudine, & de iure Canonico ſententiam ſuſtineri.

18 Secundo dicebatur, quod quando fuit citatus procurator viuens licet non viuentis, vt hic, ſententia ſuſtinetur, *vt fatetur allegatus ex aduerſo Surdus d. conſ. 99. nu. 26. & firmat Rot. coram Buratto in d. Imolen. bonorum dec. 440. nu 5.* Immo Senatus Mantuanus in caſu in quo ſcripſit Surdus, iudicauerat validam ſententiam latam contra defunctum, & procuratorem ſimul, licet non eſſet citatus procurator, ſed principalis, *vt idem ipſe Surd. ſupponit nu 26.*

Tertio demum omnem tollebat difficultatem, quod quamuis ſententia prædicta laboraſſet aliquo ſcrupulo, vel etiam peccato nullitatis
19 ex defectu citationis prædictæ vel alio, adhuc confirmari poterat, cum conſtaret in reliquis de bono iure, prout hæc eſt communis, & æqua, & ſanctiſſima concluſio, *Vant. poſt alios de nullitat. tit. quibus mod. ſent nulla nu. 129 Seraph. dec. 857. nu. 31. Amat. dec. Ferrar. 19. nu. 18. & ſeq.* vbi limitationes adducit, ſed nulla congruebat caſui noſtro in quo nec facta erat exequtio, nec nullitas principaliter intentata, *Caualcan dec. 27. num. 17. par. 1.* vbi quod concluſio prædicta ſine controuerſia procedit quando nullitas vt hic, eſt ſolum in ſentẽtia, & non etiã in proceſſu, *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 20. Ampliat. 17. nu. 2.* vbi quod tenuta nulliter data non eſt reuocanda quando conſtat quod eſſet de nouo danda: quæ facilius etiam procedunt quando nullitas eſt dubia, *Rot. dec. 474. nu. 11. par 2. recenſ. Beltram. ad Ludouiſ dec. 176. quæ eſt Tudertina damnorum nu. 16. ſub finem*, cum etiam in dubio ſemper contra nullitatem pronunciandum ſit, *vt copioſe docet Vant. de nullitat. tit. 1. nu. 24. & tit. vltim. nu. 127.* Et videtur eadẽ
20 concluſio confirmari poſſe ea ratione, quia ſicut notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, & ſententia notorie iniuſta dicitur etiam nulla, *Seraph. dec. 1261. nu. 1. Ludou. dec 1. nu. 7. Dixi ſupra dec. 71. nu. 14.* Ita etiam notoria iuſtitia æquiparari debet validitati, & ſententia notorie iuſta reputari debet etiam valida; Et ſic ſi iniuſtitia ſententiam annullat, iuſtitia validat, quia contrariorũ contraria ſunt prædicata, & quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, *leg. fin. in fine. ff. de Calumniat. leg. fin. ff. de leg. 3. § plus autem vbi Angel. & Iaſ. not. inſtit. tit. de action. Menoch. de præſ. lib. 4 præſ. 60. nu. 36.* Ad idem confert, quod ſententia nunquam poteſt dici nulla quaſi præcipitanter lata, quando de manifeſta illius iuſtitia conſtat *ad tradita per Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & per Coccin. dec. 280. nu. 7.* Et ego vt verum fatear ſi Princeps forem, fere omnes omnino nullitates annullarem. Appellauit Baroccia, & com-

miſſa cauſa cum Clauſula conſtito Excellẽtiſſimo D. Venantio mihi in Prætura meritiſſimo ſucceſſori. Is poſt maturam diſcuſſionem mandauit exequi die primo Octobris 1639.

ARGVMENTVM.

An & quando Iudex ſecundæ inſtantiæ condemnans in expenſis, cenſeatur condemnare in expenſis primæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis condemnans in expenſis, cenſetur condemnare etiam in expenſis primi iudicij, in quo Iudex non condemnauit neq; abſoluit.*

2 *Voluntatis mutatio tanquam accidens non præſumitur.*

3 *Quando Reus in prima inſtantia habuit iuſtã cauſam litigandi, non cenſetur per ſecundũ Iudicẽ condẽnatus in expenſis illius inſtantiæ, niſi expreſſerit.*

4 *Temerarius litigator eſt in expenſis condemnandus, etiam parte non petente ſecus ſi habuit iuſtam cauſam litigandi, quæ tamen non excuſat in caſibus de quibus ibi.*

5 *Succumbens in lite, præſumitur habuiſſe iniuſtam cauſam litigandi.*

6 *Condemnatio in expenſis facta per Iudicem appellationis, non trahitur ad expenſas primæ inſtantiæ in qua Reus fuit expreſſe abſolutus, & nu. 8.*

7 *Repugnantia eſt euitanda.*

8 *Sententia contra ſententiam non valet.*

Si victor non appellat ab expenſarum abſolutione, ſibi præiudicat. Secus ab omiſſione, vt nu. 1.

9 *Appellatio eſt regulariter communis etiam appellato. Amplia vt ibi.*

10 *Fallit quando appellans appellauit in parte, & partibus, & capita ſunt ſeparata.*

11 *Taciti, & expreſſi eſt eadem virtus quando ex eadem cauſa proueniunt.*

Non condemnatus in expenſis, an cenſeatur abſolutus, & nu. 12. & 13.

14 *Sententia eſt ſtricti iuris.*

15 *Abſolutus ab expenſis quatenus ſentẽtiæ acquieſcat, & quatenus non, condemnatus, per appellationem dicitur non acquieuiſſe: Et quid ſi appellatio fiat deſerta.*

DECISIO LXXXIII.

ILluſtriſſima D. Margarita Canana obtinuit aduerſus DD. Paſquales, & litis conſortes immiſſionem in vim Saluiani ſuper quibuſdam terris ſibi hippotecatis, & hoc in Rota ponente q. D. Paſio qui in ſententia non expreſſit neq; abſolutionem, neq; condemnationem expenſarum, ſed impetrata per Paſquales reauditione

ne

ne coram eadem Rota. Idem D. Ponens de voto dixit bene iudica-
tum, & victos condemnauit in expenſis. Fuit dubitatum an huiuſ-
1 modi condemnatio intelligenda eſſet de expenſis vtriuſque inſtan-
tiæ, & Domini me proponente vnanimes affirmatiue reſponderunt
moti *auctoritate tex. in leg. omnem honorẽ quæ eſt lex fin. C. quando prouoc.*
non eſt neceſſe, vbi ideò victor non appellat ab expenſarum condem-
natione omiſſa per primum Iudicem, quoniam ſecũdus poteſt abſq;
appellatione ſupplete, *Felin in cap. ſignificauerunt nu. 7. de except. quem*
ſequitur Puteus dec. 246. lib 2. Seraph. dec. 38 per tot. Gratian. dec Mace-
raten. 50. Caualcan. dec. 15 nu. 17. par. 1. qui plures cumulat authoritates,
& Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 88. nu. 1. & 2. qui rationes adducit. Quod
ſi concluſio prædicta procedit, prout Doctores loquuntur in diuerſis
iudicibus, facilius procedere videbatur hoc in caſu in quo idem fuit
Iudex à quo, & Iudex ad quem, vel quia facilius credi poteſt, quod
quis velit ſupplere ſententiam propriam quam alienam, *ad tex. in leg.*
Diligenter ff. mandati, & in Auth. de nuptijs in princ. vel quia in haben-
tibus ſimbolum facilior eſt tranſitus *ad tex. in leg. hac conſultiſſima, §.*
2 *ex imperfecto, C. de teſtam. Thom. dec. 68. nu. 113.* vel quia ſubſequens
declaratio explicat precedentem intentionem, & eiuſdem volun-
tatis non eſt præſumenda mutatio, *leg. eum qui voluntatem 22. ff. de*
probat. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 165. nu. 2. & 3. vbi addit rationẽ quia
mutatio eſt accidens, quod non præſumitur.

3 Non obſtabat, quod ſupradicta propoſitio videatur limitanda quan
do condemnatus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi in prima inſtan
tia, quia tunc non cenſeretur condemnatus per ſecundum Iudicem
niſi expreſſe loquutus foret de expenſis vtriuſque iudicij, *Seraph. dec.*
38. in princ. Put. d. dec. 246. poſt Felin. Thomat. dec. Maceraten. 47. & eſt
de mente Menoch. d. præſ. 88. nu. 2. quia tunc ceſſat potiſſima eius ratio
iniuſtitiæ vitandæ. Immo retorquetur nam ſicut iniuſtum eſt non
4 condemnare in expenſis temerarium litigantem, *leg. eum qui temere,*
ff. de Iudic. inſtit. tit. De pœna temer. litig. per tot. Lancellot. de atten. par. 3.
cap. 31. nu. 114. vbi poſt gl. Bald. Bolognin. Aſin. & alios, ampliat vt poſ
ſit Iudex etiam parte non petente in expenſis condemnare. Ita non
minus videtur iniquum damnare in expenſis habentem iuſtam cau-
ſam litigandi, *ad tex. in Auth. de Iudic. §. oportet, & in leg. qui ſolidum*
88. §. etiam, ff. de leg. 2 ibi ſi ratio litigandi non fuit, Menoch. de arbitr.
Iudic. lib. 2. caſ. 177. nu. 1. vbi decem cauſas excuſantes adducit *Fe-*
rentill. ad Burat. dec. 921. nu. 8. & ſeq. vbi limitat, quod iuſta cauſa nõ

ex-

In quo adde Cartar. dec. Gen. 1. nu. 4. & 10. Non inquam id obſtabat quoniam prætenſa iuſta cauſa non fuit oſtenſa per Paſquales, vn-
5 de potius eis obſtabat regula, quod victus, & ſuccumbens in cauſa, in dubio præſumitur habere iniuſtam cauſam litigandi, *gl. in Auth. generaliter, C. de Epiſc. & Cler. & in cap. calumniam de pœnis, Abb. in cap. finem litibus de dol. & contumac. nu. 22. vbi tamen limitat. Couar. pract. quæſt. cap. 27. verſ. 6. condemnatio, Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 87 num. 1. Seraph. dec. 38. nu. 3.*

6 Quod ſi prima ſententia ab expenſis abſoluiſſet expreſſe, & ſecunda condemnaſſet, Domini ſentiebant condemnationem intelligendam eſſe ſolum de expenſis ſecundæ inſtantiæ moti duplici ratione prima quia ſecunda ſententia, primam ſimpliciter confirmando, intelligitur eam confirmare, tam quo ad principale quam quo ad acceſſoria, & ſic tam in merito quam in expenſis alias eſſet ſibi contraria, & contineret bene ſimul, & male iudicatum. Et huiuſmodi re-
7 pugnantia eſt euitanda, *leg. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. leg. quoties, ff. de verb. oblig. leg. quoties, ff. de reb. dub Fulgoſ. in his terminis conſ. 158.*
8 Secunda quia cum victor non appellauerit ab expenſarum abſolutione ſententia quo ad hoc, & quo ad eum tranſit in rem iudicatam, *vt in his terminis poſt Specul. & Io: Andr. dixit Franc. in cap. ſæpe nu. 12. de appell. Felin. in cap. ſignificauerunt nu 2. de reſcript.* Sententia vero contra ſententiam in rem iudicatum tráſacta, & de qua Iudici conſtat, non valet, *leg. 1. C quand. prouoc. non eſt neceſſ. leg. 1. C. ſent. reſcind. non poſſ. cap. inter monaſterium, vbi Felin. de re iudic. Roman. conſ. 410. nu. 4.* Ita per has duas rationes concludit *Caualcan. dec 11. nu. 17. par. 1. poſt Fulgoſium d. conſ. 158. Caſtrenſ. ſing. 1. Ad lens ad Matteſilan. ſing. 3. Marſilius ſing. 683. Gabr. concl. 19. ſub finem, Gratian. dec. Maceraten. 50. nu. 1. Thomat. dec 47. Granutius Theoremat. 6. nu. 5.*

9 Non obſtat quod appellatio appellantis ſit etiam communis appellate, *leg. ampliorem, C. de appell. Marant. de ord. Iudic. tit. de appell. nu. 271.* vbi ampliat etiam ſi appellatus alias appellare non potuiſſet, *Burat.*
10 *dec. 123. nu. 8.* quia reſpondetur id fallere quando victus appellauit in parte, & partibus, & capita ſententiæ ſunt ſeparata, *Franch. in cap. ſi duobus 7. num. 5. de appell. Felin. in cap. 2. verſ. 10. limita ſecundo de mut. pet. Gratian dec. 83. nu. 6.*

11 Nec etiam obſtat, quod Iudex non condemnans in expenſis videatur abſoluere, & quod in expenſis non condemnatus, cenſeatur abſolutus *ex leg. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. Menoch. poſt alios de*

præſ.lib.2.præſ 89.per tot. Cartar.dec.Gen.1 num.1. Giurba dec.81.nu.2. vnde cum tacitum, & expreſſum quando proueniunt ex eadem cauſa, pariant eundem effectum, *leg. cum quid ff. ſi cert. petat. leg. de quibus, ff. de legib. Bald in leg.3. ff. de teſtam. tut.* non videbatur conſtituenda differentia inter caſum in quo quis ſit abſolutus expreſſe, & inter caſum in quo ſit abſolutus tacite per omiſſionem condemnationis,
12 vt ſupra. Non obſtat inquã, nam reſpondetur quod vere textus ille dicere non videtur id ad quod allegatur, & quod immo condemnatio præſumitur potius omiſſa, vel ob errorem Iudicis, vel ob non petitionem partis, & magis ex memoriæ lapſu quam ex voluntatis aſſenſu *ad tradita per Seraph. d. dec.38. in princ. Put. dec.146. in fine lib. 2. Gratian. d. dec.50. nu.2. vbi ponit aliam rationem differentiæ*, Præte-
13 rea conciliando dici poſſet, quod non condemnatus in expenſis à primo Iudice cenſeatur abſolutus in effectu donec condemnetur à ſecundo ad quem cauſa tota deuoluitur cum facultate maxime ſupplendi, *iuxta tex. in d. leg. omnem honorem C. quando prouoc. non eſt neceſſe.* In omnibus tamen caſibus negari non poteſt quin tutius ſit abſoluere, vel condemnare, & exprimere expenſas coram nobis factas, vel primi, & ſecundi iudicij, vt omnis tollatur dubitatio, *ad tex. & ibi*
14 *not. in leg. quæ dubitationis, ff. de reg. iur.* Maxime quia ſententia eſt ſtricti iuris, & reſtringi debet quoties poteſt ſalua ratione recti ſermonis, *leg.1. C. ſi plur. vna ſen. cond. leg. ſi inter me, & te, ff. de except. rei iudicat. Caſtrenſ. conſ.296. col.3. ſub med. lib.1. Crauet. conſ.10. nu.3.*
15 Quod ſi primus Iudex abſoluiſſet ab expenſis quatenus victus ſententiæ acquieſcat, & quatenus non acquieſcat, condemnaſſet, tunc eo ipſo quo appellat, & proſequitur, dicitur non acquieuiſſe, & remanet condemnatus in expenſis, licet poſt modum appellatio efficiatur deſerta, ſecus ſi ſolum appellaret, & non proſequeretur; *Ita Maſtrill. dec.164. nu.12. & per tot. & nu.21. vbi refert ita ſe pluries iudicaſſe, & ita ſæpe fuiſſe iudicatum in M.C. & in Conſiſtorio.*

ARGVMENTVM.

Adultera in quas pœnas incidat, & an poſſit appellare, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *In crimine notorio non datur appellatio ſuſpenſiua.*
2 *Confeſſus adulterium, non auditur appellans.*
3 *Clauſula ſi quid exequendum ſuſpendit exequendum, donec fuerit cognitum de iuſtitia ſententiæ.*

4 *Pe-*

4 *Petens exequtionem vigore dictæ Clauſulæ, tenetur ſententiam iuſtificare ex eiſdem actis.*
5 *Copula ex quibus probata dicatur, & nu. 6.*
7 *In his quæ fieri ſolent in occulto oritur ex vehementi preſumptione probatio.*
Adulterium facilius probatur quando de eo ciuiliter agitur.
Licet adulterium plene probari non poſſit, at preſumptio adulterij eſt plene probanda.
8 *Confeſſio eſt ſuperlatiua probatio.*
9 *Confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ.*
10 *In criminali confeſſus non habetur pro condemnato, ſed pro condemnando.*
Confeſſio etiam in proceſſu inualido facta nocet.
11 *Ex confeſſione mulieris plene probatur adulterium quo ad maritum, & quo ad preiudicium ipſius mulieris confitentis, & quid quo ad preiudicium adulteri.*
12 *Acta Criminalia an probent in Ciuili, & è conuerſo.*
13 *Confeſſio facta in iudicio ſummario, an & quando probent in plenario, & nu. 14. vbi vide tres limitationes.*
14 *Acta coram ſeculari, an probent coram Eccleſiaſtico, & quid in confeſſione.*
15 *Sola confeſſio non probat delictum, neq; aduerſus confitentem niſi alia probatio concurrat.*
16 *Sponte confeſſo quando, & quare dandus ſit terminus ad ſe defendendum, etiam non petenti.*
17 *Ob adulterium locus ſit diuortio, & nu. 18.*
18 *Dictio niſi poſtpoſita negatiua ſiue actus, ſiue potentiæ affirmat.*
19 *Ob adulterium non ſolum mulieris, ſed etiam viri locus eſt diuortio.*
Quos Deus coniunxit, homo non ſeparat. Declara vt ibi.
20 *Per diuortium, non diſſoluitur vinculum matrimonij.*
21 *Coniuges per diuortium ex adulterio vnius ſeparati, per ſuperueniens alterius adulterium ſaltem Iudicis officio reconciliantur.*
22 *Adulterans amittit dotem, licet ſolum ciuiliter actum ſit.*
Et licet ſimus in dote non data, ſed promiſſa.
Et quid in parapbernalibus.
23 *An propter oſculum luxurioſum amittatur Dos.*
An vidua fornicando amittat Dotem.
24 *Dos adulteræ applicatur filijs quando adſunt.*
Filij ſunt alendi expenſis coniugis qui diuortio prebuit apud alterū qui eam non prebuit.
25 *Adulteræ, an debeantur alimenta, & nu 26. & 27.*

26 *Fi-*

Digitized by Google

26 *Filius tenetur alere patrem quamuis crimino ſum, & quare.*
28 *Alimenta, & ſumptus litis, an adulteræ debeantur.*
29 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
Sententia dubia declaratur ex petitione clara.
30 *Adultera debet in Monaſterium detrudi.*
31 *Pœna minorari debet ſponte confeſſo.*
32 *Regulariter toties eſt iteranda pœna, quoties culpa iteratur.*
Plura adulteria commiſſa cum vna puniuntur, vt vnum in foro exteriori.
Quando vterque delinquens eſt coniugatus duplex, admittitur adulterium.
Quod duplicem habet deformitatem neceſſario confitendam in foro pœnitentiali.
33 *Quæ ſit pœna adulterij de iure Moſaico, Ciuili, Canonico, & conſuetudine, & nu. 34.*
34 *Deteſtabilius eſt adulterium mulieris quam viri, & quare.*
35 *Pro ſimplici furto de iure, nec etiam ſeruo imponitur pœna mortis.*
36 *Non debet maior eſſe nummorum, quàm morum æſtimatio.*
37 *Ob frequentiam delinquentium quando pœnæ augeantur, vel minuantur.*
38 *Maritus ſcienter cognoſcens adulteram vxorem, tacite remittit ius querelandi. Amplia vt ibi.*
39 *Mariti continentia, an vxori adulteræ præbeat exceptionem aduerſus diuortium.*
40 *Morbus ſufficit ad denegandum debitum, ſed non ad obtinendum diuortiũ.*
41 *Mulier à marito expulſa, an adulterans poſſit euitare diuortium.*

DECISIO LXXXIV.

Maritus aduerſus adulteram vxorem (quorum nomina ſub honeſto ſilētio inuoluimus) obtinuit à Reuerendiſſimo Vicario pronunciari locum eſſe diuortio, & priuationi dotis ad fauorem filiorum, & detruſioni in Monaſterium arbitrio eiuſdē Reuerēdiſs. Appellante vxore, & ex mutuo partium conſenſu cauſa mihi commiſſa, cum clauſula ſi quid exequendum, & cum facultate terminum aſſignandi. Credidi exequendam eſſe ſententiam, vt infra
1 motus, quoniam in notorio crimine de quo videlicet quis eſt conuictus, & ſponte confeſſus non admittitur appellatio ſaltem ſuſpenſiua, *leg. 2. C. quorum appellat. non recip. cap. Romana* 3. *§ ſi autem de appell. in ſexto, poſt Bald. Imol. & alios Marant. de ord. Iudic. tit de appell. nu.* 281. vbi quod licet ex dictis iuribus quæ vere loquuntur alternatiue videatur alterum ſufficere, attamen quando concurrit vtrumque, indiſtin

ſtæ committenda eſt exequtio, *Clar. qui fortius loquitur in pœnis criminalibus lib. 5 recept. ſent. §. fin. queſt. 94. ſub initium*, vbi poſt alios teſtatur de communi, & magis communi etiam in confeſſo, licet alias nõ conuicto, & quod niſi in appellatione adducat cauſam probabilem aduerſus confeſſionem non debet in exequtione ſuperſederi. Et in
2 ſpecie quod in adulterio confeſſionato non detur appellatio, *probat tex. in d. leg. 2. C. quor. appellatio non recip. ibi ne quis adulterorum conuictus, vel propria voce confeſſus, audiatur appellãs, Clar. d. queſt. 44. in princ. Scaccia de appellat. queſt 17. limit. 4. nu. 83.*
3 Et quamuis commiſſio cum clauſula ſi quid exequendum ſuſpendat exequtionem donec fuerit cognitum de iuſtitia ſẽtẽtiæ, cuius exequtio poſtulatur, *Gratian. diſcept. 698. nu. 3. Rot. dec. 487. par. 3. diuerſ. & coram Buratt. dec. 650. nu. 2. & coram Coccino dec. 216. nu. 3.* Immo
4 petens exequtionem vigore clauſulæ prędictæ teneatur ſententiam exequendam iuſtificare ex eiſdem actis, *Mareſcot. var. reſol. cap. 121. nu. 20. Seraph. dec. 987. num. 2. & 6. Ferentill. ad Burat. dec. 650. quæ eſt Ferrarien. de Taſſonis nu. 17. niſi in caſu de quo dixi dec. 44 nu. 8.* viſum tamen eſt ſententiam optime iuſtificari in ſingulis eius capitibus.
5 Primo enim de adulterio conſtabat ex quo cum muliere deprehenſus eſt amator ſolus cum ſola nudus cum nuda in eodem lecto iacentes, quibus concurrentibus abundanter dicitur conſtare de copula ſi non ex cõcludenti probatione, ſaltẽ ex violẽta prę ſumptione, quæ ſufficit preſertim ad effectum diuortij, *tex. vbi Canoniſtæ omnes in cap. Litteris 12. de preſumpt. Bart. Bald. Alex. Rom. Ruin. Dec. & alij plures relati per Tiraquel. de legib. connubialib leg. 2. nu 6. & per Menoch. de preſ. lib. 5. præſ. 41. nu. 11. & ſeq.* vbi quod ſufficit ſi ſolus cum ſola in loco, & tempore ſuſpecto reperiantur, *& num. 15.* vbi quod ſufficit etiam ad effectum imponendi pœnam ſaltem extraordinariam, *Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 12. num. 43. & 44.* vbi quod ſufficit etiam alia queuis prę ſumptio ſimilis expreſſæ *in d. cap. ſi litteris*, ad probandam copulam moraliter ad effectum iuris quamuis metaphiſicè non di-
6 catur probata copula, licet probetur quod nudus ſupra nudam repertus ſit, quia potuit illa vel hic impotens eſſe, vel cõtingere, quod hic non ſeminauerit, *Felin. in cap. preterea 27. nu. 2. de teſtib. Maſcard. de prob. concl. 59. num. 4. Menoch. de praſ. lib. 5 preſ. 41. nu. 12. Sanchez de*
7 *de matrim. d. diſp. 12. num. 4. lib. 10.* Sed in his quæ factitari ſolent in occulto vt copula, oritur ex vehementi prę ſumptione probatiò *ad gl. in cap. preterea de teſtib. Dec. conſ. 577. nu. 12. Maſcard. de prob. concluſ.*

37.nu.7.8. & 10 *Menoch.de præſ.lib.5.præſ.4.num.1* & *2.Sanchez de matrim lib.18.diſp.12.num.51.* vbi quod licet adulterium plene probari nequeat, præſumptio tamen adulterij eſt plene probāda, prout hic plene probata videbatur. Et quando agitur ciuiliter ad ſeparationem Thori, & Dotis reſtitutionem certum eſt adulterium probari teſtibus, etiam ſingularibus, & coniecturis, *vt poſt Pariſ. Bertazol. Farinac. probat Rota dec.204 par 6. diuerſ. coram Vbaldo.*

Sed ceſſabat omnimoda difficultas, ex quo tam maſculus quam fœmina in iudicio examinati coram D. Locumt criminali in primis conſtitutis ſponte confitebantur copulam, immo copulas ſucceſſiuas
8 vnius anni, quæ confeſſio fuerat coram D. Vicario reproducta cum alijs actis. Confeſſio autem dicitur pleniſſima, & ſuperlatiua probatio, & ſuperat omne genus probationis, *leg. generaliter, C. de non num. pec. cap. per tuas de prob. Ludou dec. 143, num. 3.* & *dec. 357. nu 3.* &
9 *nu. 11.* Et præſertim confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ, *leg. 1. ff. de confeſſ.* ibi confeſſus ſua quodammodo ſententia condēnatur, & pro iudicato eſt, *leg. vn. C. eod. tit. de confeſſ. ibi confeſſos pro iudicatis haberi placet, Marāt. de ord. Iudic. tit. de confeſſ. nu 21.* & *24.*
10 Quod expeditum eſt in cauſa ciuili, & quo ad effectum ciuilem, & licet in criminali, & quo ad effectum criminalem confeſſus non habeatur omnino pro cōdemnato, *iuxta tex. vbi Bart. in leg ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum*, certum tamen eſt, quod confeſſus etiam in criminali habetur ſi non pro condemnato, ſaltem pro condemnando, & debet omnino condemnari, *Gandin in tract. de quæſtionibus nu. 15 qui teſtatur de communi, Clar poſt alios lib 5. recept. ſent. §. fin. quæſt. 65. in princ.* vbi quod tunc partes Iudicis non ſunt niſi in condemnando; Et quod confeſſio aliud non expectat quam exequtionem. Immo confeſſio facta etiam in proceſſu inualido ſufficit ad condemnandū *vt poſt Bart. Felin. Bald. Alex. tradit Marant. de ord. Iudic. tit. de cōfeſſion. nu. 24.* & *poſt alios plures Maſcard. de prob. concl. 357. nu. 1. 2.* & *3.* vbi ampliat expreſſe etiam ad cauſas criminales quando confeſſio fuit ſpontanea, & non metu aliquo tormentorum extorta, & *refert Viuium atteſtantem de communi in lib. communium opinionum in verb. con-*
11 *feſſio.* Et quod etiam ex ſola mulieris confeſſione probetur adulterium, quo ad præiudicium ipſius mulieris confitentis, & quo ad maritum agentem ad diuortium, *tex. eſt in cap pen. de adulterijs*, ibi niſi tibi conſtiterit, vel per euidentiam rei, vel per legitimam confeſſionem mulieris, quod adulterata ſponte fuiſſet, ipſam recipere cōpel-

las eamdem, *gl. in d. cap. pen. in verb. confeſſionem*, quæ limitat dummodo confeſſio fuerit iudicialis, *& ſequitur ibidē Hoſtien. nu. 1. gl. in can: p. 32. quæſt. 1. in verb. patronus, Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 12. nu. 49.* vbi quod confeſſio iudicialis facit notorium, *quod in his terminis dixit etiam Grammatic. dec 31. num. 8.* Immo quod iudicialis adulteræ confeſſio probet adulterium etiam aduerſus adulterum, probari videtur, *ex traditis poſt gl. Abbat. & Felin. per Beroum quæſt. fam cap. 84. num. 7. facit tex. in ſignificaſti 5. de adulter.* vbi confeſſio mulieris adulteræ contra Clericum, probat ad effectum indicendæ purgationis Canonicæ, *Pariſ. conſ. 124. lib. 4. nu. 28.* vbi loquitur etiam contra Clericum ad effectum priuationis beneficij, ſed quando cōfeſſio eſt adminiculata coniecturis *poſt Socin. Maſcard. de prob. concl. 64. nu. 12. qui tamen nu. 13. refert. Roman. & Pariſ. contrarium ſentientes licet Roman. conſ. 164 vere loquatur quando mulier accuſabat, Pariſ. vero loquitur, vt dixi.*

12 Non obſtat, quod acta criminalia non probent in ciuili, quia immo quod inter eaſdem perſonas probent, *comprobat poſt alios Maſcard. de prob. concl 34. num. 20.* vbi generaliter loquitur, & ſpecialiter in ſententia, *Buratt. in Romana adminiſtrationis Fundaci dec. 4 9. nu. 5* qui loquitur etiam in teſtibus, quod magis obtinent in confeſſione; Nā licet alia acta ciuilia non probent in criminali, *vt per eūdem Maſcard. d concl. 34. nu. 1. & per Ceuall in Theſaur. commun contr. commun. quæſt. 296. verſ. Sed contrariam.* Attamen confeſſio facta in ciuili probat in criminali, *Felin. in cap. At ſi Clerici num. 12. de iudicijs, vbi poſt Bald.* ampliat licet incidenter fiat, *Idem Maſcard. de prob. d concl. 34. nu. 16. vbi de communi, & plenius concl. 348. nu. 16. & 19.* vbi refert diſtinguentes, & alios refert, licet quo ad plenam probationem non ſequatur *Clar. lib. 5. receptar. ſenten. §. fin quæſt. 54. verſ. ſed quid ſi exhi-*
13 *beantur;* Et quod etiam confeſsio facta in iudicio ſummario plene probet in plenario inter eaſdem perſonas, quando confeſſio tendit ad eundem finem, *poſt Felin. Dec. & alios probat Maſcard. de prob. concl. 348. nu. 9. Amat. qui loquitur de ſententia dec. Ferrar. 49. nu. 11.*

14 Non obſtat, quod in criminibus mixtis: Acta corā ſeculari non probent coram eccleſiaſtico, *vt per Felin. in cap. At ſi Clerici de iudic. nu. 4. quia id habet cōtradictores, vt ibi per eundē Felin. & Maſcar. de prob. concl. 33. nu. 24* & non procedit quādo agitur de imponenda penitentia, *vt ſubdit in fine Felin.* Et quod actis factis coram ſeculari contra laicum credatur coram eccleſiaſtico quando agitur inter eaſdē perſonas.

ſonas,& de eodem facto *dixit Butr.in cap. At ſi Clerici de iudic.in princ. verſ.ſed oppono, Maſcard.de prob.concl.33.nu.26.* Præterea Doctores contrarium ſentientes non loquuntur de confeſſione,ſed de actis,generaliter dicentes eccleſiaſticum non teneri ſtare actis, & proceſſibus factis coram ſæculari, ſed debere nouum inchoare proceſſum, prout hoc in caſu factum legebatur. Confeſſio autem facta in vno iudicio,quod generaliter probet in alio,*probat late Felin. in cap 1.nu. 18.vt lit.non conteſt quem ſequitur Rot.in Rom.Vineæ,coram Coccino,dec. 194.nu.1. Gratian.diſcept. forenſ.cap.396.nu.29.* Quando videlicet ſumus in confeſſione principalis,licet ſecus ſit in confeſſione procuratoris,*vt ibi per Felin. & per Buratt.dec.46.nu.10.* quæ facta in vno iudicio non probat in alio niſi ſit à Domino ratificata, quo caſu etiã dubium eſt an probet,*vt per Ferentill.ad Buratt.dec.136.num.33.* Et quando ſumus in confeſſione expreſſa, nã tacita non probat in alio iudicio,*Achill.dec.2.nu.2.de confeſſ.Burat.dec 952.nu.11.*prout etiam ſecus eſt in confeſſione quam quis tanquam teſtis fecit in vno iudicio, quia ſibi tanquam principali non nocet in alio, *Capicius dec.52. nu.3.Rot.dec.4 nu.1. & 2.in antiq. & coram Menzanedo dec.559.nu.8. par.1.recentiſſimarum, ſeu poſthumarum*, niſi concurrentibus adminiculis,vt ibi. Et quod confeſſio facta etiam coram Iudice incompetenti, dummodo non ſit omnino incompetens, vt ſecularis in Clericum ſemiplene probet, & ſufficiat ad torquendum, *dixit poſt alios Clar.lib.5.recept ſent.§ fin.quæſt.21.verſ.ſed hic quæro,Maſcard.de prob. concl.548.nu.4.Ceuall.in Theſaur.commun.opin.contr.commun.quæſt.18. num.1.*

15 Neque etiam dici poterat, quod ſola confeſsio nõ probet delictum etiam aduerſus ipſum confitentem, *iuxta tex.in leg 1.§. Diuus,ff.de quæſt.* ibi confeſsiones reorum pro exploratis facinoribus haberi nõ oportet ſi nulla alia probatio Religionẽ cognoſcentis inſtruat, quia reſpondetur quod textus ipſe habet in ventre limitationẽ,ibi ſi nulla alia probatio, congruentem caſui noſtro in quo confeſsio non ſolum non erat nuda,ſed pluſquam adminiculata, immo probata ex præſumptione *ad tex. in d.cap.litteris de præſ.*

16 Non obſtat etiam, quod ſpõte confeſſo licet non petenti aſsignandus ſit aliquis licet breuis terminus ad ſe defendendum cum multa poſſent aduerſus confeſsionem etiam ſpontaneam deduci,& ita videtur eſſe communis obſeruantia,& practica quã ſeruat totus mundus, *vt dixit Salicet.in leg.2.nu.7.C.de cuſt.reorũ, & poſt Ang.Put. Boſſ.*

&

& alios, Clar. lib. 5. recept. ſent: §. fin. queſt. 49. verſ. eſt igitur, & queſt. 65. ſub initium. Nã reſpondetur, quod cootraria procedunt in criminalibus meris, non autem in ciuilibus iudicijs, vel mixtis, cuiuſmodi erat noſtrum, *ad tradita per Clar. in §. adulterium, verſ. & hæc quidem, & per Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 8. nu. 18.* cum confeſſus in ciuilibus habeatur omnino pro condemnato iuxta ſupra probata. Magis ceſſabat difficultas ex quo licet nõ fuerit coram D. Iudice à quo terminus formaliter aſsignatus, attamen & antc, & poſt ſentẽtiam, & coram primo Iudice, & coram me mulier habuit tempus, & tempora intra quæ deducere potuit, & nihil deduxit contra confeſsionem. Et ego adhuc ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum dixi ſententiã eſſe exequendam niſi infra quinque aliquid releuans mulier deduxiſſet, prout nec deduxit. Et hoc igitur ſuppoſito, quod videlicet de adulterio ſatis ſuperque conſtaret, conſequebatur iuſtificatio ſingulorum capitum in ſententia contentorum. Nam

17 Quoad primum, quod ſcilicet ex adulterio vnius ex coniugibus, altero inſtante diuortio locus fiat *eſt tex. Euangelicus Matthei cap. 5.* ibi qui dimiſerit vxorem excepta fornicationis cauſa, *& eiuſdem Matthei cap.* 19. vbi quod non licet vxorem dimittere niſi ob fornicatio-

18 nem, ergo ob fornicationem dimittere licet, quia dictio niſi poſtpoſita negatiuæ ſiue actus ſiue potentiæ affirmat, & ponit actum, vel potẽtiam, *leg. actione, & ibi DD. C. de tranſact. leg. Titia, §. fin. vbi Alex. ff. de manumiſſ. teſtam, Euerard. in loco à cõtrario ſenſu. Et ſunt de hoc tex. expreſſi in cap. ſignificaſti, in cap. ex litteris, in cap. Gaudemus de diuortijs, Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 3. nu. 2.* vbi quod hæc concluſio eſt de fide, & à nemine in cõtrouerſiam reuocata *Rolan. conſ. 50. lib. 1. nu. 5.*

19 vbi quod habet locum tam in adulterio vxoris quã viri, quia quoad ciuilem accuſationem pares ſunt coniuges, licet non quoad criminalem, *vt per Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 3. nu. 6. & diſp 8. nu. 31.* & licet olim in lege Moſaica nõ poſſet vxor adulterum maritum repudiare, *vt per Tiraquell. de leg. connubial. leg. 1. par. 1 gl. 1. nu 43. in fine.* Neque his obſtat Quos Deus coniunxit homo non ſeparat, *Matthei cap. 9. & can. ſunt qui dicunt 27. quæſt 2.* quoniam hoc in caſu Deus ip-

20 ſe ſeparat, vel ſeparationem admittit, vt ſupra. Et quoniam per diuortium nou fit diſſolutio, vel ſeparatio vinculi matrimonialis, ſed habitationis, & thori vnde qui dimiſſam duxerit, mæchatur *Matthei cap. 9. & cap. 19 tex. in cap. 4. de diuort. & tex. melior in cap. 2. in fine eodẽ tit. de diuort.* ibi: Licet ſeparentur ſemper tamen coniuges erunt,

Concil. Trid. ſeſſ. 24. de matrim. can. 10. Sanchez de matrim. lib. 10. diſp.
21 *2. num. 2.* vbi reprobat errorem contrarium. Immo coniuges ex vnius adulterio per diuortium ſeparati poſſunt ſaltem Iudicis officio reconciliari, ſi alter etiam poſt ſententiam in ſimile labatur adulterium, *gl. fin in cap. fin. de adulter. & in can. Apoſtolus in verbo viro 32. queſt. 1. Innocent. in cap. de illa num. 1. de diuort. Abb. in cap. fin. num. 5. de adulter. Sanchez qui alios plures cumulat de matrim. lib. 10. diſput. 9. num. 30.*

22 Quo ad ſecundum Caput, quod videlicet adulterans amittat dotē, eſt etiā deciſum de iure ciuili *in leg. cū mulier, ff. ſol. matrim. & in leg. conſenſu, §. 1. ff. de repud. in leg. vnic. §. taceat, C. de rei vxor. action. in leg. miles, §. ſocer, ff. ad leg. Iul. de adulter.* De iure autē canonico idē deciditur *in cap. plerumque de donat. inter vir. & vxor. & poſt Bald. Conar. Villalob. atteſtantes de communi, tradit Clar. in §. adulteriū, verſ. Et ſcias,* vbi quod ex communi contra Bart. id procedit etiam ſi maritus ſolum ciuiliter, & nō etiam criminaliter vxorem accuſauerit, *Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 8. nu. 4. & 5.* vbi quod procedit etiam in dote promiſſa, quod probat etiam *Rolan. conſ 50. nu. 8. lib. 1.* Immo quod non ſolum dotalia, ſed etiam paraphernalia per adulterium amittantur, *probat Clar. in §. adulterium verſ. Adde,* licet in hoc cōtrarium verius eſſe *dixerit Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 8. nu 10.* Nec defece-
23 runt ſentientes, etiam ob ſolum oſculum luxurioſum ſaltem in loco, & tempore ſuſpecto, adulterium pręſumi, & dotem amitti, *Bald. in cap. tua nu. 4. de procur. Bellon. in rub. de eden. nu. 81. vbi de communi poſt Couar. Clar. in d. §. adulterium, verſ. ſcias etiam, quod mulier, late Maſcard. de prob. concl. 64. nu. 1. & ſeq. Alios plures refert, ſed non ſequitur Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 4. nu. 11. & diſp. 12. num. 45. & ſeq. prout nec ſequitur Menochius de preſ. lib. 5. preſ. 41. num. 29. & num. 33.* Et quod etiam vidua poſt obitum viri ſaltē intra annum luctus fornicando amittat dotem, *ſenſerunt Rolan. Oſaſch. Alciat. Couar. relati per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 50. nu. 19. & ſeq. vbi tamen contrariam ſententiam aſſerit communiorem.*

24 Quod autem dos adulteræ ſit applicanda filijs quando adſunt ſiue ex illo, ſiue ex alio matrimonio, ita vt ipſis quæratur proprietas, patri autem vſusfructus cum onere ſuſtinendi onera matrimonij, & ſic filios ipſos alendi, colligitur *ex tex. & ibi DD. tradunt in Auth. ſi pater C. diuortio facto, probat Barboſa in leg. 2. nu. 68. ff. ſol. matrim. Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 8. nu. 12. & diſp. 20. nu. 5. & ſeq.*

25 Ob-

23 Obſtare poterat hic, quod adulteræ reſeruanda videbantur, vel ex dote, vel aliunde, vel à filijs, vel à marito ſubminiſtranda alimenta neceſſaria, *ad tex. in cap. 2. de diuort. in fine, Abb. in cap. ex litteris nu. 11. eodem tit. vbi de communi Clar. in §. adulterium, verſ. facta autem ſeparatione*, & confert ratio, quod cnm per diuortium non diſſoluatur vinculum indiſſolubile matrimonij, vxor licet adultera, nō deſinit eſſe vxor reſpectu mariti, vt ſupra dixi *ex tex. in d. cap. 2. de diuortijs*, & multo minus reſpectu filiorum deſinit eſſe mater, cum iura ſanguinis tanquam naturalia ſint immutabilia, *§. ſed naturalia inſt. tit. de iur. nat. gent. & ciuili*, & nullo iure ciuili dirimi poſsint, *leg. Iura ſanguinis 8. ff. de reg. iur. Et facit tex. in Auth. de nupt. §. ſi vero contigerit*,
26 vbi dicitur quod filius tenetur alere patrem quamuis delinquentē, quoniam vt ibi, licet impius, & legum contemptor ſit, pater tamen eſt, *& ita conſonat tex. in d. cap. 2. in fine de diuortijs*, ibi, licet ſeparētur, ſemper tamen coniuges erunt.

27 Sed viſum eſt obiectum non obſtare; Primo, quia quando adulterium non eſt occultum, ſed notorium, & maxime declaratum per ſententiam, quod adulteræ non debeantur alimenta, *ſenſerunt Lupus in cap. per veſtras §. 39. num. 5. de donat. inter vir. & vxor. Rolan. conſ. 50. nu. 6. lib. 1. Bolognet. conſ. 23. nu. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 118. nu. 5. & tit. 7. quæſt. 16. nu. 17. Sanchez qui refert alios de matrim.*
28 *lib. 10. diſp. 8. nu. 24. & 28.* vbi quod ſaltem poſt ſententiam, idem eſt in alimentis, & ſumptibus litis, in quo tamen articulo refert com muuem contra communem, *Ceuall. quæſt. 743. vbi num.* 18. inclinat in affirmatiuam, quæ tamen iuxta mentem Sanchez intelligi poſſet in prima inſtantia. Secundo ex facto tolli poteſt iuris diſputatio, quoniam licet ex adulterio, locus eſſet amiſsioni totius dotis, etiā promiſſæ, vt ſupra dixi, quia tamen integra Dos non fuerat ſoluta marito, fuit ſolummodo petitum pronunciari ſuper amiſsione dotis receptæ, vnde remanebat penes vxorem, vel eius propinquos pars nō ſoluta, ex qua illa poterat ali. Et licet ſententia ſimpliciter damnaſſet in amiſsione Dotis, intelligenda tamen erat iuxta petita, & ſic
29 de Dote recepta, vt ſententia eſſet libello conformis, vt debet *ad tex. in leg. vt fundus, ff. cōmun. diuiden.* ibi Extra id quod in iudicio deductum eſt excedere poteſtas Iudicis non poteſt, *Rot. dec. 187. num. 6. penes Cencium de cenſibus, & nu. 7.* vbi quod alias eſt nulla, & ſententia dubia declaratur ex petitione clara, *leg. ſi præſes 32. ff. de pœn.* quæ etiam in fine bene congruebat huic caſui ibi Mitior ſequenda, *Euerard.*

rard.in Topica in loco à libello ad ſentētiam in fine princ. Amat.dec.Ferrar. 52.nu.12. & nu.26. Rot.coram Creſcent. dec.6. nu.2. de ſent. & re iudic. & dec.339.nu.4.par.1.recentiſſimarum,ſeu poſthumarum,& dec.154.nu. 11 par.6. diuerſorum, & eſt Reatina bonorum, & loquitur in ſententia Vicarij.

30 Quo ad tertium, quod ſcilicet adultera detrudi poſsit, & debeat in Monaſterium ad pęnitentiam peragendam, *diſponit tex. in Auth. ſed hodie, C.de adulterijs*, vbi quod poſt biennium volente marito debet habitum ſuſcipere Monacalē,& ibi permanere dum viuit: Idem dicitur in Clerico *in can.ſi quis Clericus 81.diſt.* ibi toto vitæ ſuæ tempore,atque ita iudicatum, *refert Grammatic.dec. 31. num.8.Clar.in §. Adulterium,verſ.ſed quæro,Menoch.de arbitr.Iudic.lib. 2.caſ.419.nu.61.* qui pariter loquntur pro toto tempore vitæ, licet erranter allegent, *tex.in cap.Gaudemus.* Vnde mitior quam lex fuit Iudex qui pronunciauit mulierem in Monaſterio retinendam arbitrio,vt ſupra, Potuit

31 tamen pœna minorari attenta pręſertim confeſſione ſpontanea *cap. fin. vbi gl. de furti, cap. inter corporalia de translat.Epiſc. leg 1. C.ne tut. & curat.vectigal. cond. Auth.ſed nouo iure, C.de pęn.Iud. qui male iudic. Felin. in cap. At ſi Clerici nu.2. de iudicijs*, vbi quod mitius agitur cum confeſſo quam cum conuicto *copioſe Tiraquell.de pęn.temp. cauſ.trigeſima nu.1.& ſeq.*

Et licet maſculus confeſſus ſit ſe ſupra centum vices fœminam cogno-
32 uiſſe,vnde videbatur toties iteranda pęna, quoties delictum fuerat iteratum *ad tex.in cap.1.de pęn.* Attamen plura adulteria perpetrata cum vna, puniuntur vt vnum in foro exteriori, *gl. in leg. vulgaris in verb.fur eſt, ff.de furt. quam omnium calculis receptam dixit Couar.lib.2. variarum reſol. cap.10. nu. 8. ſub finem, Clar. in §. Adulterium verſic. Sed pone.*

Et licet etiā,cū eſſet coniugatus vterq; delinquēs,duplex eſſet adulteriū, *vt per Clar.in d.§.Adulteriū,verſ.Tribus modis,*quod ideò duplicē habet malitiam, & deformitatem neceſſario confitenoam in foro pœnitentiali, *vt ex communi contra Emanuel Sà concludit Sanchez de matrim.lib.9.diſp.15.num. 6.ſub medium*, id tamen in foro fori non ſic attenditur.

33 Verum eſt tamen,quod in lege Moſaica Adulterio legitur impoſita pœna mortis,*vt Geneſis cap.26.& Deuteronomij cap.22.*vbi ſi dormierit vir cum vxore alterius vterque moriatur, & adulter, & adultera extra ciuitatem adducti lapidibus obruantur. De iure etiam ciuili

in

in Codice pro adulterio pęna capitalis imponit beat vxorem, & vnaquæquamuis 2. *C. de adulterijs, & poſt Alex. & alios atteſt.* ndã, *vt exponit Ho-* *tradit Clar. in §. Adulterium, verſ. ſed quæro.* Immo etiam *nu. 19.* ibi, Nõ matum, ſed attentatũ adulterium extraordinaria pœna puniendam. *leg. 1. ff. de extraord. crimin.* ibi ſollicitatores alienarum nuptiarum, & ſiue ſi effectu ſceleris potiri non poſſint, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur. Quamuis ex nouiſsimo iure authenticorum in muliere ob ſexus fragilitatem fuerit pœna mitius temperata, vt virgis cæſa in Monaſterium detrudatur, *vt in d. Auth. ſed hodie C. de Adulter. & ita iudicatum refert Boerius dec. 297. nu. 12. & Grammatic. dec. 31. nu. 8.* licet ibi quo ad fuſtigationem, ſuſpenſa fue-
34 rit exequtio. Abſtrahendo tamen à fragilitate deteſtabilius eſt adulterium mulieris quam viri ob confuſionem diuerſi ſeminis, & prolis incertitudinem, & quia maiorem irrogat infamiam, & quia maior in muliere caſtitas exigitur, *lo: Fab. in §. Maſculi inſt. tit. de nuptijs, Tiraquell. referens Legiſtas & Theologos de legibus connubialibus leg. 1. gl. 1. par. 1. num. 44. verſ. quamquam, Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 3. nu. 1.* Ex generali autem conſuetudine, etiam in maſculis, puniri ſolet adulterium arbitraria pęna citra mortem quando commiſſum eſt abſque vi, prout hoc in caſu maſculus in exilium damnatus eſt à D. Locumt. Et mulier in Monaſterium tranſmiſſa à Reuerendiſs. D. Vicario, *Clar. in §. Adulterium, verſ. ſed quæro ſub finem Menoch. de arbitrar. Iudic. caſ. 419. nu. 1. & per tot. Farinac. de delict. carn. quæſt. 141.* Conſuetudo autem quę pęnam minorauit in adulterijs, auxit in fur-
35 tis ſimplicibus quibus in iure non reperitur impoſita capitalis pęna neque etiam ſeruis, *tex. eſt in Auth. ſed nouo iure, C. de ſeruis fugitiu.* ibi pro furto, nec ſeruus moriatur, nec membrum abſcindatur, ſed aliter caſtigetur, *Ceuall. in Theſaur. communium contra communes quæſt. 741. nu. 1.* Et licet *Alciatus in leg. probrum ff. de verb. ſignific. relatus à Farinacio de delictis carnis quæſt. 141. nu. 68.* huiuſmodi conſuetudinẽ
36 carpat, dicẽs fures occidi, adulteros mulctari quia maior nũmorum quam morum eſt æſtimatio. Et licet etiam durius videatur ſi dicatur, quod ex frequentia delinquentium pœna augeatur in furtis, & minuatur in adulterijs, & ſic quod ex eadẽ cauſa, contrarij oriantur effectus, adhuc tamen poterit conſuetudo defendi tanquam rationi, & iuribus conſona cum eadem iura diſponant, & quod pœnæ
37 poſsint augeri ob frequentiam delinquentium *leg. Aut facta ff. de pœnis,* ibi: Vbi multis graſſantibus exemplo opus eſt, &c. Et quod pę-

26 Filius tenetur alere patrem quamuis criminoſum, & quare.
28 Alimenta, & ſumptus litis, an adulteræ debeantur.
29 Sententia debet eſſe conformis libello.
Sententia dubia declaratur ex petitione clara.
30 Adultera debet in Monaſterium detrudi.
31 Pœna minorari debet ſponte confeſſo.
32 Regulariter toties eſt iteranda pœna, quoties culpa iteratur.
Plura adulteria commiſſa cum vna puniuntur, vt vnum in foro exteriori.
Quando vterque delinquens eſt coniugatus duplex, admittitur adulterium.
Quod duplicem habet deformitatem neceſſario confitendam in foro pœnitentiali.
33 Quæ ſit pœna adulterij de iure Moſaico, Ciuili, Canonico, & conſuetudine, & nu. 34.
34 Deteſtabilius eſt adulterium mulieris quam viri, & quare.
35 Pro ſimplici furto de iure, nec etiam ſeruo imponitur pœna mortis.
36 Non debet maior eſſe nummorum, quàm morum æſtimatio.
37 Ob frequentiam delinquentium quando pœnæ augeantur, vel minuantur.
38 Maritus ſcienter cognoſcens adulteram vxorem, tacite remittit ius querelandi. Amplia vt ibi.
39 Mariti continentia, an vxori adulteræ præbeat exceptionem aduerſus diuortium.
40 Morbus ſufficit ad denegandum debitum, ſed non ad obtinendum diuortiū.
41 Mulier à marito expulſa, an adulterans poſſit euitare diuortium.

DECISIO LXXXIV.

Maritus aduerſus adulteram vxorem (quorum nomina ſub honeſto ſilētio inuoluimus) obtinuit à Reuerendiſſ mo Vicario pronunciari locum eſſe diuortio, & priuationi dotis ad fauorem filiorum, & detruſioni in Monaſterium arbitrio eiuſdē Reuerēdiſs. Appellante vxore, & ex mutuo partium conſenſu cauſa mihi commiſſa, cum clauſula ſi quid exequendum, & cum facultate ter minum aſſignandi. Credidi exequendam eſſe ſententiam, vt infra
1 motus, quoniam in notorio crimine de quo videlicet quis eſt conuictus, & ſponte confeſſus non admittitur appellatio ſaltem ſuſpenſiua, *leg. 2. C. quorum appellat. non recip. cap. Romana 3. § ſi autem de appell. in ſexto, poſt Bald. Imol. & alios Marant. de ord. Iudic. tit. de appell. nu.* 281. vbi quod licet ex dictis iuribus quæ vere loquuntur alternatiue videatur alterum ſufficere, attamen quando concurrit vtrumque, indiſtin

cte

Digitized by Google

& committenda eſt exequtio, *Clar. qui fortius loquitur in pœnis criminalibus lib. 5 recept. ſent. §. fin. queſt. 94. ſub initium*, vbi poſt alios teſtatur de communi, & magis communi etiam in confeſſo, licet alias nõ conuicto, & quod niſi in appellatione adducat cauſam probabilem aduerſus confeſſionem non debet in exequtione ſuperſederi. Et in
2 ſpecie quod in adulterio confeſſionato non detur appellatio, *probat tex. in d. leg. 2. C. quor. appellatio non recip. ibi ne quis adulterorum conuictus, vel propria voce confeſſus, audiatur appellãs, Clar. d. queſt. 44. in princ. Scaccia de appellat. queſt. 17. limit. 4. nu. 83.*
3 Et quamuis commiſſio cum clauſula ſi quid exequendum ſuſpendat exequtionem donec fuerit cognitum de iuſtitia ſẽtẽtiæ, cuius exequtio poſtulatur, *Gratian. diſcept. 698. nu. 3. Rot. dec. 487. par. 3. diuerſ. & coram Buratt. dec. 650. nu. 2. & coram Coccino dec. 216. nu. 3.* Immo
4 petens exequtionem vigore clauſulæ prædictæ teneatur ſententiam exequendam iuſtificare ex eiſdem actis, *Mareſcot. var. reſol. cap. 121. nu. 20. Seraph. dec 987. num. 2. & 6. Ferentill. ad Burat. dec. 650. quæ eſt Ferrarien. de Taſſonis nu 17. niſi in caſu de quo dixi dec. 44 nu. 8.* viſum tamen eſt ſententiam optime iuſtificari in ſingulis eius capitibus.
5 Primo enim de adulterio conſtabat ex quo cum muliere deprehenſus eſt amator ſolus cum ſola nudus cum nuda in eodem lecto iacentes, quibus concurrentibus abundanter dicitur conſtare de copula ſi non ex cõcludenti probatione, ſaltẽ ex violẽta præſumptione, quæ ſufficit præſertim ad effectum diuortij, *tex. vbi Canoniſtæ omnes in cap. Litteris 12. de preſumpt. Bart. Bald. Alex. Rom. Ruin. Dec. & alij plures relati per Tiraquel. de legib. connubiali. leg. 2. nu 6. & per Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 41. nu. 11. & ſeq.* vbi quod ſufficit ſi ſolus cum ſola in loco, & tempore ſuſpecto reperiantur, *& num. 15.* vbi quod ſufficit etiam ad effectum imponendi pœnam ſaltem extraordinariam, *Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 12. num. 43. & 44.* vbi quod ſufficit etiam alia quæuis præſumptio ſimilis expreſſæ *in d. cap. ſi litteris*, ad probandam copulam moraliter ad effectum iuris quamuis metaphiſicè non di-
6 catur probata copula, licet probetur quod nudus ſupra nudam repertus ſit, quia potuit illa vel hic impotens eſſe, vel cõtingere, quod hic non ſeminauerit, *Felin. in cap. preterea 27. nu. 2. de teſtib. Maſcard. de prob. concl. 59. num. 4. Menoch. de præſ. lib. 5 præſ. 41. nu. 12. Sanchez de*
7 *de matrim. d. diſp. 12. num. 4. lib. 10.* Sed in his quæ factitari ſolent in occulto vt copula, oritur ex vehementi præſumptione probatiõ *ad gl. in cap. preterea de teſtib. Dec. conſ. 577. nu. 12. Maſcard. de prob. concluſ.*

17.nu.7.8. & *10 Menoch.de preſ.lib.5.preſ.4 .num.1* & *2.Sanchez de matrim lib.18.diſp.12.num.51.* vbi quod licet adulterium plene probari nequeat, præſumptio tamen adulterij eſt plene probāda, prout hic plene probata videbatur. Et quando agitur ciuiliter ad ſeparationem Thori, & Dotis reſtitutionem certum eſt adulterium probari teſtibus, etiam ſingularibus, & coniecturis, *vt poſt Pariſ. Bertazol. Farinac. probat Rota dec. 204 par 6. diuerſ. coram Vbaldo.*

Sed ceſſabat omnimoda difficultas, ex quo tam maſculus quam fœmina in iudicio examinati coram D. Locumt criminali in primis conſtitutis ſponte confitebantur copulam, immo copulas ſucceſſiuas

8 vnius anni, quæ confeſſio fuerat coram D. Vicario reproducta cum alijs actis. Confeſſio autem dicitur pleniſſima, & ſuperlatiua probatio, & ſuperat omne genus probationis, *leg. generaliter, C. de non num. pec. cap. per tuas de prob. Ludou dec. 143, num. 3.* & *dec. 357. nu 3.* &

9 *nu. 17.* Et præſertim confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ, *leg. 1. ff. de confeſſ.* ibi confeſſus ſua quodammodo ſententia condēnatur, & pro iudicato eſt, *leg. vn. C. eod. tit. de confeſſ. ibi confeſſos pro iudicatis haberi placet, Marāt. de ord. Iudic. tit. de confeſſ. nu 21.* & *24.*

10 Quod expeditum eſt in cauſa ciuili, & quo ad effectum ciuilem, & licet in criminali, & quo ad effectum criminalem confeſſus non habeatur omnino pro cōdemnato, *iuxta tex. vbi Bart. in leg ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum*, certum tamen eſt, quod confeſſus etiam in criminali habetur ſi non pro condemnato, ſaltem pro condemnando, & debet omnino condemnari, *Gandin in tract. de queſtionibus nu. 15 qui teſtatur de communi, Clar poſt alios lib 5. recept. ſent. §. fin. queſt. 65. in princ.* vbi quod tunc partes Iudicis non ſunt niſi in condemnando; Et quod confeſſio aliud non expectat quam exequtionem. Immo confeſſio facta etiam in proceſſu inualido ſufficit ad condemnandū *vt poſt Bart. Felin. Bald. Alex. tradit Marant. de ord. Iudic. tit. de cōfeſſion. nu. 24.* & *poſt alios plures Maſcard. de prob. concl. 357. nu. 1. 2.* & *3.* vbi ampliat expreſſe etiam ad cauſas criminales quando confeſſio fuit ſpontanea, & non metu aliquo tormentorum extorta, & *refert Viuium atteſtantem de communi in lib. communium opinionum in verb. con-*

11 *feſſio.* Et quod etiam ex ſola mulieris confeſſione probetur adulterium, quo ad præiudicium ipſius mulieris confitentis, & quo ad maritum agentem ad diuortium, *tex. eſt in cap pen. de adulterijs*, ibi niſi tibi conſtiterit, vel per euidentiam rei, vel per legitimam confeſſionem mulieris, quod adulterata ſponte fuiſſet, ipſam recipere cōpel-

las

las eamdem, *gl. in d. cap. pen. in verb. confeſſionem*, quæ limitat dummodo confeſſio fuerit iudicialis, *& ſequitur ibidē Hoſtien. nu. 1. gl. in can. p. 32. quæſt. 1. in verb. patronus, Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 12. nu. 49.* vbi quod confeſſio iudicialis facit notorium, *quod in his terminis dixit etiam Grammatic. dec. 31. num. 8.* Immo quod iudicialis adulteræ confeſſio probet adulterium etiam aduerſus adulterum, probari videtur, *ex traditis poſt gl. Abbat. & Felin. per Beroum quæſt. ſam cap. 84. num. 7. facit tex. in ſignificaſti 5. de adulter.* vbi confeſſio mulieris adulteræ contra Clericum, probat ad effectum indicendæ purgationis Canonicæ, *Pariſ. conſ. 124. lib. 4. nu. 28.* vbi loquitur etiam contra Clericum ad effectum priuationis beneficij, ſed quando cōfeſſio eſt adminiculata coniecturis *poſt Socin. Maſcard. de prob concl. 64. nu. 12. qui tamen nu. 13. refert. Roman. & Pariſ. contrarium ſentientes licet Roman. conſ. 164 vere loquatur quando mulier accuſabat, Pariſ. vero loquitur, vt dixi.*

12 Non obſtat, quod acta criminalia non probent in ciuili, quia immo quod inter eaſdem perſonas probent, *comprobat poſt alios Maſcard. de prob. concl 34. num. 20.* vbi generaliter loquitur, & ſpecialiter in ſententia, *Buratt. in Romana adminiſtrationis Fundaci dec. 419. nu. 5* qui loquitur etiam in teſtibus, quod magis obtinent in confeſſione; Nā licet alia acta ciuilia non probent in criminali, *vt per eūdem Maſcard. d concl. 34. nu. 1. & per Cenall in Theſaur. commun. contr. commun. quæſt. 296. verſ. Sed contrariam.* Attamen confeſſio facta in ciuili probat in criminali, *Felin. in cap. At ſi Clerici num. 12. de iudicijs, vbi poſt Bald.* ampliat licet incidenter fiat, *Idem Maſcard. de prob. d concl. 34. nu. 16. vbi de communi, & plenius concl. 348. nu. 16. & 19.* vbi refert diſtinguentes, & alios refert, licet quo ad plenam probationem non ſequatur *Clar. lib. 5. receptar. ſenten. §. fin quæſt. 54. verſ. ſed quid ſi ſcribantur;*

13 Et quod etiam confeſsio facta in iudicio ſummario plene probet in plenario inter eaſdem perſonas, quando confeſſio tendit ad eundem finem, *poſt Felin. Dec. & alios probat Maſcard. de prob. concl. 348. nu. 9. Amat. qui loquitur de ſententia dec. Ferrar. 49. nu. 11.*

14 Non obſtat, quod in criminibus mixtis: Acta corā ſeculari non probent coram eccleſiaſtico, *vt per Felin. in cap. At ſi Clerici de iudic. nu. 4. quia id habet cōtradictores, vt ibi per eundē Felin. & Maſcar. de prob. concl. 33. nu. 24* & non procedit quādo agitur de imponenda pœnitentia, *vt ſubdit in fine Felin.* Et quod actis factis coram ſeculari contra laicum credatur coram eccleſiaſtiaco quando agitur inter eaſdē perſonas,

ſonas,& de eodem facto *dixit Butr. in cap. At ſi Clerici de iudic. in princ. verſ. ſed oppono, Maſcard. de prob. concl. 33. nu. 26.* Præterea Doctores contrarium ſentientes non loquuntur de confeſſione, ſed de actis, generaliter dicentes eccleſiaſticum non teneri ſtare actis, & proceſſibus factis coram ſæculari, ſed debere nouum inchoare proceſſum, prout hoc in caſu factum legebatur. Confeſſio autem facta in vno iudicio, quod generaliter probet in alio, *probat late Felin. in cap. 1. nu. 18. vt lit. non conteſt quem ſequitur Rot. in Rom. Vineæ, coram Coccino, dec. 194. nu. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 396. nu. 29.* Quando videlicet ſumus in confeſſione principalis, licet ſecus ſit in confeſſione procuratoris, *vt ibi per Felin. & per Buratt. dec. 46. nu. 10.* quæ facta in vno iudicio non probat in alio niſi ſit à Domino ratificata, quo caſu etiã dubium eſt an probet, *vt per Ferentill. ad Buratt. dec. 136. num. 33.* Et quando ſumus in confeſſione expreſſa, nã tacita non probat in alio iudicio, *Achill. dec. 2. nu. 2. de confeſſ. Burat. dec 952. nu. 11.* prout etiam ſecus eſt in confeſſione quam quis tanquam teſtis fecit in vno iudicio, quia ſibi tanquam principali non nocet in alio, *Capicius dec. 52. nu. 3. Rot. dec. 4 nu. 1. & 2. in antiq. & coram Menzanedo dec. 559. nu. 8. par. 1. recentiſſimarum, ſeu poſthumarum*, niſi concurrentibus adminiculis, vt ibi. Et quod confeſſio facta etiam coram Iudice incompetenti, dummodo non ſit omnino incompetens, vt ſecularis in Clericum ſemiplene probet, & ſufficiat ad torquendum, *dixit poſt alios Clar. lib. 5. recept ſent. § fin. quæſt. 25. verſ. ſed hic quæro, Maſcard. de prob. concl. 548. nu. 4. Ceuall. in Theſaur. commun. opin. contr. commun. quæſt. 18. num. 1.*

15 Neque etiam dici poterat, quod ſola confeſsio nõ probet delictum etiam aduerſus ipſum confitentem, *iuxta tex. in leg. 1. §. Diuus, ff. de quæſt.* ibi confeſsiones reorum pro exploratis facinoribus haberi nõ oportet ſi nulla alia probatio Religionẽ cognoſcentis inſtruat, quia reſpondetur quod textus ipſe habet in ventre limitationẽ, ibi ſi nulla alia probatio, congruentem caſui noſtro in quo confeſsio non ſolum non erat nuda, ſed pluſquam adminiculata, immo probata ex præſumptione *ad tex. in d. cap. litteris de præſ.*

16 Non obſtat etiam, quod ſpõte confeſſo licet non petenti aſsignandus ſit aliquis licet breuis terminus ad ſe defendendum cum multa poſſent aduerſus confeſsionem etiam ſpontaneam deduci, & ita videtur eſſe communis obſeruantia, & practica quã ſeruat totus mundus, *vt dixit Salicet. in leg. 2. nu. 7. C. de cuſt. reorũ, & poſt Ang. Put. Boſſ.*

&

& alios, Clar. lib. 5. recept. ſent: §. fin. quæſt. 49. verſ. eſt igitur, & quæſt. 65. ſub initium. Nã reſpondetur, quod contraria procedunt in criminalibus meris, non autem in ciuilibus iudicijs, vel mixtis, cuiuſmodi erat noſtrum, *ad tradita per Clar. in §. adulterium, verſ. & hæc quidem, & per Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 8. nu. 18.* cum confeſſus in ciuilibus habeatur omnino pro condemnato iuxta ſupra probata. Magis ceſſabat difficultas ex quo licet nõ fuerit coram D Iudice à quo terminus formaliter aſsignatus, attamen & ante, & poſt ſentẽtiam, & coram primo Iudice, & coram me mulier habuit tempus, & tempora intra quæ deducere potuit, & nihil deduxit contra confeſsionem. Et ego adhuc ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum dixi ſententiã eſſe exequendam niſi infra quinque aliquid releuans mulier deduxiſſet, prout nec deduxit. Et hoc igitur ſuppoſito, quod videlicet de adulterio ſatis ſuperque conſtaret, conſequebatur iuſtificatio ſingulorum capitum in ſententia contentorum. Nam

17 Quo ad primum, quod ſcilicet ex adulterio vnius ex coniugibus, altero inſtante diuortio locus fiat *eſt tex. Euangelicus Matthei cap. 5.* ibi qui dimiſerit vxorem excepta fornicationis cauſa, *& eiuſdem Matthei cap. 19.* vbi quod non licet vxorem dimittere niſi ob fornicatio-

18 nem, ergo ob fornicationem dimittere licet, quia dictio niſi poſtpoſita negatiuæ ſiue actus ſiue potentiæ affirmat, & ponit actum, vel potẽtiam, *leg. actione, & ibi DD. C. de tranſact. leg. Titia, §. fin. vbi Alex. ff. de manumiſſ. teſtam, Euerard. in loco à cõtrario ſenſu. Et ſunt de hoc tex. expreſſi in cap. ſignificaſti, in cap. ex litteris, in cap. Gaudemus de diuortijs, Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 3. nu. 2.* vbi quod hæc concluſio eſt de fide, & à nemine in cõtrouerſiam reuocata *Rolan. conſ. 50. lib. 1. nu. 5.*

19 vbi quod habet locum tam in adulterio vxoris quã viri, quia quo ad ciuilem accuſationem pares ſunt coniuges, licet non quo ad criminalem, *vt per Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 5. nu. 6. & diſp. 8. nu. 31.* & licet olim in lege Moſaica nõ poſſet vxor adulterum maritum repudiare, *vt per Tiraquell. de leg. connubial. leg. 1. par. 1 gl. 1. nu 43. in fine.* Neque his obſtat Quos Deus coniunxit homo non ſeparat, *Matthei cap. 9. & can. ſunt qui dicunt 27. quæſt 2.* quoniam hoc in caſu Deus ip-

20 ſe ſeparat, vel ſeparationem admittit, vt ſupra. Et quoniam per diuortium non fit diſſolutio, vel ſeparatio vinculi matrimonialis, ſed habitationis, & thori vnde qui dimiſſam duxerit, mæchatur *Matthei cap: 9. & cap. 19 tex. in cap. 4. de diuort. & tex. melior in cap. 2. in fine eodẽ tit. de diuort.* ibi: Licet ſeparentur ſemper tamen coniuges erunt,

Concil.Trid.ſeſſ.24. de matrim. can. 10. Sanchez de matrim. lib. 10. diſp.
21 *2. num. 2.* vbi reprobat errorem contrarium. Immo coniuges ex
vnius adulterio per diuortium ſeparati poſſunt ſaltem Iudicis offi-
cio reconciliari, ſi alter etiam poſt ſententiam in ſimile labatur adul
terium, *gl.fin in cap.fin.de adulter.& in can. Apoſtolus in verbo viro 32.*
queſt.7. Innocent. in cap. de illa num.1. de diuort. Abb. in cap. fin. num.5.
de adulter. Sanchez qui alios plures cumulat de matrim. lib. 10. diſput. 9.
num. 30.

22 Quoad ſecundum Caput, quod videlicet adulterans amittat dotē,
eſt etiā deciſum de iure ciuili *in leg.cū mulier, ff.ſol. matrim. & in leg.*
conſenſu, §.1.ff.de repud.in leg.vnic. §.taceat, C.de rei vxor.action.in leg.
miles, §.ſocer, ff.ad leg Iul. de adulter. De iure autē canonico idē deci-
ditur *in cap. plerumque de donat. inter vir. & vxor. & poſt Bald.Conar.*
Villalob.atteſtantes de communi, tradit Clar.in §.adulteriū, verſ.Et ſcias,
vbi quod ex communi contra Bart. id procedit etiam ſi maritus ſo-
lum ciuiliter, & nō etiam criminaliter vxorem accuſauerit, *Sanchez*
*de matrim.lib.10.diſp.8.nu.4.& 5.*vbi quod procedit etiam in dote
promiſſa, quod probat etiam *Rolan.conſ.50. nu.8.lib.1.* Immo quod
non ſolum dotalia, ſed etiam paraphernalia per adulterium amittan
tur, *probat Clar.in §.adulterium verſ. Adde*, licet in hoc cōtrarium ve-
rius eſſe *dixerit Sanchez de matrim.lib.10.diſp.8.nu 10.* Nec defece-
23 runt ſentientes, etiam ob ſolum oſculum luxurioſum ſaltem in lo-
co, & tempore ſuſpecto, adulterium pręſumi, & dotem amitti, *Bald.*
in cap.tua nu.4. de procur. Bellon.in rub. de eden. nu.81. vbi de communi
poſt Couar. Clar. in d.§. adulterium, verſ.ſcias etiam, quod mulier, late
Maſcard.de prob.concl.64.nu.1.& ſeq. Alios plures refert, ſed non ſequi-
tur Sanchez de matrim.lib.10.diſp.4. nu.11 & diſp.12. num.45.& ſeq.
prout nec ſequitur Menochius de preſ.lib.5. præſ.41.num.29.& num.33.
Et quod etiam vidua poſt obitum viri ſaltē intra annum luctus for-
nicando amittat dotem, *ſenſerunt Rolan.Oſaſch.Alciat.Couar.relati per*
Gratian.diſcept.forenſ.cap.50.nu.19.& ſeq. vbi tamen contrariam ſen-
tentiam aſſerit communiorem.

24 Quod autem dos adulteræ ſit applicanda filijs quando adſunt ſiue
ex illo, ſiue ex alio matrimonio, ita vt ipſis quæratur proprietas, pa-
tri autem vſusfructus cum onere ſuſtinendi onera matrimonij, & ſic
filios ipſos alendi, colligitur *ex tex.& ibi DD.tradunt in Auth. ſi pater*
C.diuortio facto, probat Barboſa in leg.2.nu.68.ff.ſol.matrim. Sanchez de
matrim.lib.10.diſp.8.nu.12.& diſp.20.nu.5.& ſeq.

25 Ob-

25 Obſtare poterat hic, quod adulteræ reſeruanda videbantur, vel ex dote, vel aliunde, vel à filijs, vel à marito ſubminiſtranda alimenta neceſſaria, *ad tex. in cap. 2. de diuort. in fine, Abb. in cap. ex litteris nu. 11. eodem tit. vbi de communi Clar. in §. adulterium, verſ. facta autem ſeparatione*, & confert ratio, quod cum per diuortium non diſſoluatur vinculum indiſſolubile matrimonij, vxor licet adultera, nõ deſinit eſſe vxor reſpectu mariti, vt ſupra dixi *ex tex. in d. cap. 2. de diuortijs*; & multo minus reſpectu filiorum deſinit eſſe mater, cum iura ſanguinis tanquam naturalia ſint immutabilia, *§. ſed naturalia inſt. tit. de iur. nat. gent. & ciuili*, & nullo iure ciuili dirimi poſsint, *leg. Iura ſanguinis 8. ff. de reg. iur. Et facit tex. in Auth. de nupt. §. ſi vero contigerit,*
26 vbi dicitur quod filius tenetur alere patrem quamuis delinquentẽ, quoniam vt ibi, licet impius, & legum contemptor ſit, pater tamen eſt, *& ita conſonat tex. in d. cap. 2. in fine de diuortijs*, ibi, licet ſeparẽtur, ſemper tamen coniuges erunt.
27 Sed viſum eſt obiectum non obſtare; Primo, quia quando adulterium non eſt occultum, ſed notorium, & maxime declaratum per ſententiam, quod adulteræ non debeantur alimenta, *ſenſerunt Lupus in cap. per veſtras §. 39. num. 1. de donat. inter vir. & vxor. Rolan. conſ. 50. nu. 6. lib. 1. Bolognet. conſ. 23 nu. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 118. nu. 5 & tit. 7. quæſt. 16. nu. 17. Sanchez qui refert alios de matrim.*
28 *lib. 10. diſp 8. nu. 24. & 28.* vbi quod ſaltem poſt ſententiam, idem eſt in alimentis, & ſumptibus litis, in quo tamen articulo refert communem contra communem, *Ceuall. quæſt. 743. vbi num.* 18. inclinat in affirmatiuam, quæ tamen iuxta mentem Sanchez intelligi poſſet in prima inſtantia. Secundo ex facto tolli poteſt iuris diſputatio, quoniam licet ex adulterio, locus eſſet amiſsioni totius dotis, etiã promiſſæ, vt ſupra dixi, quia tamen integra Dos non fuerat ſoluta marito, fuit ſolummodo petitum pronunciari ſuper amiſsione dotis receptæ, vnde remanebat penes vxorem, vel eius propinquos pars nõ ſoluta, ex qua illa poterat ali. Et licet ſententia ſimpliciter damnaſſet in amiſsione Dotis, intelligenda tamen erat iuxta petita, & ſic
29 de Dote recepta, vt ſententia eſſet libello conformis, vt debet *ad tex. in leg. vt fundus, ff. cõmun. diuiden.* ibi Extra id quod in iudicio deductum eſt excedere poteſtas Iudicis non poteſt, *Rot. dec. 187. num. 4. penes Cencium de cenſibus, & nu. 7.* vbi quod alias eſt nulla, & ſententia dubia declaratur ex petitione clara, *leg. ſi præſes 32. ff. de pæn.* quæ etiam in fine bene congruebat huic caſui ibi Mitior ſequenda, *Euerard.*

in Codice pro adulterio pęna capitalis imponebeat vxorem,& vnaquæquamuis *2. C. de adulterijs, & poſt Alex. & alios atteſtanda, vt exponit Hotradit Clar. in §. Adulterium, verſ. ſed quæro.* Immo etiam *l. 19.* ibi, Nō matum, ſed attentatū adulterium extraordinaria pœna puniendam. *leg. 1. ff. de extraord. crimin.* ibi ſollicitatores alienarum nuptiarum, & ſiue ſi effectu ſceleris potiri non poſſint, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur. Quamuis ex nouiſsimo iure authenticorum in muliere ob ſexus fragilitatem fuerit pœna mitius temperata, vt virgis cæſa in Monaſterium detrudatur, *vt in d. Auth. ſed hodie C. de Adulter. & ita iudicatum refert Boerius dec. 297. nu. 12. & Grammatic. dec. 31. nu. 8.* licet ibi quo ad fuſtigationem, ſuſpenſa fue

34 rit exequtio. Abſtrahendo tamen à fragilitate deteſtabilius eſt adulterium mulieris quam viri ob confuſionem diuerſi ſeminis, & prolis incertitudinem, & quia maiorem irrogat infamiam, & quia maior in muliere caſtitas exigitur, *lo: Fab. in §. Maſculi inſt. tit. de nuptijs, Tiraquell. referens Legiſtas & Theologos de legibus connubialibus leg. 1. gl. 1. par. 1. num. 44. verſ. quamquam, Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 3. nu. 1.* Ex generali autem conſuetudine, etiam in maſculis, puniri ſolet adulterium arbitrarii pęna citra mortem quando commiſſum eſt abſque vi, prout hoc in caſu maſculus in exilium damnatus eſt à D. Locumt. Et mulier in Monaſterium tranſmiſſa à Reuerendiſs. D Vicario, *Clar. in §. Adulterium, verſ. ſed quæro ſub finem Menoch. de arbitrar. Iudic. caſ. 419. nu. 1. & per tot. Farinac. de delict. carn. quæſt. 141.* Conſuetudo autem quę pęnam minorauit in adulterijs, auxit in fur-

35 tis ſimplicibus quibus in iure non reperitur impoſita capitalis pęna neque etiam ſeruis, *tex. eſt in Auth. ſed nouo iure, C. de ſeruis fugitiu.* ibi pro furto, nec ſeruus moriatur, nec membrum abſcindatur, ſed aliter caſtigetur, *Ceuall. in Theſaur. communium contra communes quæſt. 741. nu. 1.* Et licet *Alciatus in leg. probrum ff. de verb. ſignific. relatus à Farinacio de delictis carnis quæſt. 141. nu. 68.* huiuſmodi conſuetudinē

36 carpat, dicēs fures occidi, adulteros mulctari quia maior nūmorum quam morum eſt æſtimatio. Et licet etiam durius videatur ſi dicatur, quod ex frequentia delinquentium pœna augeatur in furtis, & minuatur in adulterijs, & ſic quod ex eadē cauſa, contrarij orian tur effectus, adhuc tamen poterit conſuetudo defendi tanquam rationi, & iuribus conſona cum eadem iura diſponant, & quod pœnæ

37 poſsint augeri ob frequentiam delinquentium *leg. Aut facta ff. de pęnis,* ibi: Vbi multis graſſantibus exemplo opus eſt, &c. Et quod pę-

Oooo næ

26 *Filius tenetur alere patrem quamuis criminoſum, & quare.*
28 *Alimenta, & ſumptus litis, an adulteræ debeantur.*
29 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
Sententia dubia declaratur ex petitione clara.
30 *Adultera debet in Monaſterium detrudi.*
31 *Pœna minorari debet ſponte confeſſo.*
32 *Regulariter toties eſt iteranda pœna, quoties culpa iteratur.*
Plura adulteria commiſſa cum vna puniuntur, vt vnum in foro exteriori.
Quando vterque delinquens eſt coniugatus duplex, admittitur adulterium.
Quod duplicem habet deformitatem neceſſario confitendam in foro pœnitentiali.
33 *Quæ ſit pœna adulterij de iure Moſaico, Ciuili, Canonico, & conſuetudine, & nu. 34.*
34 *Deteſtabilius eſt adulterium mulieris quam viri, & quare.*
35 *Pro ſimplici furto de iure, nec etiam ſeruo imponitur pœna mortis.*
36 *Non debet maior eſſe nummorum, quàm morum æſtimatio.*
37 *Ob frequentiam delinquentium quando pœnæ augeantur, vel minuantur.*
38 *Maritus ſcienter cognoſcens adulteram vxorem, tacite remittit ius querelandi. Amplia vt ibi.*
39 *Mariti continentia, an vxori adulteræ prębeat exceptionem aduerſus diuortium.*
40 *Morbus ſufficit ad denegandum debitum, ſed non ad obtinendum diuortiū.*
41 *Mulier à marito expulſa, an adulterans poſſit euitare diuortium.*

DECISIO LXXXIV.

Maritus aduerſus adulteram vxorem (quorum nomina ſub honeſto ſilētio inuoluimus) obtinuit à Reuerendiſſ mo Vicario pronunciari locum eſſe diuortio, & priuationi dotis ad fauorem filiorum, & detruſioni in Monaſterium arbitrio eiuſdē Reuerēdiſs. Appellante vxore, & ex mutuo partium conſenſu cauſa mihi commiſſa, cum clauſula ſi quid exequendum, & cum facultate terminum aſſignandi. Credidi exequendam eſſe ſententiam, vt infra
1 motus, quoniam in notorio crimine de quo videlicet quis eſt conuictus, & ſponte confeſſus non admittitur appellatio ſaltem ſuſpenſiua, *leg. 2. C. quorum appellat. non recip. cap. Romana 3. § ſi autem de appell. in ſexto, poſt Bald. Imol. & alios Marant. de ord. Iudic. tit. de appell. nu.* 281. vbi quod licet ex dictis iuribus quę vere loquntur alternatiue videatur alterum ſufficere, attamen quando concurrit vtrumque, indiſtin-

ǡe

de committenda eſt exequutio, *Clar. qui fortius loquitur in pœnis criminalibus lib. 5 recept. ſent. §. fin. queſt. 94. ſub initium*, vbi poſt alios teſtatur de communi, & magis communi etiam in confeſſo, licet alias nō conuicto, & quod niſi in appellatione adducat cauſam probabilem aduerſus confeſſionem non debet in exequutione ſuperſederi. Et in
2 ſpecie quod in adulterio confeſſionato non detur appellatio, *probat tex. in d. leg. 2. C. quor. appellatio non recip. ibi ne quis adulterorum conuictus, vel propria voce confeſſus, audiatur appellãs, Clar. d. queſt. 44. in princ. Scaccia de appellat. queſt. 17. limit. 4. nu. 83.*
3 Et quamuis commiſſio cum clauſula ſi quid exequendum ſuſpendat exequtionem donec fuerit cognitum de iuſtitia ſentẽtiæ, cuius exequtio poſtulatur, *Gratian. diſcept. 698. nu. 3. Rot. dec. 487. par. 3. diuerſ. & coram Buratt. dec. 650. nu. 2. & coram Coccino dec. 216. nu. 3.* Immo
4 petens exequtionem vigore clauſulæ prędictæ teneatur ſententiam exequendam iuſtificare ex eiſdem actis, *Mareſcot. var. reſol. cap. 121. nu. 20. Seraph. dec. 987. num. 2. & 6. Ferentill. ad Burat. dec. 650. quæ eſt Ferrarien. de Taſſonis nu 17. niſi in caſu de quo dixi dec. 44 nu. 8.* viſum tamen eſt ſententiam optime iuſtificari in ſingulis eius capitibus.
5 Primo enim de adulterio conſtabat ex quo cum muliere deprehenſus eſt amator ſolus cum ſola nudus cum nuda in eodem lecto iacentes, quibus concurrentibus abundanter dicitur conſtare de copula ſi non ex cōcludenti probatione, ſaltē ex violēta prę ſumptione, quæ ſufficit prę ſertim ad effectum diuortij, *tex. vbi Canoniſtæ omnes in cap. Litteris 12. de preſumpt. Bart. Bald. Alex. Rom. Ruin. Dec. & alij plures relati per Tiraquel. de legib. connubiali l. leg. 2. nu 6. & per Menoch. de pręſ. lib. 5. præſ. 41. nu. 11. & ſeq.* vbi quod ſufficit ſi ſolus cum ſola in loco, & tempore ſuſpecto reperiantur, *& num. 15.* vbi quod ſufficit etiam ad effectum imponendi pœnam ſaltem extraordinariam, *Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 12. num. 43. & 44.* vbi quod ſufficit etiam alia quęuis prę ſumptio ſimilis expreſſæ *in d. cap. ſi litteris*, ad probandam copulam moraliter ad effectum iuris quamuis metaphiſicè non di-
6 catur probata copula, licet probetur quod nudus ſupra nudam repertus ſit, quia potuit illa vel hic impotens eſſe, vel cōtingere, quod hic non ſeminauerit, *Felin. in cap. pręterea 27. nu. 2. de teſtib. Maſcard. de prob. concl. 59. num. 4. Menoch. de præſ. lib. 5. pręſ. 41. nu. 12. Sanchez de*
7 *de matrim. d. diſp. 12. num. 4. lib. 10.* Sed in his quæ factitari ſolent in occulto vt copula, oritur ex vehementi prę ſumptione probatiō *ad gl. in cap. pręterea de teſtib. Dec. conſ. 577. nu. 12. Maſcard. de prob. concluſ.*

57.nu.7.8.& 10 *Menoch.de preſ.lib.5.preſ.4 .num.1 & 2.Sanchez de matrim lib.18.diſp.12.num.51.*vbi quod licet adulterium plene probari nequeat, pręſumptio tamen adulterij eſt plene probāda, prout hic plene probata videbatur. Et quando agitur ciuiliter ad ſeparationem Thori, & Dotis reſtitutionem certum eſt adulterium probari teſtibus, etiam ſingularibus, & coniecturis, *vt poſt Parſ. Bertazol. Farinac. probat Rota dec.204 par 6. diuerſ coram Vbaldo.*

Sed ceſſabat omnimoda difficultas, ex quo tam maſculus quam fœmina in iudicio examinati coram D. Locumt criminali in primis conſtitutis ſponte confitebantur copulam, immo copulas ſucceſſiuas
8 vnius anni, quæ confeſſio fuerat coram D. Vicario reproducta cum alijs actis. Confeſſio autem dicitur pleniſſima, & ſuperlatiua probatio, & ſuperat omne genus probationis, *leg. generaliter, C. de non num. pec. cap. per tuas de prob. Ludou dec. 143, num. 3. & dec. 357. nu 3. &*
9 *nu. 17.* Et præſertim confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ, *leg. 1. ff. de confeſſ.* ibi confeſſus ſua quodammodo ſententia condēnatur, & pro iudicato eſt, *leg. vn. C. eod. tit. de confeſſ. ibi confeſſos pro iudicatis haberi placet, Marāt. de ord Iudic. tit. de confeſſ. nu 21. & 24.*
10 Quod expeditum eſt in cauſa ciuili, & quo ad effectum ciuilem, & licet in criminali, & quo ad effectum criminalem confeſſus non habeatur omnino pro cōdemnato, *iuxta tex. vbi Bart. in leg ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum,* certum tamen eſt, quod confeſſus etiam in criminali habetur ſi non pro condemnato, ſaltem pro condemnando, & debet omnino condemnari, *Gandin in tract. de quęſtionibus nu. 15 qui teſtatur de communi, Clar poſt alios lib 5. recept. ſent. §. fin. quęſt. 65. in princ.* vbi quod tunc partes Iudicis non ſunt niſi in condemnando; Et quod confeſſio aliud non expectat quam exequtionem. Immo confeſſio facta etiam in proceſſu inualido ſufficit ad condemnandū *vt poſt Bart. Felin. Bald. Alex. tradit Marant. de ord. Iudic. tit. de cōfeſſion. nu. 24. & poſt alios plures Maſcard. de prob. concl. 357. nu. 1. 2. & 3.* vbi ampliat expreſſe etiam ad cauſas criminales quando confeſſio fuit ſpontanea, & non metu aliquo tormentorum extorta, *& refert Viuium atteſtantem de communi in lib. communium opinionum in verb. con-*
11 *feſſio.* Et quod etiam ex ſola mulieris confeſſione probetur adulterium, quo ad pręiudicium ipſius mulieris confitentis, & quo ad maritum agentem ad diuortium, *tex. eſt in cap pen. de adulterijs,* ibi niſi tibi conſtiterit, vel per euidentiam rei, vel per legitimam confeſſionem mulieris, quod adulterata ſponte fuiſſet, ipſam recipere cōpel-

las

las eamdem, *gl. in d. cap. pen. in verb. confeſſionem*, quæ limitat dummodo confeſſio fuerit iudicialis, *& ſequitur ibidē Hoſtien. nu. 1. gl. in can. p. 32. quæſt. 1. in verb. patronus, Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 12. nu. 49.* vbi quod confeſſio iudicialis facit notorium, *quod in his terminis dixit etiam Grammatic. dec 31. num. 8.* Immo quod iudicialis adulteræ confeſſio probet adulterium etiam aduerſus adulterum, probari videtur, *ex traditis poſt gl. Abbat. & Felin. per Beroum quæſt. ſam cap. 84. num. 7. facit tex. in ſignificaſti 5. de adulter.* vbi confeſſio mulieris adulteræ contra Clericum, probat ad effectum indicendæ purgationis Canonicæ, *Pariſ. conſ.* 124. *lib. 4. nu. 28.* vbi loquitur etiam contra Clericum ad effectum priuationis beneficij, ſed quando cōfeſſio eſt adminiculata coniecturis *poſt Socin. Maſcard. de prob. concl. 64. nu. 12. qui tamen nu. 13. refert. Roman. & Pariſ. contrarium ſentientes licet Roman. conſ. 164 vere loquatur quando mulier accuſabat, Pariſ. vero loquitur, vt dixi.*

12 Non obſtat, quod acta criminalia non probent in ciuili, quia immo quod inter eaſdem perſonas probent, *comprobat poſt alios Maſcard. de prob. concl 34. num. 20.* vbi generaliter loquitur, & ſpecialiter in ſententia, *Buratt. in Romana adminiſtrationis Fundaci dec. 419. nu. 5* qui loquitur etiam in teſtibus, quod magis obtinent in confeſſione; Nā licet alia acta ciuilia non probent in criminali, *vt per eūdem Maſcard. d. concl. 34. nu. 1. & per Cezall in Theſaur. commun. contr. commun. quæſt. 206. verſ. Sed contrariam.* Attamen confeſſio facta in ciuili probat in criminali, *Felin. in cap. At ſi Clerici num. 12. de iudicijs, vbi poſt Bald.* ampliat licet incidenter fiat, *Idem Maſcard. de prob. d. concl. 34. nu. 16. vbi de communi, & plenius concl. 348. nu. 16. & 19.* vbi refert diſtinguentes, & alios refert, licet quo ad plenam probationem non ſequatur *Clar. lib. 5. receptar. ſenten. §. fin. quæſt. 54. verſ. ſed quid ſi exhibeantur;*

13 Et quod etiam confeſsio facta in iudicio ſummario plene probet in plenario inter eaſdem perſonas, quando confeſſio tendit ad eundem finem, *poſt Felin. Dec. & alios probat Maſcard. de prob. concl. 348. nu. 9. Amat. qui loquitur de ſententia dec. Ferrar. 49. nu. 11.*

14 Non obſtat, quod in criminibus mixtis: Acta corā ſeculari non probent coram eccleſiaſtico, *vt per Felin. in cap. At ſi Clerici de iudic. nu. 4. qui a id habet cōtradictores, vt ibi per eundē Felin. & Maſcar. de prob. concl. 33. nu. 24* & non procedit quādo agitur de imponenda pęnitentia, *vt ſubdit in fine Felin.* Et quod actis factis coram ſeculari contra laicum credatur coram eccleſiaſtiaco quando agitur inter eaſdē perſonas,

ſonas,& de eodem facto *dixit Butr.in cap. At ſi Clerici de iudic.in princ. verſ. ſed oppono, Maſcard.de prob.concl. 33.nu.26.* Præterea Doctores contrarium ſentientes non loquuntur de confeſſione,ſed de actis,generaliter dicentes eccleſiaſticum non teneri ſtare actis, & proceſſibus factis coram ſæculari, ſed debere nouum inchoare proceſſum, prout hoc in caſu factum legebatur. Confeſſio autem facta in vno iudicio,quod generaliter probet in alio,*probat late Felin. in cap 1.nu. 18.vt lit.non conteſt quem ſequitur Rot.in Rom.Vineæ,coram Coccino,dec. 194.nu.1. Gratian.diſcept. forenſ. cap.396. nu.29.* Quando videlicet ſumus in confeſſione principalis,licet ſecus ſit in confeſſione procuratoris,*vt ibi per Felin. & per Buratt.dec.46.nu.10.* quæ facta in vno iudicio non probat in alio niſi ſit à Domino ratificata, quo caſu etiã dubium eſt an probet,*vt per Ferentill.ad Buratt.dec.136.num.33.* Et quando ſumus in confeſſione expreſſa, nã tacita non probat in alio iudicio, *Achill. dec.2.nu.2.de confeſſ. Burat.dec 952.nu.11.* prout etiam ſecus eſt in confeſſione quam quis tanquam teſtis fecit in vno iudicio, quia ſibi tanquam principali non nocet in alio, *Capicius dec.52. nu.3.Rot.dec.4.nu.1. & 2.in antiq. & coram Menzanedo dec.559.nu.8. par.1.recentiſſimarum, ſeu poſthumarum*, niſi concurrentibus adminiculis,vt ibi. Et quod confeſſio facta etiam coram Iudice incompetenti, dummodo non ſit omnino incompetens, vt ſecularis in Clericum ſemiplene probet, & ſufficiat ad torquendum, *dixit poſt alios Clar.lib.5.recept ſent.§ fin.quæſt.21.verſ.ſed hic quæro,Maſcard.de prob. concl.548.nu.4.Ceuall.in Theſaur.commun.opin.contr.commun.quæſt.18. num.1.*

15 Neque etiam dici poterat, quod ſola confeſsio nõ probet delictum etiam aduerſus ipſum confitentem, *iuxta tex.in leg 1. §. Diuus, ff.de quæſt.* ibi confeſsiones reorum pro exploratis facinoribus haberi nõ oportet ſi nulla alia probatio Religionẽ cognoſcentis inſtruat, quia reſpondetur quod textus ipſe habet in ventre limitationẽ,ibi ſi nulla alia probatio, congruentem caſui noſtro in quo confeſsio non ſolum non erat nuda,ſed pluſquam adminiculata, immo probata ex præſumptione *ad tex. in d.cap.litteris de præſ.*

16 Non obſtat etiam, quod ſpõte confeſſo licet non petenti aſsignandus ſit aliquis licet breuis terminus ad ſe defendendum cum multa poſſent aduerſus confeſsionem etiam ſpontaneam deduci,& ita videtur eſſe communis obſeruantia,& practica quã ſeruat totus mundus, *vt dixit Salicet.in leg.2.nu.7.C.de cuſt.reorũ, & poſt Ang.Put. Boſſ.*

&

& alios, Clar. lib. 5. recept. ſent: §. fin. quæſt. 49. verſ. eſt igitur, & quæſt. 65.
ſub initium. Nã reſpondetur, quod cootraria procedunt in crimina-
libus meris, non autem in ciuilibus iudicijs, vel mixtis, cuiuſmodi
erat noſtrum, *ad tradita per Clar. in §. adulterium, verſ. & hæc quidem,*
& per Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 8. nu. 18. cum confeſſus in ciui-
libus habeatur omnino pro condemnato iuxta ſupra probata. Ma-
gis ceſſabat difficultas ex quo licet nõ fuerit coram D Iudice à quo
terminus formaliter aſsignatus, attamen & ante, & poſt ſentẽtiam,
& coram primo Iudice, & coram me mulier habuit tempus, & tem-
pora intra quæ deducere potuit, & nihil deduxit contra confeſsio-
nem. Et ego adhuc ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum
dixi ſententiã eſſe exequendam niſi infra quinque aliquid releuans
mulier deduxiſſet, prout nec deduxit. Et hoc igitur ſuppoſito, quod
videlicet de adulterio ſatis ſuperque conſtaret, conſequebatur iu-
ſtificatio ſingulorum capitum in ſententia contentorum. Nam
17 Quo ad primum, quod ſcilicet ex adulterio vnius ex coniugibus, al-
tero inſtante diuortio locus fiat *eſt tex. Euangelicus Matthei cap. 5.* ibi
qui dimiſerit vxorem excepta fornicationis cauſa, *& eiuſdem Mat-*
thei cap. 19. vbi quod non licet vxorem dimittere niſi ob fornicatio-
18 nem, ergo ob fornicationem dimittere licet, quia dictio niſi poſtpo-
ſita negatiuæ ſiue actus ſiue potentiæ affirmat, & ponit actum, vel
potẽtiam, *leg. actione, & ibi DD. C. de tranſact. leg. Titia, §. fin. vbi Alex.*
ff. de manumiſſ. teſtam, Euerard. in loco à cõtrario ſenſu. Et ſunt de hoc tex.
expreſſi in cap. ſignificaſti, in cap. ex litteris, in cap. Gaudemus de diuortijs,
Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 3. nu. 2. vbi quod hæc concluſio eſt de
fide, & à nemine in cõtrouerſiam reuocata *Rolan. conſ. 50. lib. 1. nu. 5.*
19 vbi quod habet locum tam in adulterio vxoris quã viri, quia quo ad
ciuilem accuſationem pares ſunt coniuges, licet non quo ad crimi-
nalem, *vt per Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 3. nu. 6. & diſp 8. nu. 31.*
& licet olim in lege Moſaica nõ poſſet vxor adulterum maritum re-
pudiare, *vt per Tiraquell. de leg. connubial. leg. 1. par. 1 gl. 1. nu. 43. in fine.*
Neque his obſtat Quos Deus coniunxit homo non ſeparat, *Matthei*
cap. 9. & can. ſunt qui dicunt 27. quæſt 2. quoniam hoc in caſu Deus ip-
20 ſe ſeparat, vel ſeparationem admittit, vt ſupra. Et quoniam per di-
uortium nou fit diſſolutio, vel ſeparatio vinculi matrimonialis, ſed
habitationis, & thori vnde qui dimiſſam duxerit, mæchatur *Matthei*
cap: 9. & cap. 19 tex. in cap. 4. de diuort. & tex. melior in cap. 2. in fine eodẽ
tit. de diuort. ibi: Licet ſeparentur ſemper tamen coniuges erunt,

Concil.Trid.ſeſſ.24. de matrim.can.10. Sanchez de matrim. lib.10. diſp.
21 *2. num. 2.* vbi reprobat errorem contrarium. Immo coniuges ex vnius adulterio per diuortium ſeparati poſſunt ſaltem Iudicis officio reconciliari, ſi alter etiam poſt ſententiam in ſimile labatur adulterium, *gl.fin.in cap.fin.de adulter.& in can. Apoſtolus in verbo viro 32. queſt.7. Innocent. in cap. de illa num.1. de diuort. Abb. in cap. fin. num.5. de adulter. Sanchez qui alios plures cumulat de matrim. lib.10. diſput. 9. num. 30.*

22 Quoad ſecundum Caput, quod videlicet adulterans amittat dotẽ, eſt etiã deciſum de iure ciuili *in leg.cũ mulier, ff.ſol. matrim. & in leg. conſenſu, §.1.ff.de repud.in leg.vnic. §.taceat, C.de rei vxor.actiõn.in leg. miles, §.ſocer, ff.ad leg Iul. de adulter.* De iure autẽ canonico idẽ deciditur *in cap. plerumque de donat.inter vir. & vxor. & poſt Bald.Conar. Villalob.atteſtantes de communi, tradit Clar.in §.adulteriũ, verſ.Et ſcias,* vbi quod ex communi contra Bart. id procedit etiam ſi maritus ſolum ciuiliter, & nõ etiam criminaliter vxorem accuſauerit, *Sanchez de matrim.lib.10.diſp.8.nu.4.& 5.* vbi quod procedit etiam in dote promiſſa, quod probat etiam *Rolan.conſ 50. nu.8.lib.1.* Immo quod non ſolum dotalia, ſed etiam paraphernalia per adulterium amittantur, *probat Clar.in §.adulterium verſ. Adde,* licet in hoc cõtrarium verius eſſe *dixerit Sanchez de matrim.lib.10.diſp.8.nu 10.* Nec defece-
23 runt ſentientes, etiam ob ſolum oſculum luxurioſum ſaltem in loco, & tempore ſuſpecto, adulterium præſumi, & dotem amitti, *Bald. in cap.tua nu.4. de procur. Bellon.in rub. de eden. nu.81. vbi de communi poſt Couar. Clar. in d.§. adulterium, verſ.ſcias etiam, quod mulier, late Maſcard.de prob.concl.64.nu.1.& ſeq. Alios plures refert, ſed non ſequitur Sanchez de matrim.lib.10.diſp.4. nu.11 & diſp.12. num.45.& ſeq. prout nec ſequitur Menochius de præſ.lib.5. præſ.41.num.29.& num.33.* Et quod etiam vidua poſt obitum viri ſaltẽ intra annum luctus fornicando amittat dotem, *ſenſerunt Rolan.Oſaſch.Alciat.Couar.relati per Gratian.diſcept.forenſ.cap.50.nu.19.& ſeq. vbi tamen contrariam ſententiam aſſerit communiorem.*

24 Quod autem dos adulteræ ſit applicanda filijs quando adſunt ſiue ex illo, ſiue ex alio matrimonio, ita vt ipſis quæratur proprietas, patri autem vſusfructus cum onere ſuſtinendi onera matrimonij, & ſic filios ipſos alendi, colligitur *ex tex.& ibi DD.tradunt in Auth.ſi pater C.diuortio facto, probat Barboſa in leg.2.nu.68.ff.ſol.matrim. Sanchez de matrim.lib.10.diſp.8.nu.12.& diſp.20.nu.5.& ſeq.*

25 Ob-

23 Obſtare poterat hic, quod adulteræ reſeruanda videbantur, vel ex dote, vel aliunde, vel à filijs, vel à marito ſubminiſtranda alimenta neceſſaria, *ad tex. in cap. 2. de diuort. in fine, Abb. in cap. ex litteris nu. 11. eodem tit. vbi de communi Clar. in §. adulterium, verſ. facta autem ſeparatione*, & confert ratio, quod cum per diuortium non diſſoluatur vinculum indiſſolubile matrimonij, vxor licet adultera, nō deſinit eſſe vxor reſpectu mariti, vt ſupra dixi *ex tex. in d. cap. 2. de diuortijs*; & multo minus reſpectu filiorum deſinit eſſe mater, cum iura ſanguinis tanquam naturalia ſint immutabilia, *§. ſed naturalia inſt. tit. de iur. nat. gent. & ciuili*, & nullo iure ciuili dirimi poſsint, *leg. Iura ſanguinis 8. ff. de reg. iur. Et facit tex. in Auth. de nupt. §. ſi vero contigerit,*
26 vbi dicitur quod filius tenetur alere patrem quamuis delinquentē, quoniam vt ibi, licet impius, & legum contemptor ſit, pater tamen eſt, *& ita conſonat tex. in d. cap 2. in fine de diuortijs*, ibi, licet ſeparētur, ſemper tamen coniuges erunt.

27 Sed viſum eſt obiectum non obſtare; Primo, quia quando adulterium non eſt occultum, ſed notorium, & maxime declaratum per ſententiam, quod adulteræ non debeantur alimenta, *ſenſerunt Lupus in cap. per veſtras §. 39. num. 5. de donat. inter vir. & vxor. Rolan. conſ. 50. nu. 6. lib. 1. Bolognet. conſ. 23 nu. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 118. nu. 5 & tit. 7. quæſt. 16. nu. 17. Sanchez qui refert alios de matrim.*
28 *lib. 10. diſp 8. nu. 24. & 28.* vbi quod ſaltem poſt ſententiam, idem eſt in alimentis, & ſumptibus litis, in quo tamen articulo refert com muuem contra communem, *Ceuall. quæſt. 743. vbi num.* 18. inclinat in affirmatiuam, quæ tamen iuxta mentem Sanchez intelligi poſſet in prima inſtantia. Secundo ex facto tolli poteſt iuris diſputatio, quoniam licet ex adulterio, locus eſſet amiſsioni totius dotis, etiā promiſſæ, vt ſupra dixi, quia tamen integra Dos non fuerat ſoluta marito, fuit ſolummodo petitum pronunciari ſuper amiſsione dotis receptæ, vnde remanebat penes vxorem, vel eius propinquos pars nō ſoluta, ex qua illa poterat ali. Et licet ſententia ſimpliciter damnaſſet in amiſsione Dotis, intelligenda tamen erat iuxta petita, & ſic
29 de Dote recepta, vt ſententia eſſet libello conformis, vt debet *ad tex. in leg. vt fundus, ff. cōmun. diuiden.* ibi Extra id quod in iudicio deductum eſt excedere poteſtas Iudicis non poteſt, *Rot. dec. 187 num. 6. penes Cencium de cenſibus, & nu. 7.* vbi quod alias eſt nulla, & ſententia dubia declaratur ex petitione clara, *leg. ſi præſes 32. ff. de pæn.* quæ etiam in fine bene congruebat huic caſui ibi Mitior ſequenda, *Euerard.*

rard.in Topica in loco à libello ad ſentētiam in fine princ. Amat.dec.Ferrar. 52.nu.12. & nu.26. Rot.coram Creſcent.dec.6.nu.2.de ſent. & re iudic. & dec.339.nu.4.par.1.recentiſſimarum,ſeu poſthumarum,& dec.154.nu.11 par.6. diuerſorum, & eſt Reatina bonorum, & loquitur in ſententia Vicarij.

30 Quo ad tertium, quod ſcilicet adultera detrudi poſsit, & debeat in Monaſterium ad pęnitentiam peragendam, *diſponit tex. in Auth. ſed hodie, C.de adulterijs*, vbi quod poſt biennium volente marito debet habitum ſuſcipere Monacalē,& ibi permanere dum viuit: Idem dicitur in Clerico *in can.ſi quis Clericus 81. diſt.* ibi toto vitæ ſuæ tempore,atque ita iudicatum, *refert Grammatic.dec. 31. num.8.Clar.in §. Adulterium,verſ.ſed quæro,Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.caſ.419.nu.61.* qui pariter loquntur pro toto tempore vitæ, licet erranter allegent, *tex.in cap.Gaudemus.* Vnde mitior quam lex fuit Iudex qui pronunciauit mulierem in Monaſterio retinendam arbitrio, vt ſupra, Potuit

31 tamen pœna minorari attenta pręſertim confeſſione ſpontanea *cap. fin. vbi gl. de furti, cap. inter corporalia de translat.Epiſc.leg 1. C.ne tut. & curat.vectigal.cond. Auth.ſed nouo iure, C.de pęn.Iud. qui male iudic. Felin. in cap. At ſi Clerici nu.2. de iudicijs*, vbi quod mitius agitur cum confeſſo quam cum conuicto *copioſe Tiraquell.de pęn.temp. cauſ.trigeſima nu.1.& ſeq.*

Et licet maſculus confeſſus ſit ſe ſupra centum vices fœminam cogno-

32 uiſſe,vnde videbatur toties iteranda pęna, quoties delictum fuerat iteratum *ad tex.in cap.1.de pęn.* Attamen plura adulteria perpetrata cum vna, puniuntur vt vnum in foro exteriori, *gl. in leg. vulgaris in verb.fur eſt, ff.de furt. quam omnium calculis receptam dixit Couar.lib.2. variarum reſol. cap.10. nu. 8. ſub finem, Clar. in §. Adulterium verſic. Sed pone.*

Et licet etiā,cū eſſet coniugatus vterq; delinquēs,duplex eſſet adulteriū, *vt per Clar.in d.§.Adulteriū,verſ.Tribus modis*,quod ideò duplicē habet malitiam, & deformitatem neceſſario confitenoam in foro pœnitentiali, *vt ex communi contra Emanuel Sà concludit Sanchez de matrim.lib.9.diſp.15.num. 6.ſub medium*, id tamen in foro fori non ſic attenditur.

33 Verum eſt tamen,quod in lege Moſaica Adulterio legitur impoſita pœna mortis,*vt Geneſis cap.26.& Deuteronomij cap.22.* vbi ſi dormierit vir cum vxore alterius vterque moriatur, & adulter, & adultera extra ciuitatem adducti lapidibus obruantur. De iure etiam ciuili

in

in Codice pro adulterio pęna capitalis imponitur vtrique ſexui, *leg. quamuis 2. C. de adulterijs, & poſt Alex. & alios atteſtantes de communi tradit Clar. in §. Adulterium, verſ. ſed quaro.* Immo etiam non conſumatum, ſed attentatũ adulterium extraordinaria pœna punitur, *leg. 1. ff. de extraord. crimin.* ibi ſollicitatores alienarum nuptiarum, & ſi effectu ſceleris potiri non poſſint, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur. Quamuis ex nouiſsimo iure authenticorum in muliere ob ſexus fragilitatem fuerit pœna mitius temperata, vt virgis cæſa in Monaſterium detrudatur, *vt in d. Auth. ſed hodie C. de Adulter. & ita iudicatum refert Boerius dec. 297. nu. 12. & Grammatic. dec. 31. nu. 8.* licet ibi quo ad fuſtigationem, ſuſpenſa fue-
34 rit exequtio. Abſtrahendo tamen à fragilitate deteſtabilius eſt adulterium mulieris quam viri ob confuſionem diuerſi feminis, & prolis incerſitudinem, & quia maiorem irrogat infamiam, & quia maior in muliere caſtitas exigitur, *lo: Fab. in §. Maſculi inſt. tit. de nuptijs, Tiraquell. referens Legiſtas & Theologos de legibus connubialibus leg. 1. gl. 1. par. 1. num. 44. verſ. quamquam, Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 3. nu. 1.* Ex generali autem conſuetudine, etiam in maſculis, puniri ſolet adulterium arbitraria pęna citra mortem quando commiſſum eſt abſque vi, prout hoc in caſu maſculus in exilium damnatus eſt à D. Locumt. Et mulier in Monaſterium tranſmiſſa à Reuerendiſs. D Vicario, *Clar. in §. Adulterium, verſ. ſed quaro. ſub finem Menoch. de arbitrar. Iudic. caſ. 419. nu. 1. & per tot. Farinac. de delict. carn. quaſt. 141.* Conſuetudo autem quę pęnam minorauit in adulterijs, auxit in fur-
35 tis ſimplicibus quibus in iure non reperitur impoſita capitalis pęna neque etiam ſeruis, *tex. eſt in Auth. ſed nouo iure, C. de ſeruis fugitiu.* ibi pro furto, nec ſeruus moriatur, nec membrum abſcindatur, ſed aliter caſtigetur, *Ceuall. in Theſaur. communium contra communes quaſt. 741. nu. 1.* Et licet *Alciatus in leg. probrum ff. de verb. ſignific. relatus à Farinacio de delictis carnis quaſt. 141. nu. 68.* huiuſmodi conſuetudinẽ
36 carpat, dicẽs fures occidi, adulteros mulctari quia maior nũmorum quam morum eſt æſtimatio. Et licet etiam durius videatur ſi dicatur, quod ex frequentia delinquentium pœna augeatur in furtis, & minuatur in adulterijs, & ſic quod ex eadẽ cauſa, contrarij oriantur effectus, adhuc tamen poterit conſuetudo defendi tanquam rationi, & iuribus conſona cum eadem iura diſponant, & quod pœnæ
37 poſsint augeri ob frequentiam delinquentium *leg. Aut facta ff. de pęnis*, ibi: Vbi multis graſſantibus exemplo opus eſt, &c. Et quod pę-

næ poſsint etiam minui quando talis eſt frequentia, vt ſi non minuerentur pœnæ quodammodo minueretur mūdus, & ſequeretur ſtrages multorum *ad tradita per Farinacium in princ tract. de delictis carnis, & per Clar. poſt Alciat. in §. Adulterium, verſ. Sed quæro, facit tex in can. vt conſtituatur in fine 50. diſt.* ibi detrahendum eſt aliquid ſeueritati, &c. *& in can Commeſſationes 44. diſtin.* vbi quod cum multitudine peccantium magis monendo, quam minando agendum eſt, *& in can. non poteſt 23. quæſt 4.* vbi quod cum contagio peccandi multitudinem inuaſit diuinæ diſciplinæ, ſeuera miſericordia neceſſaria eſt; *Conferunt ad idem tradita per Tiraquell. de pœn. temperan. cauſa quadrageſima ſeptima per tot & in ſpecie nu. 2. vbi poſt Innocent. & alios*, quod etiam in alijs delictis quando multitudo deliquit poteſt corporalis in pecuniariam pœnam commutari.

38 Non obſtat obiectum, quod maritus ſciuerit, & poſt adulteria vxorem cognouerit, quo caſu videtur tacite remiſiſſe ius quærelandi, *leg. Crimen 11. ff. ad leg. Iul. de adult.* ibi crimen adulterij maritum, retenta in matrimonio vxore, inferre non poſſe, nemini dubium eſt, *facit etiam tex. in leg. ſi vxor 13. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* ibi ſi ſtupri accuſare quis velit quam duxit vxorem, ſero mores accuſat quos vxorem ducēdo probauit, *& expreſſe id docuit gl. vnica in cap. fin. de adult. quam ab omnibus receptam eſſe teſtatur Couarruuias, & ſequitur Clar. in d. §. Adulterium, verſ. caueat etiā maritus, Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 10. nu. 19. & 20.* vbi limitat quando poſt copulam nouum adulteriū eſſet admiſſum, quoniam tacita remiſſio non trahitur ad futura, *& latius idem Sanchez d. lib. 10. diſp. 14. nu. 6. & 10.* vbi quod quando maritus eſt certus de adulterio, ſibi præiudicat, ſiue petendo, ſiue reddendo debitum, *& nu. 18. & 19.* vbi ampliat, quod etiam per oſcula, & alios actus amicitiæ ſcienter ſubſequentes adulterium, cenſetur remiſſum. Non inquam obſtat quoniam licet fuerit allegata, non tamen fuit probata, neque ſcientia præcedentis adulterij, neq; copula ſubſequens.

Nec etiam obſtabat exceptio contraria ſupradictæ, quod videlicet ma-
39 ritus per annum cum vxore non pernoctauerit: Et qui continet abſque licentia vxoris videtur ei tribuere licentiam fornicandi, & tunc peccatum vxoris mariti continentiæ eſt imputandum, *vt loquitur tex. in can. ſi tu vigeſima ſeptima, quæſtione ſecunda deſumptus ab Auguſtino de adulterinis coniugijs, vel vt alijs placet à Io: Griſoſtomo homilia prima in Pſalm. quinquageſimum, & confert etiam ad idem tex. D. Pauli ad*

li ad Corint. epiſt. 1. cap. 7. ibi vnuſquiſq; habeat vxorem, & vnaquæque virum propter fornicationem, hoc eſt euitandã, *vt exponit Hoſtienſis in ſumma de matrimonijs, §. & quare contrahatur nu. 19.* ibi, Nõ dicas exercendam, vt quidam fatuus ſocius meus, ſed euitandam. Non inquam obſtaſtat, reſpondetur enim quod ſiue Auguſtinus, ſiue Griſoſtomus is fuerit, nomine licentiæ intellexit occaſionem, *vt exponit ibi gl.* & cum etiam illa ſit occaſio indirecta, vxori non tribuit iuſtam excuſationem ex qua poſſit euitare diuortium niſi conſtet, eo animo id à marito factum vt vxor adulteretur, *gl. in d. cap. ſi tu abſtines in verb. imputabitur 27. q. 2. Ricard. in 4. ſent diſt. 35. art. 1. q. 1. Abulenſ. cap. 19. Matthei quæſt. 65. caſ. 2. Sanct. Antonin. in quarta parte ſummæ tit. 1. cap. 21. §. 6. caſ 7. & poſt Sylueſtr. Tabien. Armill. & alios plures Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 5. nu. 7.* vbi oſtendit hanc eſſe communiorem ſententiam licet aliqui contrarium ſenſerint inter quos refert D. Thom. qui tamen loqui videtur quando maritus debitum denegat, quod hoc in caſu non conſtabat, & ſi conſtare potuiſſet, conſtaſſet etiam ex legitima infirmitatis cauſa fuiſſe dene-

40 gatum, vnde non obſtitiſſet quoniam coniux non tenetur debitum reddere cum detrimento notabili propriæ ſalutis, nec ſpeciem conſeruare cum dextructione indiuidui, *D. Thom. in quarto diſt. 32. quæſt. vnica art. 1. in corpore quem cæteri omnes ſequntur, vt dixit Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 24. nu. 1. & Rot. corã Burat. dec. 815. nu. 15.* vbi quod licet morbus non ſufficiat ad ſeparationem, & diuortium, ſufficit tamen ad denegandum debitum.

41 Immo licet maritus vxori deneget alimẽta, & eam ſine cauſa expellat, adhuc vxor adulterans non poteſt ex eo euitare diuortium, *vt probat tex. in cap. ſignificaſti, & in cap. ex litteris de diuort. Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 5. nu. 6.* vbi poſt alios limitat niſi vir id fecerit ad finem, vt vxor adulteretur.

ARGVMENTVM.

In emphyteoſi appellatione filiorum, an & quando veniant nepotes, & quando veniant fœminæ, & quando admittatur moræ purgatio.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitus pro ſe, & filijs ſine dictione taxatiua dicitur inueſtitus pro ſe, & deſcendentibus vſque ad quartum gradum ex interpret. Bullæ.*

2 *Statutariæ interpretationes Bullæ Bonifacianæ, an ligent Eccleſiam.*

3 *Appellatione filiorum veniunt nepotes, & pronepotes ex interpretatione, filius vnde dicatur.*

4 *Appel-*

4 *Appellatione deſcendentium ex proprietate ſermonis, veniunt in infinitũ deſcendentes.*

5 *In contractibus appellatione filiorum non veniunt nepotes, & in ſpecie in emphyteoſi. Amplia vt ibi.*

6 *In emphyteoſi appellatione filiorum non veniunt fœminæ. Limita vt ibi.*

7 *Et præſertim in emphyteoſi Eccleſiaſtica.*

8 *Excluſa fœmina magis excluduntur deſcendentes ex ea licet maſculi.*

9 *In materia feudali, appellatione deſcendentium ſoli maſculi continentur. Amplia vt ibi.*

10 *Ex diſp. Stat. Ferrar. in emphyteoſi appellatione liberorum, vel filiorum, veniunt deſcendentes ex linea maſculina vſque ad quartum gradum ſecundum ius Ciuile computandum.*

11 *Mora poteſt celeri ſatisfactione purgari, & re integra.*

12 *Poteſt mora purgari quandocunque de æquitate canonica, quoties non eſt factum deterius in aduerſarij. Amplia vt ibi.*

13 *Poteſt etiam mora purgari poſtquam factũ eſt deterius ius aduerſarij, ſoluendo tamen intereſſe.*

DECISIO LXXXV.

Reuerendus D. Io: Baptiſta Dulcettus vti Rector Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Boc. interpellauit Illuſtriſſimos DD. Comitiſſam Iuniperã, & Comitem Valerium Ruperellos eius virum, ad accipiendam inueſtituram terrarum emphyteoticarum ſpectantium ad directum dominium Eccleſiæ prædictæ, ſub ſolutione debiti laudemij. Et cum id adimplere neglexerint, obtinuit præuiam caducitatis declarationem ab eo factam confirmari per Reuerẽdiſſimum Vicarium primum Iudicem ſimpliciter, & per ſecundum videlicet per Excellentiſſimum D. Locumt adiecto termino duorum menſium ad moram purgandam. Commiſſa mihi cauſa de partium conſenſu in prima inſtantia, prout de iure cognoſcendam. Dicebatur D. Comitiſſam tanquam neptem, vel proneptem ex filia inueſtiti, & ſic in inueſtitura comprehenſam non teneri, nouam inueſtituram accipere, vel ſaltem non teneri ſoluere laudemium. Nam inueſtitura fuerat accepta pro ſe, & filijs legitimis, & deſcendentibus, & pro illis perſonis quæ ſecundum conſuetudinẽ
1 vſuum Ciuitatis Ferrariæ ſuccedunt. Et quod inueſtitus pro ſe, & filijs dicatur inueſtitus pro nepotibus, & alijs vſque ad quartum gradum niſi ſit inueſtitus pro ſe, & filijs tantum, & cum hac, vel ſimili di-

dictione taxatiua expreſſum legitur *in interpretatione Bullæ Bonifacianæ impreſſa in Statuto Ferrar. lib. 2. cap. 127. nu. 10.* & loquitur ad effectum, vt non teneatur inueſtituram accipere, vel ſoluere capſol-
2 dum. Quod ſi dicatur prædictas Statutarias Bullæ interpretationes, Eccleſiam, & Eccleſiaſticos non ligare, *vt videtur ſenſiſſe Riminal. ſen. conſ. 380 nu. 15.* Reſpondetur hodie ligare *ex Bulla Pauli V. quæ legitur apud Amat. dec. 10. nu 49. & ſeq.* Sed hic ligabat etiam ius com-
3 mune ex cuius diſpoſitione, filiorum appellatione veniunt nepotes, *leg. filij, leg. iuſta, ff. de verb. ſign. leg. Senatus Conſulto, ff. de rit. nupt. Bart. in leg. liberorum, ff. de verb. ſign. nu. 2.* vbi addit elegantem rationem, deſumptam ab ætymologia, quoniam filius dicitur à Greco verbo filos, ideſt Amor, & communiter nepotes diliguntur tanquam filij, & ſæpe etiam magis, vel etiam quia dicitur quaſi filus generationis, vt ibi per eum *late Ant. Gabr. poſt alios concl. 1. de verb. ſignif. nu. 1. & 3.* vbi quod hoc ſaltem procedit ex interpretatione ſi non ex propria verbi ſignificatione, *vt probat tex. in d. l. iuſta ibi porrigitur, & nu. 4. vbi poſt Bart. Pariſ. Alex. Ruin & communem*, quod non ſolum nepotes, ſed etiam pronepotes veniunt, *& nu. 16.* vbi quod ex magis communi. Concluſio procedit etiam in feudis, *& num. 23.* idem ſupponere videtur in emphyteoſi. Quæ ſine difficultate procedere videbantur hoc in caſu, in quo non ſolum filij, ſed deſcenden tes exprimebantur in inueſtitura. Appellatione autem deſcendentium non ſolum ex vi extenſiua, ſed etiam ex vi comprehenſiua, & ex proprietate vocabuli continentur, & veniunt nepotes, trinepotes, abnepotes, ac etiam vlteriores in infinitum, *leg. liberorum, & ibi not. ff. de verb. ſign. leg. fin. C. eodē tit. Ruin. conſ. 117. nu. 14.* vbi quod appellatio poſterorum eſt collectiua plurium perſonarum, & graduum, *Seraph. dec. 939. num. 1. 5. & 6.* vbi quod appellatione deſcendentium alicuius continentur omnes ex illo, vel ab illo deſcendētes in infinitum.

5 Pro Rectore vero dicebatur primo, quod immo in contractibus in quibus facienda eſt ſtricta interpretatio, filiorum appellatione non veniunt nepotes, *Bart. in d. leg. liberorum, ff. de verb. ſign. num. 8.* vbi additur, & alia ratio, quia fit interpretatio aduerſus eum, qui potuit legem apertius dicere, *ex leg. veteribus ff. de pact. Pariſ. conſ. 20. nu. 14. & num. 23. lib. 1 cum alijs adductis per Gabr. concl. 1. de verb. ſign. nu. 64. & 65 vbi in ſpecie poſt Imol. Butr. Alex. Iaſ. Felin. & comm.* docet in emphyteoſi appellatione filiorum nepotes non comprehen

di. Nec obſtat verbum deſcendentibus in inueſtitura expreſſum, quia regulatur ab antecedenti verbo filijs legitimis, & deſcendentibus, & ſenſus eſt vt filij debeant eſſe deſcendentes legitimi, & nō naturales, vel adoptiui, vnde verbum illud eſt adiectum potius ad qualificandum, & reſtringendum, quam ad ampliãdum, *Rimin. ſen. conſ. 179. per tot. Caphal. conſ. 11. nu. 7. & ſeq. Anguill conſ. 100. per tot. Rimin. iun. conſ. 153. nu. 3. Laderchia conſ. 9. nu. 10. verſ. Idque adeo verum eſt.*

Secundo, quod licet nepotes appellatione filiorum continerentur, id
6 procedere poſſet in maſculis, nos autem verſamur in fœminis. Et in emphyteoſi appellatione filiorum, fœminæ non veniunt, *Seraph. dec. 604. num. 1.* vbi adducit rationem generaliorem, quod in contractibus maſculinum non concipit fęmininum, *& poſt Alex. Dec. Soc. Iaſ. Felin. & commun. Gabr concl. 5. de verb. ſign. nu. 93. 95. & 96.* vbi quod id magis procedit quando in loco adeſt Statutum excluſiuum fęminarum *latiſſime Rota coram Cantuccio in Romana deuolutionis domus, dec. 125. nu 1. & ſeq.* vbi oſtendit hanc eſſe veriorem, & communiorem ſententiam. Idque omnino procedit quando vt hic ſtipulatio facta eſt à maſculo, licet quando facta eſſet à fęmina, fęminæ comprehendi potuiſſent, ex coniecturata mente ſtipulantis, *Rolan. conſ. 76. nu. 6. lib. 3. & poſt Iaſ. Curt. Berou. Laderchia conſ. 9. nu. 15. Seraph. dec. 604. num. 7. Gabr. d. concl. 6. de verb. ſign. nu. 98. & 99.* vbi ampliat etiam in primogenitura, *& nu. 100.* vbi adducit ſimile, quod in emphyteoſi etiam eccleſiaſtica conceſſa naturali, etiam deſcendentes naturales ſuccedunt, *& nu. 107.* vbi generaliter firmat in contractibus maſculinum à fęmina prolatum concipere fęmininum.

7 Tertio, quod ſaltem in emphyteoſi eccleſiaſtica accepta pro ſe, & filijs, fęminæ non ſuccedant, *ſenſerunt Bald. Alex. Iaſ. Caphal. quos ſequitur Rot. in d. Romana deuolutionis Domus coram Cantuccio dec 125. nu. 20 par. 2. diuerſ. Gabr. concl. 6. de verb. ſign. nu. 112. & ſeq Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 2. nu. 6.*

8 Quarto cum appellatione filiorum in hac facti ſpecie fęmina nō veniret, vtique minus veniebat deſcendens ab ea, quoniam excluſa fęmina, magis excludebantur deſcendentes ab ipſa, licet eſſent maſculi, *Clar. qui de communi teſtatur in §. emphyteoſis quaeſt. 36. per tot. & poſt Bald. Iaſ. Anchar. & alios, Gabr. concl. 1. de verb. ſign nu. 22.*

9 Quinto, quod etiam appellatione deſcendentium in materia feudali ſoli maſculi contineantur, *dixerunt Corn. conſ. 4. nu. 6. lib. 1. Pariſ.*

conſ.

*conſ.72.nu.6.lib.*4.*Menoch conſ.204.nu.10.& 11.& conſ.331.nu.30.& ſeq.Mãtica de tacitis,& ambiguis conuent.lib.23.tit.*14 *nu.16.Burat.dec.206.nu.9.& 10.*vbi ampliat etiam ſtante dictione vniuerſali, vt ſi dictum ſit de deſcendentibus quibuſcunque.

10 Sexto conſonabat *Statutum lib.2.cap.122. de vſibus*, diſponens quod in emphyteoſi appellatione liberorum comprehendantur vſque ad quartum gradum deſcendentes ex linea tamen maſculina.

Ex prædictis confirmaui ſentētias DD. Iudicum à quibus adiecta moderatione niſi infra menſem D. Ruperelli ſuſceperint inueſtituram, & ſoluerint de iure ſoluenda. Motus in hac parte.

11 Quoniam mora poteſt celeri ſatisfactione purgari, *cap. potuit de locato,cap.propter ſterilitatem in fine eodem tit.cap.ſi quis presbyterorum 6.de rebus Eccleſ.alienan.vel non leg.& ſi poſt tres 8.ff.ſi quis cautionibus*, vbi quod re integra admittitur moræ purgatio, *l.g.quod tamen 21.ff.de*

12 *recept.arbitr.* vbi quod admittitur ſaluo partis intereſſe. Et de æquitate Canonica admittitur quandocunque moræ purgatio quoties non eſt effectum deterius ius aduerſarij, *Gratian diſcept 495.nu.10. Mareſcot. var.reſol.lib.2.cap.125.nu.2.Rot.dec.40.nu.4.par.4.diuerſ.& coram Seraph.dec.577.num.6.& dec.591.nu.2.& coram Buratt.dec.582.nu 9.late Beltram.ad Ludou.559.nu.10.* vbi quod id etiam procedit de æquitate Ciuili, & non obſtante Iuramento, & obligatione Camerali, ac etiam poſt oppoſitionem de non implemento, & poſt

13 declarationem caducitatis. Immo moræ purgatio admittitur, etiam quando eſt effectum deterius ius aduerſarij dummodo moroſus velit implere promiſſa, & damna, ac intereſſe reficere, *gl.in leg.vtique, ff.de recept.arbitr.Iaſ.in leg.Inſulam nu.10.ff.de verb.oblig. Mareſcott.var.reſol.lib.2.cap.125.nu.11.Rot.dec* 410 *ſub finem,& dec.728.nu.4. diuerſ. Ferentill.ad Burat.dec.582.nu.13.*

ARGVMENTVM.

Quando ſæcularis poſſit eſſe Iudex in cauſa Eccleſiaſtica, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Super rebus Eccleſiæ, licet agatur contra laicum Iudex ſæcularis eſt incompetens.*

2 *Ad Principem de rebus Eccleſiæ non niſi reuerentia pertinet.*

3 *Laici non poſſunt eccleſiaſtica tractare negotia.*

4 *Super feudo, quod laicus recognoſcit ab Eccleſia, iudicium agitur coram Eccleſiaſtico.*

Idem

Idem in emphiteoſi. Amplia vt ibi.

5 *Dominium vtile bonorum quæ laicus recognoſcit ab Eccleſia dicitur laicale. Et an ratione illius laicus teneatur ad collectas.*

6 *Laicus pro fructibus prebendæ ſibi locata conuenitur coram ſeculari, & quare.*

7 *Clericus actor tenetur ſequi ſeculare forum rei laici. Senator ſeruum ſequitur quo ad forum.*

8 *Inducta in fauorem vel augmentum, non debent in odium, vel diminutionem retorqueri.*

9 *Nullitas allegari non poteſt niſi ab eo in cuius fauore eſt inducta.*

10 *Statutum laicorum etiam Eccleſiæ fauorabile, non valet niſi fuerit ab ea confirmatum.*

11 *Fauore minoris poteſt, & contractus, & iudicium claudicare.*

12 *Idem eſt etiam fauore Eccleſiæ. Limita, & declara, vt ibi.*

13 *Declinatoria fori eſt opponenda ante omnes exceptiones, alias per primam inducitur conſenſus in Iudicem.*

14 *Laicus poteſt cognoſcere cauſam Eccleſiaſticam ex commiſſione poteſtatem habentis.*

15 *Licet, nec Pontifex poßet generaliter ſecularibus iudicibus Clericos ſubijcere, cauſas tamen particulares illorum, ſecularibus committere poteſt etiã Epiſcopus. Priuilegium fori Clericorum an ſit iuris diuini.*

16 *Sententia nulla conſtito de bono iure confirmari poteſt. Declara vt ibi.*

17 *Rota non ſolet extendere arbitrium ad ſanandas nullitates ex defectu iuriſdictionis.*

Tollere nullitates, & confirmare ſententias nullas ſpectat ad Principem.

DECISIO LXXXVI.

IN hac eadem cauſa dubitaui de validitate ſenten-
tiarum ex capite iuriſdictionis, quoniam coram
Iudicibus fuerat actum iudicium caducitatis ſu-
1 per bonis emphyteoticis directi dominij Eccle-
ſiæ, licet poſſeſſis à laico, quod non videbatur poſ
ſe fieri, nam Iudex ſæcularis ſuper rebus Eccleſiæ
eſt omnino incõpetens, & Eccleſiaſticus Iudex neceſſario eſt adeun
dus, licet agatur aduerſus laicum, *cap. ſi Clericus laicum vbi Felin. de*
2 *for. compet, cap. verum vbi Abb. eodem tit.* Immo non ſolum Iudex, ſed
etiam Princeps ſæcularis eſt incompetens, vnde Sereniſſimus Rex
Theodoſius confeſſus eſt de rebus Eccleſiæ, ad ſe non niſi reueren-
tiam pertinere. Digna ſane vox Religione regnantis, *relata in Can.*

Con-

3 *Concilia decima ſeptima diſtinxione*. Et generaliter laici eccleſiaſtica
tractare negotia non præſumant, *inquit tex. in can. Bene quidẽ 96. diſt.*
4 *& in cap. Decernimus de iudiciјs*. Et in ſpecie quodquãdo agitur con-
tra laicum ſuper feudo, quod tenet, & recognoſcit ab Eccleſia, iudi-
cium ſit agendum coram Eccleſiaſtico, *diſponit tex. in d. cap. verum de
for. compet. & dixit Marant. de ord. Iudic. diſtinx. vndecima num. 7.* Et
quod idem ſit in emphyteoſi Eccleſiaſtica, & quod ſi agatur de bo-
nis ratione directi dominij ſpectãtibus ad Eccleſiam, cauſa ſit omni-
no Eccleſiaſtica, & ab Eccleſiaſtico Iudice definienda, *dixit Rota in
Rauennaten. emphyteoſis 28. Maij 1631. coram Reuerendiſſ. Merlino, &
& Ferentill. ad Buratt. dec. 780. nu. 29. & ſeq. vbi poſt Rotam in Roma-
na Domus de Scappucinis coram Coccino, & in d. Rauennaten: emphyteo-
ſis, & in alijs* ampliat licet ageretur inter ipſos emphyteotas, & ſu-
per ſolo vtili dominio, & hoc tam ratione connexitatis, & præemi-
nentiæ directi dominij, quam ratione præiudicij Eccleſiæ: *Et d. De-
ciſio Rauennaten. eſt vltima inter impreſſas apud Dianam par. 5. reſolut.
moralium.*

Sed mihi ſic dubitanti, primo reſpondebam agi de vtili dominio bono-
5 rum, quæ laicus recognoſcebat ab Eccleſia, & cum prædictum do-
minium ſit laici videbatur omnino laicale, *ad tradita per Barbat. conſ.
14. num. 8. verſ. Ad hoc reſpondeo vbi loquitur de Statuto Ferrariæ, & ad
tradita per Martam de iuriſdict. par. 3. cap. 13.* vbi quod ideo laicus ra-
tione illius dominij tenetur ad collectas Statutarias, licet in hoc cõ-
trariam quoque ſententiam eſſe communem, *oſtendat Ferentill. ad Bu-
ratt. dec. 780. nu 10.* & quod ab ea difficile foret recedere propter au-
6 ctoritatem Rotæ, *aſſerat Gratian. diſcept. 447. nu. 23.* Sic tamen in ſi-
mili etiam, laicus pro fructibus præbendæ Eccleſiaſticæ ſibi locatæ
videtur poſſe conueniri coram ſeculari, cũ fructus illi ſint mere tem-
porales, *ad tradita per Martã poſt alios de iuriſdict. par. 2. cap. 30.* Immo
cum DD. Ruperelli nõ negarent directũ dominiũ Eccleſiæ, & offe-
rent accipere inueſtiturã, ſed ſolũ controuerterent ſolutionem Lau-
demij, videbatur agi non de præiudicio aliquo Eccleſiæ, ſed de ſolo
7 intereſſe Rectoris, qui vtique tanquã actor tenebatur ſequi ſæcula-
re forum rei laici, *cap. ſi Clericus laicũ, cap. Cum ſit generale de for. compet.*
prout etiam licet Senatoria dignitate actor decoretur, Ream licet
Ancillam ſequitur quo ad forum, *vt eſt tex. in leg. 3. C. vbi cauſ. Stat.*

Secundo mihi reſpondebam, quod cum prædicta exceptio incompe-
8 tentiæ quatenus adeſſet, reſpiceret fauorem Eccleſiæ, non poterat

eius detrimentum retorqueri, *leg. quod fauore, C. de legibus, cap. quod ob gratiam de reg. iur. in ſexto*. Et inducta ad augendum non debent, di-
9 minutionem operari, *leg. fin. §. fin. ff. de leg. 3.* Et nullitas non poteſt regulariter allegari niſi ab eo, in cuius fauorem eſt inducta, *ad tradita per Gratian. diſcept. 27. nu. 39. & per Burat. dec. 937. nu. 7.* vbi generaliter id firmat, & ſpecialiter loquitur in Eccleſia.

Et licet huic reſponſioni videatur obijci poſſe, *tex. in cap. Eccleſia S. Ma-*
10 *riæ de conſtitut.* vbi Statutum laicorum licet Eccleſiæ commodum reſpiciat, & fauorem nullius firmitatis exiſtit. Replicari tamen poteſt quod tex. loquitur in Statuto generali, nos verſamur in iudicio, & ſententia particulari inter quę manifeſta eſt ratio diuerſitatis, vt in-
11 fra dicetur; Præterea etiam ibi in tex. limitando ſubditur niſi Statutum fuerit ab Eccleſia confirmatum. Et ſicut fauore minoris poteſt, & contractus, & iudicium claudicare, *leg. Iulianus, §. ſi quis pupillo, ff. de action. empt. leg. non eo minus, C. de proc. vbi tex. eſt de ſententia, Tuſcus in litt. C. concl. 287. num. 9. Gratian. diſcept. 27. num. 39. Ludou.*
12 *dec. 467. nu. 5.* Ita etiam fauore Eccleſiæ poteſt claudicare contractus iudicium, & ſententia, *ad tradita per Euerard. in loco à minoribus ad piam cauſam, Seraph. dec. 547. nu. 5. Ludouiſ. dec. 467. num. 5.* vbi limitat quando Eccleſia vellet acceptare pro parte, & pro parte non quia id non permittitur, & poteſt cogi ad declarandum, an velit ſtare, ne pars ſit in ſuſpenſo, *vt poſt Surd. Gonzal. Gratian. declarat Beltram. ad Ludouiſ. d. dec. 467. num. 16. quæ eſt Pamphilonen. Decimarum.* Eccleſia ergo quæ hoc in caſu potuiſſet excipere, non excipiebat, laicus autem qui excipiebat, excipere non poterat ex ſupradictis, &
13 quia conſenſerat in vtrumq; Iudicem non opponendo; Et tamen declaratoria fori opponenda eſt ante omnia, & debet eſſe prima exceptio, alias per primam oppoſitionem inducitur conſenſus in Iudicem, *leg. Sed, & ſi ſuſceperit in princ, ff. de Iudic. leg. fin. C. de except. Abb. & Canoniſtæ in cap. inter Monaſterium, ff. de re iudic. Marāt. de ord. Iudic. diſt. 12. nu. 6. & poſt Bart. Alex. & alios par. 6. membr. 9. nu. 1. de except. Giurba dec. 96. nu. 13.*

14 Tertio reſpondetur, quod prætenſa Iudicis incompetentia omnino ceſſabat ex commiſſione Eminentiſſimi Legati habētis poteſtatem committendi cauſam Eccleſiaſticam, etiam laico, *ad gl. in cap. præter §. ad hoc in verbo Dutibus 32. diſt. Archidiac. in can. Clericū 11. q. 1. Specul. in tit. De Delegato, §. nunc videndum, verſ. quadrageſimo, Felin. in cap. decernimus de iudicijs nu. 1.* vbi quod etiā Epiſcopus poteſt cauſam ciui-

lem

lem Clerici, laico delegare dummodo nõ deleget ad vniuerſitatem cauſarium: *faciunt tradita per eumdem Felin in cap. At ſi Clerici de Iudic. nu. 10: in fine*, vbi ſententiam exiſtimantium non poſſe Clericum reconueniri coram laico, limitat niſi quando cauſa eſſet ei commiſſa, & delegata ab eo, qui haberet poteſtatem delegandi laico cauſam

15 Clerici. Quamuis enim neque etiam Summus Pontifex poſſet generaliter eximere omnes Clericos, & cauſas omnes eccleſiaſticas à iuriſdictione eccleſiaſtica, & ſubijcere ſeculari, *vt per Martam de iuriſd. par. 2. cap. 4.* quoniam id eſſet tollere priuilegium fori Clericorũ, quod videtur eſſe iuris diuini *ſecundum probabilem multorum ſententiam, quos refert Cenall. in Theſauro commun. cont. commun quaſt. 550.* poteſt id tamen in cauſis particularibus, *vt per eundem Martam vbi ſup.* Immo, & Epiſcopus poteſt cauſam ciuilem Clerici laico delegare, licet non poſſit ad vniuerſitatem cauſarum Eccleſiaſticarum Iudicem laicum conſtituere, *vt poſt Archid. Specul. Abbat. & alios firmat Felin. in d. cap. decernimus nu. 1. de iudicijs.*

16 Quarto reſpondetur, quod cum in meritis conſtaret de bono iure, poteram ego ſentẽtiam quantumuis nullam etiam ex defectu iuriſdictionis, confirmare cum nullitas non influeret in ſententiam à me ferendam tanquam eccleſiaſtico *ad tradita per Vant. de nullit. tit. quibus mod. ſent. null. rep. poſſ. num. 129. Scaccia de appellat. quaſt. 11. nu. 114. & ſeq. Caualcan. dec. 25. nu. 17. & per tot. par. 1. Amat. dec. 19. nu. 18.* quod magis procedit quando nullitas eſt dubia, ſaltem magis quam iuſtitia, *ad tradita per Beltram. ad Ludou. in Tudertina damnorum dec. 176. nu* 16. *ſub finem, & quando pars non opponit, vt per eundem*

17 *ibi late nu. 14. & ſeq.* Quamuis alias Rota non extendat arbitrium præſertim conceſſum à ſignatura Iuſtitiæ ad ſanandam nullitatem ex defectu iuriſdictionis, *vt poſt Gomeſ Staffil. Rotam corã Creſcentio, & coram Decano in Peruſina de Alfanis, dixit Buratt. in Banchinonen. Vicariæ dec. 871. num. 7. & 9.* Et regulariter tollere nullitates, & confirmare ſententias nullas ſpectet ad ſolum Principem, *Vant. poſt alios d. tit. quibus mod. ſent. nulla nu. 23. & ſeq. Rota in d. Peruſina de Alfanis, coram tunc Decano, & in d. Barchinon. coram Burat. dec. 871. nu. 8.*

ARGVMENTVM.

Prouiſio Auditoris deficientis, an coauditoribus inſeruientibus accreſcat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur cuicunq; exiſtenti in poſſeſſione, vel quaſi exigendi.*

2 *Nec retardatur ex probatione boni iuris incontinenti niſi ex confeſſione, vel re iudicata.*
3 *Non obſtat iuris reſiſtentia longaeuae poſſeſſioni.*
4 *Poſſeſſio, vel quaſi anteceſſoris prodeſt ſucceſſori ad manutentionem.*
5 *Diminuto labore, ſalarium diminuitur.*
Labor, & pecunia diuiſionem recipiunt.
6 *Aucto labore, augetur ſalarium.*
7 *Exercens actum alteri mandatum ſub certo ſalario, idem ſalarium conſequitur. Exercenti duo officia etiã vnita, & vnico nomine nuncupata, debetur duplex ſalarium.*
8 *Iudex, ſeu officialis debet habere ſalarium eius, cuius loco ſubrogatur.*
Loco Auditoris deficientis, coauditor ſubrogatur.
Iudex delegatus in cauſa particulari loco Rotae, habet ſalarium in cauſa illa Rotae debitum.
9 *Obſeruanda eſt obſeruantia, & conſuetudo in diſtribuendo diſtributiones quotidianas inſeruientibus.*
Conſuetudo tamen percipiendi diſtributiones in abſentia reprobatur.
10 *Obſeruantia eſt optima legum, & ſtatutorum interpres.*
Obſeruantia, ſeu conſuetudo interpretiua non requirit praeſcriptionem, & inducitur ex vnico actu.
11 *Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eo ipſe vti debet.*
12 *Priuilegia Rotae Bononiae, communicata ſunt Rotae Ferrariae.*
Exequatio vniuerſalis trahitur ad futura.
Indefinita aequipollet vniuerſali in priuilegijs quo ad intereſſe concedentis.
13 *Officiali electo cum ſolitis emolumentis debentur omnia praeſtita praeteritis officialibus licet in Capitulis dictum ſit, quod de ſalario contentari debeat.*
Officialis etiam ſimpliciter aßumptus, cenſetur aſſumptus pro ſalario anteceſſori dari ſolito.
14 *Deficiente vno ex Ambaſciatoribus, alteri qui ſolus inſeruiat non augetur ſalarium, & quare.*
Nulla maior eſt auctoritas, quam auctoritas rationis, & ſumenda eſt potius auctoritas ex ratione, quam ratio ex auctoritate.
15 *Prouiſio, & ſalarium conſtitutum eſt Auditoribus correſpectiue ad labores.*
Nullus modus arguendi fortior eſt quam per retorqutionem.
16 *Subrogatio intelligitur cum omnibus ſuis qualitatibus.*
17 *Subrogatus in officio, vel Collegio vtitur iure illius, cuius loco ſubrogatur tam quo ad commoda, quam quo ad incommoda.*
Res ſubrogata dicitur eadem cum ea, cui ſubrogatur.

Duae

Digitized by Google

Duæ cauſæ lucratiuæ quando concurrere poſſint.

18 *Inſpiciendum eſt an quis ſuſtineat diuerſos labores magis quam ſi diuerſa officia.*

19 *Obſeruantia conſuetudo ſtylus loci, extra locum non attenditur.*

20 *In dubio iudicandum eſt pro cauſa fauorabili.*

Contractus Principis omnes ſunt bonæ fidei, & late interpretandi.

Beneficium Principis quo ad eius præiudicium eſt latiſſime interpretãdum.

In dubio contra Fiſcum eſt iudicandum preſertim quando non agit de damno vitando.

DECISIO LXXXVII.

DVbitatum fuit an Auditores Almæ Rotæ Ferrariæ petentes conſuetum ſalarium, ſeu prouiſionem coauditoris qui diſceſſerat ab officio deberent obtinere, & fuit affirmatiue reſolutum. Et ſane quo ad poſſeſſorium dubitãdum non erat,
1 quia denegari eis non poterat manutentio quæ conceditur cuicunque exiſtenti in poſſeſſione, vel quaſi exigendi *ad tex. in §. retinendæ inſtit. tit. de interdi&. Ludou. dec. 458. nu. 1. Buratt.*
2 *in Neapolitana iuris exigendi dec. 378. nu. 4.* Quæ retardari non poteſt neque etiam quando offertur ex aduerſo incontinenti, probatio de non iure niſi ex partis confeſſione, vel re iudicata, vt per *Buratt. dec. 904. nu. 10. & 11.* vbi refert idem coram ipſo alias fuiſſe firmatum
3 in Anconitana Florum. Immo nec manutentioni obſtat iuris reſiſtentia quando adeſt longæua, vel temporis conſiderabilis poſſeſſio, *Lancellot. de atten. par. 2. cap 4. declarat. 4. nu. 6. Rot. dec. 595. nu. 4. par. 1. diuerſ. Beltram. ad Ludou. dec. 310. nu. 10. Ferentill. ad Buratt. dec. 131.*
4 *num. 9 vbi refert alias Rotæ deciſiones.* Et poſſeſſio etiam anteceſſoris in officio ſicut in beneficio prodeſſe debet ſucceſſori ad manutentionis effectum, *Tiraq. in tract. le mort. ſaiſit le viſ. par. 1. decla. 5. Garzia de beneficijs par. 5. cap. 5. num. 33. & 34. Rot. dec. 1. de reſt. ſpol. in nou. & coram Ludou. dec. 246. nu. 1. & ibidem Beltram.* Vnde prędicta, fortius militabant hoc in caſu in quo non ſolum anteceſſores, ſed & pręſentes Auditores erant in quaſi poſſeſſione, & habebant iuris aſſiſtentiam, & ſic etiam quo ad petitorium fouebãt in meritis bonum ius,
5 Primo, quia ſicut diminuto labore, ſalarium diminuitur, *leg. Seia amico 10. ff. de Ann. legat.* vbi redditur ratio, quoniam labor, & pecunia
6 diuiſionem recipiunt, *Cępoll. de ſeruitut. vrban. pręd. cap. 50. nu. 15.* Ita etiam aucto labore, ſalarium augetur *ad tex. in leg. fin. §. fin. ff. de leg. 2.*

 leg.

leg.qui duobus 23.in fine, ff.de cond. & dem. leg. Binos 10. C.de Aduocat. diuerſ. Iudic. Bart.in d.leg.Seio, ff.de An.leg. Bald in d.leg. qui duobus, ff. de condit. & demon qui loquitur in lectore, & in d.leg. Binos C.de Aduoc. diuerſ.Iud. vbi loquitur in officiali, & in leg. ſi aſcribantur, C.de Appellat. Rom.conſ.25.n.1. & 2.qui loquitur in famulo, & Cepoll.de ſeruit. vrban. pręd.cap.50.nu.14. & 15.Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.caſ.223. nu.7. & 12.Rot.dec.354 nu.4.& 5 par.1.recenſ.& coram Merlino in Romana ſalarij 26.Aprilis 1624. & 5.Martij 1625. & in hac ſpecie tex. vbi Bart.

7 *nu.1.in leg.Titio 36. ff. ad municipalem*, vbi exercens actum alteri demandatum ſub certo ſalario, ſalarium illud conſequi debet. *Et tex. in Auth. vt iudic. ſine quoque ſuffrag.in §.Illud tamen*, vbi quod exercenti duo officia Iudicis, & Vicarij, licet vnita, & vnico nomine nuncupata, duplex à Fiſco debetur prouiſio, & emolumentum, quod prius pro vtraque adminiſtratione ſoluebatur, *Roman.d.conſ.25.nu.1.* vbi quod duplex gerens exercitium, duplex debet habere ſalarium, *Caſtrenſ.in leg. ſi eadem num.4.ff.de off. Aſſeſſor.* vbi ſi remouetur vnus Rector, & alius ſolus remanet; quia duplicatur ei labor, duplex etiam ſalarium præſtatur, *Felin. poſt Bald. in cap. Cum olim nu.2. de ſent. & re iudic.* vbi ſi duo vniantnr officia, duo debentur ſalaria exercenti vtrumqne etiam tanquam vnum, *& poſt Ang. Gugliel. & Cyn. Put. de ſindicat. in §. Salarium nu.2 & 3.* vbi ſi duo officia ſimul vniantur, & vni tribuantur, debetur ei ſalarium vtriuſque; *Et poſt Bald. Card. & Dec. Gouar. var. reſol. lib.3.cap.13.nu 6.* qui loquitur in Archidiacono, & Canonico in quo minor eſt ratio, quia nõ ideo eſt magis præſens, *Ferentill.ad Burat. deciſ.508. num.6.* vbi quod electo ad certum officium ſi poſtea aliud ei demandatur, duplex etiam debetur ſalarium, *poſt Rotam d.dec.354.par.1. Recenſ. & in d. Romana Salarij coram Merlino, & late Maſtrill.de Magiſtrat.lib.1.cap.21.nu 15.& 72.& ſeq.*

8 Secundo, quia Auditores præſentes loco abſentis, & deficientis expreſſe ſubrogantur in cauſis *ex Pontificia Conſtitutione Rotali nu. 16.* ibi alius eius loco ſubrogetur ſorte extrahendus, & ibi vnus Iudex ſubrogetur in locum alterius. De iure autem Officialis, & Iudex conſequi debet ſalarium illius cuius in locũ ſubrogatur, *ad tex. in leg. Binos, C.de Aduoc. diuerſ. Iudic. & in Auth. vt Iudic. ſine quoque ſuffrag. §. Illud tamen, & ibi gl. & Ang. Bart. in leg. Titio 36. num.1. & 2. ff. Ad municip. Ang in Authent. vt Clerici qui recedunt verſ. Item ſubrogatus, Imol. poſt Bald in leg. qui duobus, ff. de condit. & demonſt. & ibi Caſtrenſ. & Soc. ſen. nu.5. & dicam infra.* Et quod Iudex etiam in cauſa parti-

Digitized by Google

culari delegatus loco Rotæ conſequi debeat ſportulas, & ſalarium eidem Rotæ debitum, *poſt Bart & Ang. firmat Amat. dec. Ferrar 31. num. 1.*

Tertio accedebat obſeruantia ex actibus vniformibus cõtinuata, nam in omnibus caſibus qui poſt erectam Rotam contigerunt, vel in obitu, vel in diſceſſu, vel in non acceſſu, vel in abſentia coauditorum, fuerunt ſemper diſtributa ſalaria, & prouiſiones deficientium inter Auditores præſentes, & inſeruientes ex mandatis effectuatis, & expeditis ab Eminentiſſimis pro tempore Legatis, ac Excellentiſſimis Cameræ Commiſſarijs, & in caſu indiuiduo de quo querebatur fuerat primi menſis facta diſtributio conſueta. Quam quidem obſeruantiam eſſe ſeruandam, etiam in fortioribus terminis diſtributionum quotidianarum, in quibus labor conſiderabilis non accreſcit, *probat tex. in cap. vnico in §. Statuentes, De Cler. non reſid. in ſexto*, ibi iuxta cuiuslibet Eccleſiæ ordinationem. Et in pric. ſolum reprobatur couſuetudo percipiendi diſtributiones in abſentia, ſed approbatur conſuetudo diſtribuendi eas inter præſentes, & inſeruientes *late & in fortioribus Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 13. nu. 6. Monet. de diſtrib. par. 2. queſt. 12 num. 42. & ſeq alij relati per Garziam de beneficijs par. 3. §. 2. cap. 2. nu. 446. & ſeq. & poſt Copol. dec. Pariſ. Zabar. & alios, firmauit Rota in Burg. reſidentiæ, ſeu diſtributionum coram Penia 9. Maij 1594. quam extenſam ibi refert Garzia nu. 448. & prius etiam idem dixerat Rota coram Cantuccio in Valentina emolumentorum 16. Octobris 1585. vt refert deciſio prædicta coram Penia, Ferentill. ad Burat. dec. 193. in litt. D.*

9

Quæ procedunt indiſtincte etiam ſi Maſſa non ſit communis, quia quando eſt communis etiam de iure abſque conſuetudine accreſcũt vel non decreſcunt inſeruientibus, *ex Conſtitutione etiam Tridentini*

10 *Concilij ſeſſ. 24. cap. 2. de reformatione*. Et cum huiuſmodi obſeruantia videatur interpretatiua Conſtitutionis Rotalis, magis etiã erat attendenda cum ea ſit optima legum, & Statutorum interpres, *leg. ſi de interpretatione, ff. de legib. Burat. dec. 87. nu. 18.* & quando eſt interpretatiua non requirat aliquam præſcriptionem, & inducatur etiam ex vnico actu, *vt poſt Caſtrenſ. Dec. & Cranet. docet Burat. dec. 390. nu. 3. & dec. 647. nu 11. & 12.* Et adhuc magis erat admittenda, quia agebatur de interpretãda Principis diſpoſitione, quæ quo ad ipſius præiudicium latiſſimam recipit interpretationem ex his quæ ſub finem ſubijciam. Et quemadmodum aduerſus ipſos Rotæ Auditores, prouiſiones ordinariæ quæ deberentur in ſcutis triginta quinque

que auri in auro cuilibet Auditori quolibet mēſe, ex diſpoſitione dictæ Cōſtitutionis nu. 12. Reu. Cam. ſeruari placet, vt ſoluātur in ducatonis circiter triginta quinque argenteis. Ita obſeruātiam quam
11 illa pro ſe amplectitur non poteſt reijcere contra ſe, *vt ff. quod quiſque iuris in alium ſtatuerit eo ipſe vtatur, & faciunt quæ dixi dec. 76. num. 16.*

12 Quarto accedebat etiam ſolitum Rotæ Bononiēſis cuius priuilegia Gratiæ; facultates præeminentiæ munera, & emolumenta, quęcunque etiam prouenientia ex Statutis conſuetudine, & obſeruantia cōmunicata leguntur Rotæ Ferrarienſis ex verbis ampliſſimis Conſtitutionis prędictæ num. 14. & 43. Et quando facta eſt communicatio, vel exequatio priuilegiorū per verba vniuerſalia, veniunt etiam futura, *vt tradunt Doctores in leg. 1. ff. de leg. 1. & Pariſ. ibi nu. 13 quem ſequitur Rota coram Cantuccio dec. 55. nu. 7. par. 2. diuerſ.* vbi quod omnes ita fatentur. Quamuis hoc in caſu etiam indefinita ad id ſufficeret, quoniam indefinita Principis in Priuilegijs æquipollet vniuerſali quo ad præiudiciū ipſius concedentis, *vt docet Pariſ. in d. leg. 1. ff. de leg. 1. num. 6. & 13, quem ſequitur Rot. d. dec. 55. nu. 8. par. 2. diuerſ.*

13 Quinto addebatur, quod cum Auditores fuerint electi, & aſſumpti cum ſalarijs, emolumentis, honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis, debebantur eis illa omnia quæ præteritis officialibus præſtari conſueuerunt, *vt latiſſime probat Berous conſ. 158. per tot. vol. 3.* vbi ampliat licet in Capitulis diceretur, quod officialis de ſalario contentari debeat, & quod Ciuitas ad aliud grauari non poſſit. Immo aſſumptus etiam ſimpliciter abſque conſtitutione certi ſalarij, cenſetur aſſumptus pro ſalario, alijs pro eodem officio pręſtari ſolito, *Surd conſ. 42. nu. 13. & conſ. 460. nu. 30. Rot. dec. 88. nu. 5. par. 2. diuerſ. & dec. 354 nu. 3. par. 1. Recenſ. Ferentill. ad Buratt. dec. 904. nu. 4.*

Ex prędictis reſultare poteſt reſponſio virtualis ad obiecta quęcunque fieri poſſent, & quæ fiunt *in deciſione Maceraten. Gratiani* 101. *per tot.* Sed ad abundatiorem veritatis elucidationem, poteſt etiam indiuidualiter reſponderi. Adducit ergo ille primo auctoritatem, *Bart. Corſett Laudenſ. & Gandulf.* ſecundo adducit rationem, quod ſalarium Auditoribus non datur ob laborem, ſed ob ſcientiam, & probitatem. Tertio, quod ob augmentum laborum augetur merces ſportularum; Quarto, quod non debet duplex cauſa lucratiua concurrere; Quinto, quod non agitur de diuerſis officijs.

Ad

Ad primum igitur reſpondetur, *quod Bart. Corſett. & alij adducentes tex.* 14 *in leg. 2. C. de legatio lib.* 10. loquuntur in Ambaſciatoribus qui cum ſimul, & inſolidum ſoleant functiones obire, eorum altero deficiente, labor alteri nō accreſcit, ideo nec ſalarium debet augeri. Præterea omni in caſu non loquuntur in caſu in quo adſit conſuetudo accreſcendi ſalarium in quo nos verſamur, vt ſupra dixi. Secundo reſpondetur, quod ſi pugnandum eſt auctoritatibus, longe plures militant pro nobis, quam contra nos, *vt patet ex præallegatis num. 6. 7. 8 & 9.* quæ quamuis etiam numero, & pondere pares eſſent, adhuc forent præferendæ tanquam incumbentes rationibus antedictis, nec enim ratio ſumenda eſt ex auctoritate, ſed auctoritas ex ratione, & licet apud multos nulla ſit maior ratio, quam ratio auctoritatis, in his tamen apud me nulla maior eſt auctoritas, quam auctoritas rationis *ad tex. Auguſtini in can. ego ſolis nona diſtinx.*

Ad ſecundum reſpondetur retorquendo quo nullus eſt modus fortior 15 ad conuincendum teſte philoſopho. Nam ſalarium Auditoribus Rotæ Ferrariæ, ob laborem aſſignatum legitur *in Conſtitutione illius erectionis nu. 12.* ibi ſed quia Boui trituranti non eſt os alligandum, & laborum cuique præmium condignum eſt proponendum, vt ad illos ſubeundos reddatur alacrior Nos propterea prouiſionem, &c. Et ſane quis non dixerit Iudices magis quam laboratores quoſcunque laborare, qui non ſolum corporis ſenſibus, ſed & omnibus animæ potentijs laborare compelluntur, ſi velint ſuo muneri ſatisfacere, & non ſolum agendo, ſed & patiendo laborant, *iux. tex. in leg. ne quicquam 9. ff. de off. proc. & leg. in §. vbi Decretum, & in leg. fin. §. Iudicandi, ff. de muner. & honor. & in leg. 1. § Adeundi, ff quando appellan. ſit*, & quod amarius eſt, coguntur odia pati, & perſecutiones etiam ſuſtinere non ſemel, ſed ſi veridice canere poſſunt verſiculum Dauidi cum *Pſal.* 118. feci iudicium, & iuſtitiā ne tradas me calumniantibus me, Euangelicæ quoq; promiſſionis effectum conſequentur *Matthei cap.* 5. Beati qui perſecutionem patiūtur propter Iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum Cęlorum.

Ad tertium reſpondetur, quod non in omnibus cauſis ſportulæ percipiuntur, & quod ſicut Auditor diſcedens non inſeruiebat pro ſolis ſportulis, ſed magis pro ſalario menſtruo, & vtrumque recipiebat 16 ſic & vtrumque debetur ſocijs, ſeu collegis, qui eius loco laboribus ſubeundis ſubrogātur. Idque ex natura ipſa ſubrogationis, quę ſemper intelligitur cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantijs,

ad tex.in leg.1.§.hæc actio,& ibi Bart.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ fuer.leg.ſi eum,§.qui iniuriarum, vbi gl.ff.ſi quis caution.Ludou.dec.115.nu.3.& dec.544.nu.16.

Ad quartum pariter reſpondetur,quod ſicut duæ cauſæ lucratiuæ ſpor
17 tularum,& ſalarij concurrebant in Auditore deficiente,ita poſſunt, & debent in ſubrogatis concurrere, quia ſubrogatus loco alterius in Collegio, vel officio vtitur iure illius, tam quo ad commoda, quā quo ad incommoda,*ad tex.vbi Bart.& Io:de Plat.in leg.vnic.C.de Col legiat.lib.11.& poſt Bald. Angel. & Alberic docet Euerard.in Topica in loco à vi ſubrogationis in verſic.Tertio facit Ludou.dec.251.num.6.* vbi quod res ſubrogata dicitur eadem cum ea,cuius loco ſubrogatur. Si autem dicatur, quod duplex cauſa lucratiua eſt in duplici prouiſione ſeu ſalario,dicetur etiam,quod duplex cauſa lucratiua poteſt, & debet ſine difficultate concurrere, quando concurrit duplex cauſa onerosa ex ſupradictis,& indiſtincte cõcurrunt duæ lucratiuæ quando proueniunt ex diuerſo fonte,quando diuerſo tempore adueniũt, & quando non agitur de ſpecie ad oculum demonſtrabili, ſed de quantitate,*iuxta receptam Bartoli Theoricam in leg.Meuius,§.duobus,ff. de leg.2.nu.1.13.& ſeq.& per Socin.reg.42.* Sed quod magis eſt cauſæ prædictæ ſunt onerosæ potius quam lucratiuæ.

Ad quintum quicquid ſine lege, & forte contra legem, *dixerit Additio*
18 *ad Bart.in d.leg.2.C.de legation.* inſpiciendum videtur an quis ſuſtineat nõ tam in diuerſa officia, quam diuerſos labores,*vt probat tex. in d. Auth. vt Iudices ſine quoque ſuffrag.in §. Illud tamen*, ibi, Accipiet propter duplex periculum, *& gl.in eodem verbo periculum*, & ibi, vel propter duas ſollicitudines, *Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.caſ.223.nu. 12.* vbi quod Iudex arbitratur augmentum laborum,quia non ſemel euenit,vt tantus inſit labor inſeruiendo vni officio quam duobus,& è conuerſo.

Demum eſt animaduertendum,quod Gratianus in Deciſione, ſeu potius Allegatione prædicta, non refert ita fuiſſe deciſum, ſed ita fuiſſe ſeruatum in Rota Maceraten, vt ſalarium deficientis Auditoris alijs
19 non accreſceret; Certum eſt autem,quod obſeruantia conſuetudo ſtylus loci,extra locum illum non attenditur, *Surd.poſt alios dec.131. nu 9.Rot dec 504.nu.7.par.1.Recenſ.& coram Burat.dec.497.nu.8.* vbi de Ciuitate Ferrariæ loquitur; Et multo magis quando in alio loco viget contraria ſpecialis obſeruantia,in quibus terminis nec Gratianus loquitur,nec aliquis allegatus ab ipſo.

Po-

20 Poſtremo ſi aliqua etiā dubitatio militaſſet hoc in caſu, adhuc in dubio reſoluendum videbatur pro cauſa oneroſa, & ſic pro ſolutione ſalarij tāquam fauorabili, *ad tex. in cap. odia de reg. iur. in ſex. & in cap. fin. de ſent. & re iudic.* Præſertim cum agatur de ſolutione honorarij iudicum qui Iuſtitiam miniſtrantes laborant quantum ſupra dixi, & plus merentur, quā fratres prædicatores, *vt dixit Neuiz. in Sylu. lib. 3. nu. 20. & confert tex. Prou. cap. 16.* Iuſtitia accepta eſt apud Deum, magis quam immolare hoſtias, *& Prou. cap. 21.* ibi facere iudicium, & iuſtitiam, magis placet Domino, quam victimæ, licet hi textus intelligi poſſint de iuſtitia vniuerſali. Et præſertim cum agatur de ſolutione facienda ſiue ex contractu, ſiue ex priuilegio Principis; nam contractus Principis, ſunt omnes bonæ fidei, *Bald in tit. de pace conſtantiæ, §. ſi qua vero Iaſ. in §. Actionum ſub initium inſt. tit. de action.* Et non debent ſtricte interpretari ſicut contractus priuatorum, ſed magis gratioſe, & liberaliter, *vt loquitur Crauetta conſ. 95. nu. 9.* Beneficia vero, vel priuilegia Principis quo ad ipſius intereſſe, & præiudicium quam latiſſimam recipiunt interpretationem, *leg. fin. ff. De conſtit. Princip vbi Bart & Iaſ. Pariſ. in leg. 1. ff de leg. 1. nu. 6. & 13. Crauetta conſ. 22. nu. 11. Rot. dec. 55. nu. 8. par. 2. Diuerſ. Conſonat tex. in leg. non puto 10. ff. de iure fiſci,* vbi Modeſtinus ſic loquitur; Non puto delinquere eum qui in dubijs quæſtionibus contra fiſcum facile reſponderit, vbi gl. adducit ratione quia Diues eſt, *Matteſilan ſing. 72. vbi dixit eſſe mirabilem Regulam, & ampliat ſiue dubium ſit in facto ſiue in iure, Caphal. conſ. 424. nu. 27. & admittit Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 6. num. 23. late Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 72. num. 1. & ſeq.* quod facilius procedit quando fiſcus vt hic non agit de damno vitando, ſed de ſoluendo pluribus illud vnum, & idem quod vni ſoluebat, & quod ſi non ſolueret, lucraretur cum iactura, & labore officialium, *contra tex. in leg nam hoc natura, ff. de condit. indeb. & ea quæ dixi dec. 19. num. 5.*

Ex prędictis licet contradicente Excellentiſſimo Domino tunc temporis Cameræ Ferrarienſis Commiſſario, fuit me Prætore reſcriptū ſeruari ſolitum per litteras Eminentiſſimi Card. Antonij Barberini meritiſſimi Sāctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarij, datas Romæ die 16. Octobris 1638. directas Illuſtriſs. D. Lumellino tunc Ferrariæ Prolegato Eminentiſſimi ingenij viro, qui litteras executioni demandari fecit ad fauorem Auditorum.

Ar-

ARGVMENTVM.

Quando locus ſit executioni duarum conformium vigore Statuti, & quando ſententiæ dicantur conformes, vel difformes.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria, an indigeat executione, & num. 2.*
Diſtinguitur executio iuris ab executione facti, ſeu actuali.
2 *Executio in abſolutorijs quid operetur.*
Appellatio ab abſolutoria, habet ſolum effectum deuolutiuum.
3 *Statutum de duabus conformibus exequendis, non habet locum in inualidis, & iniuſtis.*
4 *Statutum de duabus conformibus, non comprehendit non ſubditum ſtatuentibus.*
Statutum non ligat niſi adſit ſubiectio perſonarum, & bonorum.
5 *Difformitas in expenſis, non facit difformitatem in negotio principali.*
6 *Hereditas per aditionem propriè deſinit eſſe hereditas, & ſit proprium patrimonium heredis adeuntis.*
Poteſt tamen lato modo dici hereditas, etiam poſt aditionem.
7 *Summæ maiori ineſt minor, etiam quo ad inducendam conformitatem ſententiarum.*
8 *Ad conformitatem requiritur identitas rei causæ, & perſonæ.*
In dubio contra conformitatem iudicatur.
9 *Expreſſum, & tacitum ex eadem cauſa prouenientia eundem operantur effectum.*
10 *Expreſſum dicitur, quod ab expreſſo ſaltem immediate reſultat, vel quod virtualiter colligitur. Amplia vt ibi.*
11 *Sententiæ partim conformes, & partim difformes ſunt exequendæ in partibus conformibus tam ex Statuto, quam ex iure communi. Declara vt ibi.*
12 *Sufficit ſententias in ſubſtantia concordare licet diſcordent in verbis. Amplia vt ibi.*

DECISIO LXXXVIII.

IN cauſa inter DD. Prondulum, & Boſchettum Rotæ commiſſa cum clauſula, conſtito quod ſit locus ſtatuto de duabus conformibus exequatur, ſin minus cauſam appellationis cognoſcat, me proponente.

Quo ad primum caput abſolutionis à petitis alimentis, in quo aderat manifeſta conformitas, aliquibus placebat ſimpli-

citer

citer declarare ſententias cõformes in hoc capite, ſed obtinuit congrue pronunciari poſſe, prout fuit pronunciatum exequendas eſſe ſententias. Quamuis enim abſolutio ſecum trahat executionem, & ſic non videatur indigere alia executione, id tamen verum eſſe poteſt quo ad executionẽ actualem, ſeu facti, ſecus quo ad executionẽ iuris quæ diſtinguitur, & ex obſeruantia huius Curiæ, *& ex mente Stat. lib. 2 cap. 77. de ſent. execut.* & ex diſpoſitione iuris communis, *vt per Beninten. dec. Bonon. 85. nu. 15.* vbi quod dicitur executio iuris cũ
2 committitur, facti autem dum fit. Huiuſmodi autem executio iuris in abſolutorijs: non videtur eluſoria cum operetur impoſitionem perpetui ſilẽtij, & tollat effectum appellationis deuolutiuum quem ſolum effectum operatur in effectu appellatio actoris à ſententia abſolutoria, *vt bene poſt alios declarat Scaccia de appellat queſt. 17. limit. 7. nu. 27.* Declaratio autem conformitatis pręterquam quod videbatur aliquo modo egredi limites commiſſionis, & ſic eſſe aliqualiter exceſſiua, erat etiam magis defectiua, quoniam non operabatur effectum exequtionis, nam poteſt ſimul dari caſus in quo, & ſententiæ
3 ſint conformes, & tamen nõ ſint exequendæ, vel quia ſint inualidæ, aut iniuſtæ, de quibus Statutum, vel Clauſula conſtito de duabus nõ intelligitur *ad tradita per Coccin. dec. 294. nu. 1. Gratian. diſcept. 691 nu. 27. Ferentill. ad Burat. dec. 567. nu. 6. qui refert deciſum in Ferrarien. attentatorum coram Durano 14. Martij 1629. dixi dec. 32. nu. 6.* Vel quia
4 Statuto non ſit locus ſiue ratione reium, ſiue ratione perſonarum quæ non ſint ſtatuentibus ſubiectæ, *ad tradita per Bertaz. poſt Franc. conſ. crim. 19. nu. 3. Maſcard. de interpret. Stat. concl. 7. nu. 77. Buratt. in Ferrarien. pecuniaria dec.* 40. vbi in puncto deciditur hoc Statutum nõ ligare, nec iuuare forenſem; Et generaliter ad hoc, vt Statutum liget, requiritur ſubiectio perſonarum, & bonorum, *Buratt. dec. 188 nu. 2. 3. & 4 & dec. 310. nu. 4.* Et quamuis in hoc capite primus Iudex
5 ab expenſis abſoluerit, ſecundus condemnauerit; Difformitas tamen in expenſis non facit difformitatem in negotio principali, *Theſaur. dec. 122. nu. 6. & 7. Ferentill. ad Buratt. dec. 567. nu. 8* Nec fuit dictum exequẽdas eſſe ſententias quo ad expenſas, ſed quo ad alimenta, & ſic quo ad negotium principale.

Quoad ſecundum Caput in quo prima ſententia D. Locumt. D. Carolum Prondolum conuentum vti hæredem Franciſci Prondoli, condemnabat ſimpliciter ad ſoluendum D. Io: Baptiſtæ Boſchetto Scuta duo millia cum fructibus: Secunda vero D. Pretoris pronuncia-

Tttt bat

bat D. Io: Baptiſtam Boſchettum creditorem hereditatis dicti Franciſci Prondoli, in eadem ſumma duorum millium ſcutorum cum fru ctibus, Domini vnanimes dixerunt exequendas eſſe ſententias in bonis hæreditatis dicti quon. D. Franciſci Prondoli moti, quoniã condemnatus ſimpliciter in prima ſententia cenſebatur condemnatus
6 tam in bonis proprijs, quã in bonis hereditatis, nam ſuppoſito quod hæreditas adita efficiatur proprie proprium patrimonium hæredis adeuntis, *leg. ſed ſi plures, ſ. filio, ff. de vulg. & pupill. gl. in leg. veteres, §. 1. ff. de acquir. poſſ. Craſ. de ſucceſſion. in ſ. Hæreditas quæſt. 3. nu. 1. Ludou. dec. 219. num. 6. Rot. dec. 259. nu. 9. & dec. 304. num. 1. par. 5. Diuerſ.* vbi quod eſt indubitata iuris regula. Licet improprie, & lato modo dici poſſit hereditas, etiam poſt aditionem, *Decian. conſ. 25. nu. 14. lib. 3 Surd. conſ. 562. n. 8 & poſt Rotam Beltram. ad Ludouiſ. d. deciſ. 219. nu. 8.* Sequitur quod in bonis ſimpliciter, vel etiam in bonis proprijs con-
7 tineantur etiam hæreditaria, ſicut ſummæ maiori ineſt minor, etiam quo ad inducendam conformitatem ſententiarum, *ad tex. in leg. inter pares, ff. de re iudic. & in cap. 1. de arbitr. in ſexto, Buratt. dec. 577. nu. 2. & fuerat alias firmatum coram me, dec. 80. nu. 22.*

Neque obſtabat, quod in prima ſententia D. Prondulus eſſet ſimpliciter condemnatus: In ſecunda vero nullo modo, ſed ſolummodo declaratus fuerat D. Boſchettus creditor hæreditatis, vnde cum ceſſa-
8 ret identitas perſonæ debitoris, videbatur ceſſare conformitas ad quam exigitur rerum cauſæ, & perſonarum identitas, *ad tradita per Surd. conſ. 102 nu. 9. & conſ. 189. nu. 29.* Maxime cum etiam in dubio pronũciandum ſit pro difformitate fauore appellationis, *Crauet. conſ. 183. nu. 4. Hier. Gabr. conſ. 56. nu. 22. lib. 1. Ferentill. ad Buratt. dec. 567. in fine.* Non inquam obſtabat, nam fuit reſponſum, quod prima ſententia condemnando ſimpliciter D. Prondolum conuentum, vt heredem Franciſci ad ſoluendum D. Boſchetto, vtique in neceſſarium antecedens, & ſaltem virtualiter, & tacite conſtituebat D. Boſchettum creditorem hereditatis Franciſci, quod idem expreſſe di-
9 xit ſecunda ſententia. Tacitum autem, & expreſſum quando proueniunt ex eadem cauſa, eumdem operantur effectum, *leg. de quibus, ff. de legibus, leg. cum quid ff. ſi cert. petat. Bald. in leg. 3. ff. De teſtam. tut.*
10 Immo quod preſertim immediate reſultat ab expreſſo, expreſſum dicitur, *leg. ſi ita, ſ. qui filio, ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Bald. in leg. fin. nu. 23. in fine, C. de hæred. inſtit. Socin. in leg. in ambiguo num. 7. ff. de reb. dub. Ludouiſ. dec. 66. nu. 12.* & expreſſum etiam dicitur, quod virtualiter colligi-

ligitur, *leg. Gallus, ſ. quidam recte, ff de lib. & poſt. Crauett. conſ. 149. nu.
11. Cæphal. conſ 152. nu. 76. Surd. conſ. 143. nu. 20. & conſ. 294. num. 21.*
vbi ampliat etiam in materia ſtricta; *Idem Surd. dec. 254. nu 37. vſq;
ad nu.*40. vbi ampliat etiam in materia in qua pro forma requiratur
expreſſio, *& ſequitur Gratian. diſcept. 587. num. 43. & 44. Et confert
Buratt. dec. 254. nu. 6.* Vnde quo ad bona hęreditatis Franciſci re-
11 manebant conformes ſententiæ, & licet in alio difformes, mereban
tur exequtionem in hac parte conformi, *iuxta diſpoſitionem Statuti
lib. 2. cap. 66. & in terminis eiuſdem Statuti firmauit Rota in Ferrarien.
Decimarum dec. 552. nu. 9. par. 1. Recentiſſimarum, ſiue in poſthumis Fari-
naricij, vbi poſt Afflict. Couar. Surd Theſaur.* quod idem procedit, etiam
ex diſpoſitione iuris communis, *& poſt alios plures probat Gabr. concl.
1. de exeq. rei iudic nu. 5. & Ferentill. ad Buratt. dec. 368. num. 13. & dec.
852. nu. 1. & dec. 567. nu. 9.* vbi declarat id procedere quando capita
ſunt ſeparata, vel quando fieri poteſt exequtio in ijs in quibus adeſt
conformitas abſque eo, quod fiat in ijs in quibus adeſt difformitas.
12 Et ad hoc, vt ſententiæ dicantur conformes, ſufficit ſi cócordent in
ſubſtãtia, licet diſcordẽt in verbis *Dec. conſ. 385. nu. 2. Ruin conſ. 114.
n. 10. l b. 5 Gabr. concl. 1. de exeq. rei iudic. n 33 & 34* vbi quod ſufficit
ſi concordent in qualitate, & in effectu, licet in cauſa non conue-
niant, *Theſaur. dec. 228. nu. 2. Rot. dec. 98 nu. 4 par. 1. Recenſ. & in alijs
relatis per Ferentill. ad Buratt in Romana ſocietatis dec. 567. num. 10.* Et
ſecunda ſententia non dicitur addere primæ quando declarat ma-
gis in ſpecie, id quod venit in conſequentiam illius, quod in prima
ſententia continetur *Couar. pract queſt. 25. nu. 6. poſt alios, & dixit Ro-
ta coram Pamphylio in Romana Cenſus dec. 188. num. 3. apud Cencium de
Cenſibus, & in Toletana nullitatis profeſſionis coram Iuſto, quam refert
Ferentill. ad Buratt. d. dec. 567. nu. 8.*

Quo ad tertium Caput ſuper dote D. Oriettæ, ſolum in ſecundo iudi-
cio petitæ, quoniam aderat manifeſta difformitas, fuit aſſignatus
terminus Statuti partibus ad probandum, attẽta Clauſula commiſ-
ſionis. Sin minus cauſam appellationis cognoſcat.

ARGVMENTVM.

Quando, & quomodo prȩſumatur pro exequtione, & pro exequtore,
& de exequtione facta in bonis alterius quam debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium Angeli in materia exequtionis, & ad quid proſit nu. 4. in fine.*
2 *Exequtio facta in bonis alterius, quam debitoris reuocatur non obſtante Sta*

tuto

tuto Ferrariæ, quod declaratur, & non obſtante obligatione Camerali.

3 *In dubio præſumitur pro exequtione, & pro exequtore donec probetur contrarium. Declara, & amplia vt ibi.*

Idem eſt in nuncio, & eius relatione.

4 *Requiritur ad id plena probatio, & non ſufficit ſemiplena, vel præſumptiua.*

Nomine probationis venit plena.

5 *Res exiſtentes in domo mariti, præſumuntur mariti donec probetur contrarium.*

6 *Præſumptio iuris admittit probationem in contrarium, ſecus ſi ſit præſumptio iuris, & de iure.*

Præſumptio cedit probationi, & probatio veritati.

DECISIO LXXXIX.

PRo parte Triſtani, fuit actum iudicium contra vxorem Alexandri, pro deuolutione cuiuſdam fundi emphyteotici, & fuit etiam obtentum grauamen pro expenſis in eodem iudicio factis aduerſus eamdem vxorem marito nunquã citato, qui propterea
1 ne grauamen aduerſus bona ipſius propria exequutioni demandaretur, proteſtatus fuit, & obtinuit inhibitionem iuxta conſilium *Angeli, Imolæ, & Alex. in leg. à Diuo Pio, § ſuper rebus, ff. de re iudic. & ſequitur ibidem Iaſ. num. 9. & probauit Rota coram Buratt. dec. 196. nu. 3. & in alia Bononien. pecuniaria coram eodem, vt ibidem refertur*. Quamuis enim etiam non adhibito Angeli conſilio, quando
2 exequtio probatur facta in bonis alterius, quam debitoris reuocanda ſit, etiam non obſtante Statuto Ferrariæ, *lib. 2. cap. 72.* prohibente ne admittatur poſt exequtionem commiſſam aliqua exceptio, niſi tranſactionis, ſolutionis, vel quietationis emanatæ poſt eãdem exequtionis commiſſionem, *vt firmauit Rota coram Amato, dec. 58. nu. 8.* Ea ratione, quia Statutum intelligitur reijcere exceptiones contra ſententiam, vel grauamen, non autem illas quæ aduerſus exequtionem ipſam, vel eius exceſſum opponuntur, & præſertim à tertio, *ad tradita per Canar. de exequtione Inſtrumen. quæſt. 28. nu. 62. Caroccius de except. except. 167. Aſin. in praxi, §. 31. cap. 44. num. 1. Amat. d. dec. 58. nu. 9.* Vnde etiam opponi poteſt exceptio prædicta, non obſtante obligatione Camerali, quæ non poteſt niſi obligatum afficere, non au-

autem tertium, *Galleſ. de oblig. Camerali quæſt. 3. num. 1. Amat. d. dec. 58. nu. 9. in fine.* Et contra tertium poſſeſſorem agi non poteſt exequtiue, etiam vigore obligationis Cameralis, *Ludouiſ. dec. 330. num. 2.*

Attamen donec probetur exequtionem factam fuiſſe in bonis alterius
3 quam debitoris, contrarium præſumitur in dubio, & ſic pro exequtione, & pro exequtore, *gl in leg. 1. C. de priuileg. fiſci, vbi Bald. num. 2. Salicet. in leg. ob maritorum nu. 2 C. ne vxor. pro marito, Menoch. de adipiſcen poſſ. remed. 4. nu. 924 Gratian. diſcept. 502. nu. 14. & ſeq. vbi declarat Buratt. dec. 196. nu. 1.* vbi loquitur etiam contra Monaſterium. Sic etiam præſumitur in dubio pro nuncio, & eius relationi creditur donec probetur contrarium, *ad tex. in leg. 1. §. cura carnis, vbi Bald. ff. de off. Præfect. Vrb. Tiraquell. de retract. Lignag. §. 8. gl 9. nu. 10. & 11. Gratian. diſcept. 697. nu. 13. &* 14. vbi in ſpecie, etiam de citatione in do-
4 mo ſolitæ habitationis. Nec ad excludendã prędictam pręſumptionem ſufficit pręſumptiua, vel ſemiplena probatio, ſed plena requiritur, & concludens, *vt concludit in ſpecie Gratian. d. diſcept. 697. nu. 20. & Ferentill. ad Buratt. dec* 191. *nu.* 19. Et generale eſt, quod appellatione probationis non intelligitur coniecturalis, vel ſemiplena, ſed plena probatio, *leg. Lucius, ff. de condit. & dem. gl. in cap. Statutum de Reſcript in ſexto, Cephal conſ. 294. num. 33. lib. 2. Gratian. diſcept. 697. nu. 23.* Vnde proderat marito conſilium Angeli ad euitandam neceſſitatem faciendæ probationis prędictæ, *vt ſenſit etiam Rota coram Buratt. d. deciſ. 192. nu 3.*

Secundo loco dictus maritus petijt, & obtinuit à me ſpecialiter inhiberi, ne grauamen prędictum exequtioni demandaretur in bonis exi-
5 ſtentibus in domo ipſius mariti, quod facilius conceſſi, quoniam res exiſtentes in domo mariti, licet cohabitata etiam cum vxore, pręſumuntur eiuſdẽ mariti, *ad tex. in leg. ob maritorum, C. ne vxor. pro marito, vbi Bald. nu. 6. Salicet. in leg. 2. num. 6. C quand. fiſcus, vel priuat DD. in leg. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. Phanuccius qui alios refert de inuentario par. 3. num. 34. Buratt. dec. 91. nu. 2. & 6. Intelligo donec contrarium probetur, vt probat Rota coram Burat. dec. 236. nu. 1. vbi de facto ex nouis probationibus in facto factis, fuit receſſum à Deciſis in d. dec. 91.*

6 Et generale eſt quod ſicut cedit probatio veritati cui omnia cedũt, *cap. Conſuetudo 13. diſt. cap. Fraternitatis de frigid. Maſcard. de probat. quæſt. 5. nu.* 17. Ita pręſumptio cedit probationi, nec ſolum præſumptio hominis, ſed & præſumptio iuris dummodo non ſit iuris, & de iure ſemper admittit probationem in contrarium, *leg. à Diuo Pio, §. ſi*

pignora, ff. de re iudic. gl. in leg. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. DD. in cap. Is qui fidē de ſponſal. & poſt Rom. Salic. Curt. Cepol. Alciat. Menoch. de præſ. lib. 1. quæſt. 60. num. 2. vbi quod ſemper admittitur contra præſumptionem probatio niſi lex eam expreſſe reijciat.

ARGVMENTVM.

In bonis Dotalibus quando fieri poſſit exequtio pro debito vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Pro debito vxoris contracto ante matrimonium, fieri poteſt exequtio in bonis dotalibus. Amplia, & declara vt nu. 4. & ſeq.*

2 *Bona intelliguntur, quæ ſuperſunt deducto are alieno.*
Fructus intelliguntur, qui ſuperſunt deductis expenſis.

3 *Res tranſit cum ſua cauſa, & cum onere ſuo.*

4 *Poteſt in bonis Dotalibus fieri exequtio, etiam pro expenſis factis poſt matrimonium ex cauſa debiti contracti ante matrimonium, quod declara vt num. 7.*

5 *Expenſæ ſunt acceſſoriæ, & dependentes quo ad negotium principale.*

6 *Prior in ſorte, eſt etiam prior in vſuris.*

7 *Pro expenſis litis fieri poteſt exequtio in bonis dotalibus quando maritus ſciuit, & paſſus eſt, vel ſaltem quando auxilium præſtitit, vel liti ſe obtulit.*

8 *Pro debito vxoris etiam perſonali contracto ante matrimonium, fieri poteſt exequtio in bonis Dotalibus.*

9 *An quando bona data ſunt in Dotem nominatim, & non in genere, fieri poſſit exequtio in bonis Dotalibus pro debito, etiam ante matrimonium contracto.*

10 *Pro debito vxoris contracto poſt matrimonium, fieri non poteſt exequtio in bonis Dotalibus.*

11 *Maritus pro debito vxoris non tenetur, nec è contra, ſicut nec pater pro filio, nec è conuerſo.*

12 *Dos dicitur in bonis mariti, & videtur magis eſſe mariti quam vxoris.*

13 *In bonis Dotalibus non poteſt fieri exequtio, neque etiam pro communi debito vxoris, & viri.*

14 *Proprie nec maritus, nec vxor habet dominium Dotis.*

15 *In paraphernalibus poteſt fieri exequtio pro debito vxoris.*
In paraphernalibus maritus non habet niſi adminiſtrationem volente vxore. Amplia vt ibi, & quid in extradotalibus.
Fructus perceptos ex bonis paraphernalibus, an teneatur maritus reſtituere.

DE-

DECISIO LXXXX.

IN eadem cauſa dubitaui an pro debito vxoris fieri poſſet exequtio in bonis dotalibus. In quo articulo inueni diſtinguendos eſſe duos caſus.
1 Primus eſt quando debitum fuit ab vxore contra-ctum ante matrimonium, & tunc poteſt pro eo fieri exequtio in bonis Dotalibus, *ad tex. in l. mulier bona, ff. de iure Dot. Guid. Pap. quæſt. 447. nu. 2. Capic. dec. 128. nu. 5. Cartar. dec. Gen. 34. nu. 8. Seraph. dec. 891. nu. 1. Buratt. dec. 254. num. 1.* Et ratio eſt vel quia ſi bona data ſunt in Dotem, non intelligitur da-
2 tum quod erat obligatum, & alteri debitum cum bona intelligantur illa quæ ſuperſunt ære alieno deducto, *leg. ſubſignatum, ſ. bona, & leg. venniſſe, ff. de verb. ſignif. leg. cum emancipatis ſ. Illud ff. de collat. bonorum Menoch. de præſ. lib. 4 præſ. 109. nu. 8. & præſ. 143. nu. 14.* Sicut etiam fructus intelliguntur qui ſuperſunt deductis expenſis, & oneribus, *leg. fructuum, leg. Diuortio, §. Impendia, ff. ſolut matrim. cap ex litteris de pignor. leg. 1. C de fruct & lit expenſ. Buratt. dec. 618. nu. 1.* vel quia res
3 quælibet tranſit ad quemcunque cum ſua cauſa, & cum onere ſuo, *leg. ſi debitor, C. de diſtract. pignor. Neguſant. de pignor. par. 5. memb. 3. nu. 2 Seraph. dec. 891. nu 3.*
4 Ampliatur prædicta Cõcluſio, vt in bonis dotalibus fieri poſſit exequtio, non ſolum pro debito cõtracto ante matrimonium, ſed etiam pro expenſis ratione illius debiti factis, etiam poſt matrimonium;
5 *Seraph. dec 891. nu. 4. Buratt. dec. 254. nu. 10.* Et ratio eſt quoniam expenſæ ſunt acceſſoriæ, & dependentes à negotio principali, *gl in leg. Paulus 42. ff. de re iudic. Caualcan. dec. 15. num. 11. par. 1. Seraph. dec. 891. nu. 5. & ſeq.* vbi quod quo ad condemnationem, & exequtionẽ idem iudicatur de expenſis, quod de negotio principali ſicut & in hac ſpecie idem iudicatur de ſorte, quod de vſuris, ſeu fructibus, vnde &
6 prior in ſorte, eſt etiam prior in vſuris, *leg. Lucius vbi gl. & Bart. ff. qui potiores in pign. habeantur, Neguſant. de pignor. par. 5. memb. 2. nu. 10. Riccius collect. dec. 502. vbi ampliat.*
7 Et hęc ampliatio ſaltem procedit quãdo maritus ſciuit, & paſſus eſt vxorẽ litigare, tunc enim etiam in ſorte ſibi preiudicat, *ad tradita per Bart. Alex. Iaſ. in leg. de die, §. qui mulierem, ff qui ſatiſd. cogan. & videtur ſenſiſſe Buratt. dec. 25. nu. 1. licet de hoc dubitari poſſe dixerit Seraph. d. dec. 891. nu. 10. ex traditis per Bertrand. conſ. 129. nu. 4. lib. 6.* Sed indubitanter procedit quando maritus non ſolum habuit litis ſciẽtiam,

&

& patientiam, ſed etiam auxilium præſtitit litiganti, vel liti ſe obtulit, *ad tex. in leg. ſi ſe non obtulit, vbi Alex. nu. 4. ff. de re iudic. vbi fortius dicitur quod ſi ſe liti obtulit procurator, actio iudicati in ipſum dabitur Ber. trand conſ. 129. nu. 5. lib. 6. Seraph dec. 891. nu. 10.*

8 Ampliatur præterea etiam ſi actum ſit actione perſonali contra vxorem, adhuc enim pro debito contracto ante matrimonium fieri poſſet exequtio in bonis Dotalibus, *Guid. Pap. d. quæſt. 447. in princ. & nu. 2. Capic. d dec. 128 pariter in princ. & nu. 5. Cartar. d. dec. Gen. 34. nu. 7. iuncto nu. 9. Buratt. dec. 254. nu. 1.*

9 Limitatur modo principalis concluſio, vt procedat quãdo data ſunt in Dotem omnia bona, vel bona in genere, tunc enim procedit textus, & eius ratio *in d. leg. mulier bona, & ita loquitur Guid. Pap. d. quæſt. 447. in princ. Cartar. d. dec. 34. & admittere videtur Buratt. dec. 254. nu. 6.* Sed contra quod immo id procedat, etiam quando bona hæc, vel illa nominatim, & demonſtratiue data ſunt in Dotem, & abſque termino vniuerſali, vel collectiuo, *ſenſit Ant. Capicius dec. 128. nu. 1. & 4. Seraph. dec. 891. in princ.* vbi loquitur in domo in Dotem tradita æſtimata: forte conciliari poſſent auctoritates prędictæ, ita vt primæ procedant quando debitum erat tantum perſonale, quia tunc ceſſat prima ratio, quam adduxi *num. 2.* & non militat adducta *num. 3.* Secundæ vero procedant quando debitum erat hyppotecariũ, tunc enim ſi non militat prima ratio, militat ſecunda quæ ſufficit.

Secũdus caſus principalis eſt quando debitum contractum eſt ab vxo-
10 re poſt matrimonium, & tunc poteſt pro eo fieri exequtio in bonis Dotalibus, *iuxta gl. in leg. quinque legibus in fine, ff de bon. damnat.* vbi plus dixit, quod pro debito vxoris non fit miſſio in bonis Dotalibus, extra illos quinque caſus delictorum de quibus ibi, ſed intelligitur per infraſcriptos niſi debitum contractum ſit ante matrimonium, vt ſupra, *Guid Pap. d. quæſt. 447. nu. 1. Capic. d. dec. 128. nu. 5. Cartar. d. dec.*
11 *Gen. 34. nu. 9.* Et ratio eſt quoniam maritus pro debito vxoris non tenetur de ſuo, *vt in C. ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore conueniatur,* ſicut nec pater pro filio, nec filius pro patre, *vt in C. ne filius pro patre, & hanc rationem adducit Addenſ. ad Guid. Pap. d. quæſt 447. in*
12 *fine.* Dos autem eſt in bonis viri, *leg. quamuis 78. ff. de iure Dot.* & magis eſt viri quam vxoris, *gl. in leg. in rebus, C. de iure Dot. vbi Cynus, & communiter Doctores, Roger. de Dote quæſt. 13. in princ.*

13 Ampliatur, vt nec etiam pro debito vxoris ſimul, & mariti fieri poſſit exequtio in bonis Dotalibus, *Bald. in leg. ob maritorum in fine, C. ne*

vxor

vxor pro marito, Bald.Nouell.de Dote priuileg. 18.par.7. Aſin. in praxi §. 31. limit.43. num.1. & 2. Cartar.dec.Gen.34. num.4. & 6. Ratio eſt quia verè, & propriè nec vxor, nec maritus habet dominium Dotis præſertim quo ad liberam eius diſpoſitionem, *§. 1. inſtit. quibus alien. licet, vel non & probat Roger. de dote quæſt. 13. verſ. hor quicquid ſit.*

15 Limitatur nunc vt in bonis paraphernalibus fieri poſſit exequtio pro debito vxoris, etiam poſt matrimonium contracto, *Guid Pap. d. quæſt.447. nu. 3.* vbi addit quod omni in caſu tenetur mulier cauere de ſoluendo ſoluto matrimonio, *ex tex. in leg.fin. §.ſi à ſocero verſ. aut certe, ff. quæ in fraudem credit.* Ratio limitationis eſt quoniam paraphernalia ſunt vxoris, *Caſtren.in leg.maritus 21.C.de procur.Oinot.inſt. tit.de action.§.fuerat nu.38.Campeg.de Dote quæſt.6.nu.1.par.1.Ludouiſ. in Romana fructuum dec.80. nu 6.* Et in eis maritus nullum ius habet niſi adminiſtrationis, *leg.fin. C.de pact.conuent. & d.leg. maritus, C.de proc:* vbi quod id intelligitur vxore non prohibente expreſſe vel tacite, vt ibi conſtituendo maritum procuratorem in vna cauſa, prohibere cenſetur in reliquis. Ex communi tamen ſententia maritus non tenetur reſtituere fructus induſtriales, vel etiam naturales conſumptos, & perceptos ex bonis paraphernalibus vxore tacente, *Bart.conſ.125. Incipit quæſtio talis, Campeg.de Dote par. 1.quæſt.6.nu.1. & ſeq. Theſaur.dec.187. per tot. Et conſonat Statutum Ferrar.lib. 2.cap. 103.* diſponens, maritũ non teneri reſtituere fructus paraphernaliũ non extantes niſi vxor fuerit de repetitione proteſtata ante perceptionem, vel maritus factus ſit inde locupletior.

Adde quod magis exequi poterit in extradotalibus in quibus maritus nec adminiſtrationem habet, *vt poſt Caſtrenſ. & alios tradit Oinot.inſt.tit.de action.in d.§.fuerat nu.39.Campeg.de Dote par.1.quæſt. 9. num. 1.*

ARGVMENTVM.

Fructus Dotis quando, & ad quam ratione debeantur. Procurator quando cenſeatur approbatus. Pater pro filio vir pro vxore quando poſſit procuratorem conſtituere. Nullitates quæ ſint attendendæ, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Defectus mandati includit etiam defectum citationis, & reddit acta nulla. Pater in aduentitijs filij non infantis, non poteſt procuratorẽ conſtituere ſine illius conſenſu niſi ſit factus Dominus litis.*

2 *Procurator conſtitutus à lege, & conſtitutus ab homine pari paſſu ambulant*

3 *Fructus dotis debentur propter onera matrimonij, etiam ab eo qui non tenebatur dotare.*

4 *Taxantur iuxta conſuetudinem.*

5 *Debentur etiam ex rebus infructiferis.*

6 *Emptor tenetur ad fructus compenſatiuos de iure naturali Canonico, & Ciuili.*

7 *Exceptio dilatoria opponi debet ante litem contextatam.*
Non oppoſita in prima, opponi non poteſt in ſecunda inſtantia.
Defectus mandati poteſt quandocunque opponi.

8 *Maritus poteſt in rebus dotalibus conſtituere procuratorem, etiam in ijs quę requirunt ſpeciale mandatum.*

9 *Citatus, vel admiſſus tanquam procurator, cenſetur approbatus, & non poteſt repelli,*

10 *Nullitates quæ non ſunt de tribus, videlicet iuriſdictionis citationis mandati non releuant. Limita, & amplia vt ibi.*

11 *Proteſtatio non repetita in ſingulis actibus non prodeſt, licet ab initio dictū ſit, quod cenſeatur repetita,*

12 *Solutio in dubio prius cedit in fructus quam in ſortem, licet facta ſit tam pro ſorte quam pro fructibus.*

DECISIO LXXXXI.

DOminus Thomas Ponſecchius vti maritus, & legitimus adminiſtraror vxoris mediante procuratore per ipſum conſtituto, obtinuit per duas conformes condemnari D. Herculem Rizzardum ad ſoluendum ex cauſa Dotis libras 364. veræ ſortis, & libras 76. fructuum pro reſiduo pretij poſſeſſionis dictæ la Ragazza. Appellante D. Rizzardo, & de partium conſenſu commiſſa mihi cauſa cum clauſula conſtito de duabus conformibus, & quod ſit locus Statuto, exequatur, ſin minus, &c.

Primo dicebantur iniuſtæ ſententiæ ex quo damnabant ad fructus, & ad rationem ſeptem pro centenario, ad quos nulla in Inſtrumento emptionis legebatur obligatio.

1 Secundo dicebantur nullæ ex defectu mādati *iuxta tradita per Vant. de nullitat. ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati comparentium, & per Buratt in Placentina Decimarū dec. 164. nu 3 & ibi Ferentill.* vbi quod includit etiam defectum citationis. Ex quo videlicet interceſſerat ex aduerſo procurator conſtitutus à marito, qui non videbatur id

legi-

Digitized by Google

legitime facere potuiſſe ſine conſenſu vxoris, niſi poſt litem contextatam factus eſſet dominus litis, *ad tex. in leg. Cum non ſolum 8. §. vbi autem in vnum, C. de bonis quæ liberis*, vbi idem dicitur in patre pro filio in bonis aduentitijs, *Speculat. in tit. de proc. §. ratione autem formæ conſtitutionis, vel conſtituentis, verſ. quod ſi canonicus, Rom. conſ. 241.*
2 *num. 2.* vbi tangit rationem, quia procurator conſtitutus à lege, & conſtitutus ab homine pari paſſu debent ambulare, & ſicut hic non poteſt ante litem contextatam procuratorem conſtituere, ſeu ſubſtituere, *leg. quod quis, C. de proc. cap. 1. de proc. in ſexto, ita nec ille poterit.*
3 Sed ad primum fuit reſpōſum fructus Dotis deberi abſque alia promiſſione, quia debentur ex natura rei propter onera matrimonij, *leg. pro oneribus, C. de iur. Dot. cap Salubriter de vſur. Surd de aliment. tit. 1. quæſt. 62. nu. 61. vſque ad 75* vbi quod quilibet debitor Dotis licet alias dotare non teneretur, tenetur tamen ad fructus, & intereſſe, *& faciunt ad id tradita per Ruin. conſ. 53. lib. 2. nu. 27 & ſeq Ludouiſ in Romana fructuum dec. 80. nu. 4. Burat. in Romana executionis dec. 287 nu. 1.*
4 *6. & 13.* Et taxari poſſunt iuxta conſuetudinem loci, *Gratian. poſt alios diſcept. 920. nu. 24. & 25. Seraph. in Aſculana fideicōmiſſi dec. 1406. nu. 3 Beltram. ad Ludouiſ. in Rauennaten. fructuum Dotis dec. 93. num. 9. Rot. coram Andrea dec. 12. nu. 2. vbi de conſuetudine Maceraten. taxandi in rationem octo, & dec 587. nu. 3. par. 1. Recentiſſimarum, ſeu poſthuma-*
5 *rum*, vbi de conſuetudine Peruſiæ taxandi ſeptem, vel octo. Et deberi videntur etiam ex dote conſiſtente in rebus infructiferis, *ad tex. in leg. fin. §. præterea C. de iure Dot. Giurb. dec. 82. nu. 14. Fōtanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. gl. 2. par. 7. nu. 12. & ſeq. Burat. in d. Romana executionis dec. 287. nu. 13.* Facilius ergo prædicta hic procedebāt vbi agebatur
6 de re fructifera, & vbi etiam ceſſante cauſa dotis emptor, adhuc tenebatur ad fructus compēſatiuos *ex æquitate legis curabit, C. de action. empt.* quæ procedit etiam de iure canonico, *vt poſt Abbat. & alios oſtendit Gabr. concl. 4. nu. 5. de empt. & vendit. Afflict. dec. 20. num. 4. Riccius Collect. dec. 199. Ludouiſ. in Romana Cenſus dec. 297. n. 1. & ibi Beltram. nu. 12.* vbi quod id procedit etiam de iure naturali.

Ad ſecundum primo dictum fuit exceptionem illam tanquam dilato-
7 riam, poſt litem contextatam opponi non poſſe *iuxta tex. in cap. Paſtoſtoralis 4 de except* & cum non fuerit oppoſita in prima, multo minus opponi poterat in ſecunda inſtantia *ad tex. in leg. Ita demum 13. C. de proc. & dixi dec. 67. nu. 18. & ſeq.* Sed hæc reſponſio pati poterat difficultatem, quoniam exceptio mādati videtur opponi poſſe in quacun-

cunque parte iudicij, & quandocunque, *vt dixi dec. 1. num. 16.* Ideo
8 ſecundo reſpondebatur, quod licet pater non poſſit ſolus procuratorem conſtituere in peculio aduentitio filij in quo ſolum habet vſumfructum, vt probant ex aduerſo allegata, maritus tamen qui in rebus dotalibus dicitur habere dominium *iuxta tex. in leg. doce Ancillam, C. de rei vendic. & in leg. quamuis vbi DD. ff. de iur. Dot. & dixi dec. 90. num 12.* poteſt procuratorem conſtituere, *vt in ſpecie decidit Rota in Tiburtina Caſtrorum dec. 135 nu. 5 par 1 Recenſ.* vbi fortius loquitur in his quæ requirunt ſpeciale mandatum, & dicit non eſſe dubium cum Dotis nomine maritus habeat omnia iura vxori competentia, vel competitura, *iuxta tex. quem adducit in d. leg. doce Ancillam, & in leg. ſi Dotis, C. de iur. Dot.*

9 Accedebat quod citatus ab aliquo tanquam procurator, cenſetur approbatus pro tali, ſicut etiam ſi quis ab aliquo tanquam procuratore citatus compareat, & nõ opponat *Io: de Anan. conſ. 93. Mobedan. dec. 44. Seraph in Burgen. de Couarruccias dec. 933. n. 3.* vbi quod id fuit in infinitis cauſis per Rotã reſolutum, *Idem Straph. in Papien. pecuniaria dec. 1407. num 1. Coccin poſt Caſtren. Felin. Marant. & alios in Pamphilonen. de Stella dec 61. nu. 3.*

10 Aliæ obiectæ nullitates non obſtabant, tũ quia non erant ex tribus videlicet iuriſdictionis, citationis, & mandati, & conſequenter reiectæ à *Pio Quinto, & Clem. VIII. in Conſtit. 18. litium diſpendijs §. 1. in Bullar. tom. 3* vbi extendit ad omnes Iudices ſtatus Eccleſiaſtici, *Ludou. in Romana Domorum dec. 492 nu 5. & in eadem repropoſita dec 508. nu. 2. Buratt. in Cluſina poſitæ dec. 337. nu. 31. vbi Ferentill.* Limitat niſi nullitas proueniret ex omiſſione terminorũ ſubſtantialium. Tum
11 etiam quia proteſtatio non eſſe agendum modo quo agebatur, repetita non fuit in ſingulis actis. Vnde videbatur ab illa receſſum, *Verall. dec. 403. par 2. Mobedan. dec 502. nu. 3. quæ eſt ſecunda de iudicijs, Put. dec. 218. per tot. lib. 2 Seraph. in Toletana primitiarum dec. 502. nu. 3. & in Corduben. Decimarum dec. 1052. nu. 2.* vbi ampliat licet dictum fuerit quod in omnibus actis cenſeatur repetita

Obiectæ autem ſolutiones in cauſam ſortis non concludebant, quia ſolutio non facta declaratione prius cedit in cauſam vſurarum, ſeu fructuum quam in ſortem *ad tex. in leg. 1. in fine, C. de ſolut. vbi Salicet. & in leg. In ijs 5. §. Imperator, ff. eodem vbi Caſtrenſ* docet id procedere licet debitor dixerit ſe recipere tam pro ſorte, quam pro vſuris, licet ſecus ſit ſi ſimpliciter dictum eſſet pro ſorte, *Buratt. dec. 119. nu. 6.*

num.6.late Cenc.de Cenſib.par.3.queſt.3.cap.1 num.8. & ſeq.& latius Gratian.diſcept.224 nu.30.& ſeq.vſque ad 58.

ARGVMENTVM.

Fructus,an & quando debeantur aſque interpellatione.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe non debetur ſine mora. Et quid ſi ſit conuentum.*
2 *Mora non incurritur ſine interpellatione ſaltem extraiudiciali, & enunciatiua.*
3 *Dies interpellat pro homine.*
4 *Fructus Dotis debentur abſque interpellatione, & quare. Fallit nu.12.*
5 *Fauore minoris mora committitur ipſo iure. Idem eſt fauore Dotis.*
6 *Fructus compenſatiui ex leg.Curabit, debentur abſque interpellatione.*
7 *Fructus debiti ex Dote, vel leg.Curabit, pari paſſu ambulant.*
8 *Fructus Dotis peti poſſunt etiam poſt exactam Dotem abſque preſeruatione.*
9 *Fructus debiti ex leg. Curabit, peti poſſunt etiam poſt exactam ſortem principalem abſque preſeruatione.*
10 *Pendente dilatione non debentur fructus Dotis.*
11 *Pendente dilatione non debentur fructus ex lege curabit.*
12 *Vidua non debentur fructus Dotis niſi poſt interpellationem, & quare.*
Soluto matrimonio ceſſant eius onera, licet adſint filij.
Coniux donec ſecundo nubat, dicitur remanere in ſecundo matrimonio, vnde vidua retinet forum viri.
Matrimonium poteſt eſſe ſine Dote, non autem Dos ſine matrimonio, Declara vt ibi.

DECISIO LXXXXII.

1 IN eadem cauſa Ponſecchi cum Rizzardo dubitatum eſt an fructus Dotis currerent abſque interpellatione ex quo regulariter intereſſe non debetur abſq; mora *leg.mora* §.*1.ff.de vſur.Cuiac.in paratit.C.de ſent.quę pro eo,quod intereſt Hieron.Gab.conſ.* 78 *nu.10.lib 1.& latius Ant.Gabr. concl.10.nu.6. de ſolut. vbi de communi Seraph.in Recanaten. pecuniaria dec.1427 nu.2. & 3.* vbi ampliat etiam ſi ſit intereſſe conuentum, *Ludouiſ.poſt Bart. Ruin Crauett.in Romana pecuniaria dec.148.nu.2 & ibi Beltram.nu.4.* vbi ampliat ſiue agatur de intereſſe lucri ceſſantis, ſiue de intereſſe damni emergentis. Et quod intereſſe non debeatur abſque mora, licet expreſſe conuentũ ſit, vt ſine mora debeatur, quia id ſapit vſu-

Digitized by Google

ram, dixerũt *Aretin.conſ.151.nu.2.Cravet.conſ.87.nu.1. & conſ.189.num.7. & conſ.320.nu.2. Add.ad Seraph.in d. Recanaten.pecuniaria dec. 1427.nu.3.* Licet contrarium quod intereſſe debeatur abſque mora quando fuit à principio in conuentione deductum inter partes, *ſenſerint Honded. conſ.36.num.30.lib.2. Grattan.diſcept.240.nu.2.Rot. dec.331.nu.9. poſt ſecund. volum. conſiliorũ Farinac. Beltram.ad Ludouiſ. in d. Romana pecuniaria dec. 148.nu.1.in fine.*

Hic autem ceſſabat diſputatio, quoniam ceſſabat conuentio, & inter-
2 pellatio, mora vero nõ incurritur abſque interpellatione ſaltem extraiudiciali, *ad tex. in leg. qui Romæ, §. coheredes, ff.de verb.oblig. & in leg. ſi pœnam, ff.quan. dies leg. ced. Iaſ. in leg. vinum, ff. de reb. cred num.15.* vbi quod ſaltem requiritur interpellatio per verba enunciatiua, vel deprecatiua, vel ſaltem ſimplex debiti notificatio, *Seraph.in Aſculana fideicommiſſi dec. 1406. nu.5.* vel ſaltem requiritur tacita interpel-
3 latio, temporis ſolutioni adiecti, tunc enim dies interpellat pro homine, *leg. magnam, C. de contr. & com. ſtip. cap. potuit de locat. Mantica de tacitis lib.12.tit.5.num.18. Gabr concl.9.de ſolut.nu.1.& ſeq. Buratt.in Romana executionis dec.281.nu.5.*

4 Prædictis tamen nõ obſtãtibus credidi deberi fructus Dotis abſque alia interpellatione, quia ſuſtentatio onerum matrimonij habet vim interpellationis ad curſum vſurarum, *Bart.in leg. de diuiſione nu.1. & 2. ff.ſolut. mat. im. Caſtr. in leg. iubemus nulli 14. §. Sanè ſi hæc nu.4. C.de ſacr.Eccl. Iaſ.in leg. ſi donaturus, §. ſi quis num.17. ff de cond.ict.cauſ.dat. cauſ non ſeq. Mantica de tacitis lib.12.tit.5.num.17. in fine. Magon dec. Florent.num.1. & 2. vbi tamen limitat quo ad extraneum poſt biennium, Riccius Coll Ect.dec.148. Seraph. in Aſculana fideicommiſſi dec.1406. nu.3. 4. & expreſſius Buratt. in Romana executionis dec.283.nu.6. & prius in eadem cauſa dec. 159. num.2. & ibi Ferentill. nu.13. &* 14. vbi limitat quando Dos fuiſſet viro promiſſa ad omne ipſius beneplacitum, & petitionem, quia tunc cenſetur facta dilatio vſque ad petitionem.

5 Confert ad id ratio, quia ſicut fauore minoris mora committitur ipſo iure, *leg. in minorum, C. in quibus cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ. leg. Titia Seio, §. vſuras, ff de leg.2. Euerard. in loco à minoribus ad fiſcum, dixi dec.125.nu.6.* Ita etiam fauore Dotis, cuius priuilegia nõ ſunt minora quam minorum, mora ipſo iure committitur, *Viuius dec. 425. Riccius Collect. dec.146. vbi appellat hanc moram irregularem, quam diſtinguit etiam Seraph.dec.225. nu.3.*

6 Ad idem confert etiam, quod in caſu *leg. Curabit, C. de action. empt.* fru-

fructus compenſatiui debentur etiam abſque interpellatione, & ſic abſque mora regulari, *Gabr.conſ.56.nu.3.lib.1.Surd.conſ.101.nu.3. & ſeq. & dec.117.nu 1. Beltram. ad Ludou.in Romana cenſus ſcutorum decem, & octo millium dec.297. nu.12. vbi refert idem fuiſſe deciſum corã*
7 *Coccino in Pariſien. pecuniaria*; fructus autem debiti ex cauſa Dotis in recompenſationem onerum matrimonialium pari paſſu ambulant cum fructibus compenſatiuis debitis ex æquitate *leg. Curabit, C. de action.empt. Beltram.ad Ludouiſ.in Rauennaten fructuum Dotis dec.93.*
8 *nu.10.* Vnde ſicut fructus compenſatiui *ex leg. Curabit*, peti poſſunt etiam poſt ſimpliciter exactam ſortem principalẽ abſque præſeruatione, *vt reſoluit Rota reprobatis contrarium ſentientibus in Romana pecuniaria coram Coccino, & refert Beltram. ad Ludouiſ. in Bononien.Cen-*
9 *ſus dec.156. nu.13.* Ita etiam fructus Dotis peti poſſunt poſt Dotem ſimpliciter exactam, licet abſque vlla iurium reſeruatione, *Lopez in cap.per veſtras,§.8.nu.4.de donat.inter vir.& vxor. Bald.nouell.de Dote par.2.num.11. Rota coram Ludouiſ in Rauennaten.fructuum Dotis dec. 93.nu.2.& prius coram Penia in Romana conſignationis depoſiti, quam refert Ludouiſ.d.dec.93.nu.2. & coram Sacrato in Romana fructuum dotis,*
10 *quam refert ibidem Beltram. nu. 10.* Et ſicut pendente dilatione peti non poſſunt fructus *ex leg.Curabit, Dec conſ.119.nu 6. & 7.Berous in cap.1.nu.125. de vſur.Gabr.conſ.57.nu.5.lib.1.Rota coram Coccin.in Romana pecuniaria, & coram Sacrato in Romana Caſaletti quas refert Beltram. ad Ludouiſ. in Ciuitatis Caſtelli hæreditatis dec. 204. num. 25.* Ita
11 etiam pendente dilatione non debentur fructus Dotis, *Abb. in cap. Salubriter nu.3.de vſur.Surd.de alim.tit 1.quæſt.42.nu.10.& ſeq. Mantica dec.171. Rota coram Vbaldo in Peruſina Dotis, & coram Menzanedo in Romana fructuum Dotis quas refert Beltram. ad Ludouiſ. d. dec. 204. num. 25.*
12 Concluſio autem ſupra firmata procedit conſtante matrimonio, at illo diſſoluto viduæ non debentur fructus Dotis niſi poſt interpellanem, *Seraph.in Aſculana fideicommiſſi dec.1406.nu.4.& 5 Ludou.in Ciuitatis Caſtelli hæreditatis dec.204.num.29.* vbi quod nec interpellatio ſufficit niſi concurrat paupertas, *dixi dec.65.nu.7.* Et ratio huius limitationo eſſe poteſt, quia ceſſat prima ratio regulæ, hoc eſt ſoluto matrimonio, ceſſant onera matrimonij quæ habent vim interpellanis ex ſupradictis, *Afflict.dec.284.num.1.& poſt alios Gratian.diſcept. 244.nu.1.& diſcept 427.nu.1.& 11.& per tot* vbi ampliat licet liberi ex matrimonio remanſerint, quãuis ſane durus ſit hic ſermo. Et ceſſa-

re videtur etiam ſecunda ratio, quod fauore Dotis mora committitur ipſo iure, nam licet Coniux donec ſecundo nubat, videatur eſſe in primo matrimonio, *leg. fin C. de bonis maternis, & ibi Cyn. poſt Ricard.* Vnde & vidua viri forum, & cognomentum interim retinet, *leg filij, §. vidua, leg. Imperatoris, §. Idem reſcripſerunt, ff. ad municipal. Roger. de Dote quæſt. 15. nu. 4. & 5.* vere tamen, & proprie matrimonium ceſſauit, vnde etiam ceſſare videtur titulus Dotis, nam licet poſſit matrimonium eſſe ſine Dote, non tamen poteſt Dos eſſe ſine matrimonio, *leg. 3 ff de iure Dot. leg. fin. C. de donat ante nupt. Ludou. dec. 346. nu. 4 Ferentill. ad Buratt. dec. 844. nu. 15. & ſeq. dixi dec. 34. nu. 16. & ſeq.* Niſi tamen dicas, quod Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio præſenti ſeu inſtanti, vel præterito, *vt dixit Bart. in leg. ſi marito 32. §. ſi pater num. 3. ff. ſolut. matrim. & Rot. in Albanen. legitimæ dec. 138. num. 1. par. 1, Diuerſ.*

ARGVMENTVM.

Pater filiam Dotans quando cenſeatur dotare de ſuo, & quando de maternis.

SVMMARIVM.

1 *Pater cenſetur dotare de ſuo ſi dotat ſimpliciter, vel ſi dotat de paternis, & maternis non expreſſa quantitate ſecus ſi exprimat. Et quare.*

Coniectura, & præſumptio quid ſint.

2 *Fallit prædicta concluſio quando pater erat pauper, vel non habebat idoneam ſubſtantiam.*

3 *An pater teneatur probare paupertatem, vel filia idoneitatem.*

4 *Aſſerens bona non ſufficere transfert in aduerſarium onus probandi.*

5 *Paupertas præſumitur, & quando.*

Paupertas eſt qualitas naturalis.

6 *Requiritur conſenſus filiæ, vt eam afficiat declaratio patris dotantis de maternis. Declara vt num. 8.*

7 *Filia Dotem exigendo, videtur ratificare dotationem.*

8 *Conſenſus filiæ requiritur ad hoc, vt pater eximatur ab onere dotãdi de ſuo, non autem vt filia non poſſit agere ex promiſſione patris vltra ipſius declarationem.*

9 *Actus agentium, non operantur vltra ipſorum intentionem.*

Limitata cauſa, limitatum producit effectum.

Non eſt noſtrum conuentiones extendere.

Voluntates hominum, nec Princeps cogit, nec Deus.

10 *Eſt in arbitrio ſoluentis, declarare in quam cauſam ſoluat.*

DE-

DECISIO LXXXXIII.

IN dubio in quo Eminentiſs. tunc Legatus votum Rotæ requiſierat inter Bulgarellum, & Bigotium, diximus ſcuta quingenta cedere in portionem Dotis maternæ.

Primo quia pater filiam dotauerat in ſcutis ſexcentis cum expreſſione vt quingenta cedant loco portionis maternæ, & alia centum aſſeruit dare de ſuo, vnde quo ad quingenta præſumi non poteſt patrem dotare voluiſſe de proprio, quia
1 licet quando pater dotat ſimpliciter de paternis, & maternis confuſe non exprimendo pro qua parte de paternis, & pro qua de maternis, cenſeatur in totum dotare de proprio, *vt diſpoſitum eſt in leg. fin. C. de dot. promiſſ.* attamen quãdo exprimit pro qua parte, ſeruatur expreſſio, & ceſſat diſpoſitio illa, quæ ſolum locum habet in dubio, non autem quando conſtat de clara contraria voluntate patris, & hic eſt tertius caſus tacite quidem, ſed non obſcure deciſus *in d. leg. fin. C. de dot. promiſſ.* ibi poterat enim, & ibi, Vt re vera appareat quid ipſe velit dare, & ibi, nedum effuſo ſermone ſe iactat. *Et hoc expreſſe probat Ann. alleg. 88. Bertazzol conſ. ciuili 25. à nu. 71 late Menoch. de præſumpt. lib. 3 præſ. 15. nu. 24. Maſcard. de probat concl. 110 nu 20. Riccius Collect. deciſ 164 Ludouic. dec. Peruſ. 21. à nu. 28. Maſtrill. dec. 186 nu 7. Burat. dec. 283. quæ eſt Firmana Dotis nu. 5. Gratian. diſcept forenſ. cap. 504. nu. 15. & ſeq.* vbi quod idem eſt quando pater dotat computatis maternis, & omni, & toto eo, quod filia prætendere poſſet tam pro paternis, quam pro maternis. Et ratio eſt quia diſpoſitio prima illius textus eſt præſumptiua, ſiue in præſumptione fundata, vt patet ibi ex ſua liberalitate feciſſe intelligi, & ibi de ſuo dediſſe intelligitur, *& per gl. ibidem in verb. Intelligi, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 15. nu. 1. & 24.* vbi quod omnes admittunt textum illum fundari in præſumpta voluntate patris. At præſumptio locum habet ſolum in dubijs, quia eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens quæ alio nõ adducto, pro veritate habetur, *vt dixit Alciatus, & poſt eum Menoch. de præſ. lib. 1. quæſt. 4. nu. 1. & quæſt. 8 nu. 2.* Et in claris non eſt locus coniecturæ quæ eſt latentis veritatis veſtigium, *l. continuus, §. cum ita vbi Bald. ff. de verb. oblig. Mantica de coniecturis vlt. vol. lib. 1 tit. 1. nu. 11. & hic etiã conſonãt verba tex. in d. leg. fin. ibi, Vt re vera appareat, &c.* Et ſane ſi præſumptio iuris, eſt animi legislatoris ad veriſimile applicatio, onus probandi transferens, *vt dixi dec. 176. num. 5. vt dixit*

Bald in rub. C. de probat. nu 4. quem ſequitur Menoch. de præſ. lib. 1. quæſt. 4 nu 3. ſicut cedit exemplum exẽplari, ita cedit veriſimile veritati, *vt dixi dec. 178. num. 5.*

Secundo, etiam ſi pater non expreſſiſſet quantitatem modo quo fecit,
2 ſed ſimpliciter dotaſſet de paternis, & maternis, adhuc non præſu-
meretur dotaſſe de proprio, quoniam ad id præſumendum, requiri
videtur, vt pater tempore conſtitutæ dotis poſſideat ſubſtantiã ido-
neam, *vt loquitur tex. in d. leg. fin. C. de dot. promiſſione,* talem videlicet
ex qua commode, & ſalua dignitate dotare de ſuo poſset, *vt exponit
ibi gl. iuxta tex. in leg. quero, ff. de iure dot. & in leg. nepos proculo, ff. de
verb. ſignif.* Hoc autem non fuerat probatum pro parte filiæ actri-
3 cis, cui propterea incumbere videbatur onus id probandi, *ut tex. in
leg. 2. ff. de probat. & in leg. qui accuſare, C. de edendo.* Nec dicatur quod
ex parte patris probanda eſset inopia, quia textus dicit, quod ſi pa-
ter ſit inops non cenſetur dotaſse de ſuo, & paupertas ad certum ef-
fectum probanda eſt in ſpecie ab allegante, *Ferentill. ad Buratt. dec.
41. nu. 10. Item Burat dec 208. nu. 8.* Nam reſpõdebitur, quod idem
tex. ſubdit quod ſi pater idoneam ſubſtantiam poſſidet, cenſetur do
taſse de ſuo. Cum ergo pater in hoc iudicio non ageret, ſed ageret
filia prætendens, patrem dotaſse de ſuo, ſumus in ſecundo caſu, & ſic
per filiam probanda videbatur idoneitas ſubſtantiæ paternæ tan-
quam propriæ intentionis fundamentum, *ad gl. in leg. ſi vero, §. qui pro
rei qualitate, ff. qui ſatisd. cog. & late tradita in hac ſpecie per Menoch. de
præſ. lib. 6. præſ. 21. nu. 14. & præſ 26 nu. 2. Martica dec. 152. nu. 5. Bel-
tram. ad Ludouiſ. dec. 226. quæ eſt Montisfaliſci fideicommiſſi nn. 16.*

Tertio, poſito quod patri ſiue Bulgarello tertio poſseſsori habenti cau
ſam ab eo incumberet onus probandi paupertatem, prætendi pote-
4 rat ſatis probata ex allegatione, & aſsertione præſertim inſtrumen-
tali, quod pater tempore conſtitutionis dotis non haberet niſi reſi-
duum pretij poſseſſionis quæ controuertebatur, quod vtique non
ſufficiebat ad victum, & qui prætendit plura bona tunc patrem ha-
buiſse probare tenetur *ex ſententia gl in leg. Cum de lege, C. de prob. quã
communem eſſe teſtatur Corn in leg. vltim. § licentia, C. de iur. delib. & in
praxi ſeruari ſcribit Bald. conſ. 128. alias 318. num. 2. lib. 1. & ſequitur
Bart. Ang. Rip. Alex. Crot. Felin. Lanfran Dec. Igneus, Curt. ſen. & alij
quos refert licet non ſequatur Couaruuias variar. reſol. lib. 2. cap 6. Alciat.
Reg. 3. præſ. 20. Guid. Pap. dec. 142. Rota licet nõ firmet dec. 499. nu. 4. par. 1
Diuerſ. & alij plures quos refert, & ſequitur Maſcard. de prob. concl. 1154
num.*

Digitized by Google

5 *nu 4. Gabr concl. 7. nu. 1. & 7. qui teſtatur de magis communi.* Quod confirmatur quoniã paupertas in dubio præſumitur donec probetur cõtrariã, *ad tex in leg. ſi vero, §. qui pro rei qualitate vbi gl. Bart. Caſtren. & alij ff. qui ſatisd. cog & poſt Salicet. Aretin. Herculan. & alios, Maſcard. de prob. concl. 1154. nu. 1. 2. & 3.* vbi rationem adducit quoniam paupertas eſt qualitas naturalis *quod probat tex. Iob cap. 1 nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, & Diui Pauli ad Timoth. epiſt. 1. cap. 6.* Nihil in hunc mundum intulimus; Haud dubium quia nec auferre quid poſſumus, quæ præſumptio videtur omnino ſufficere quando quis excipiendo paupertatem adducit, *Bertazzol. conſ. crim. 249. num. 1. qui de communi, & poſt Alex. & Rip. Maſcard. de probat. concl. 1154. nu. 7. Gabr. concl. 7. de probat. nu. 14* qui in ſpecie loquitur in aſſertione, quod bona non ſufficiant: quamuis quando quis agit tanquam pauper de ſe eximendo ab onere alendi alium pauperem, debeat paupertatem concludenter probare, adeo vt præſumptio nõ ſufficiat, *vt dixit Rota in Vlixbonen. matrimonij coram Pirouano, quam refert Ferentill. ad Burat. in Romana Vineæ dec. 707 nu. 10.*

6 Non obſtat, quod non attendatur patris declaratio in dotatione, ſine cõſenſu filiæ, *ad tex. in leg. profectitia §. pen. ff. de iure dot.* ibi, Cæterũ cum pater deberet filiæ, voluntate eius dederit dotem aduentitia dos eſt, *Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 15. num. 30. Maſcard de probat. concl. 1150. num. 23.*

7 Reſpondetur enim primo, quod filia videtur ſatis conſenſiſſe ratificando, & ſatis ratificaſſe exigendo dotem à patre conſtitutam cum à communiter contingentibus non præſumatur ignara qualitatum conſtitutionis eiuſdem dotis, *ad tradita in fortioribus per Gratian. diſcept. 651 nu. 7. & 8. Surd conſ. 419 nu. 6. & 7. lib. 2. & dec. 62. nu. 13. Rot. in Romana lucri Dotis coram Cantuccio dec. 89. nu. 11. & ſeq. par. 2. Diu. & coram Buratto in Firmana Dotis dec. 283. nu. 8.*

8 Secundo reſpondetur, quod conſenſus filiæ requiritur ad hoc, vt pater eximatur ab onere dotandi de proprio nõ autem ad hoc, vt eius declaratio afficiat ad effectum, ne ex promiſſione conueniri poſſit vltra promiſſa *Rip. in leg. 1. ff ſol. matrim. nu. 91. & ibidem Socin. nu. 17. Hieron. Gabr. conſ. 156. num. 26. lib. 1. Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 15. nu. 31. Rot. coram Burat in d. Firmana Dotis dec. 283. nu. 8.* Et ſicut pater non poſſet ſe eximere inuita filia ab onere dotandi de proprio, ita nec filia poteſt inuito patre vti promiſſione patris contra mentem, 9 & verba promittentis. Quoniam actus agentium non poſſunt operari

rari præter eorum intentionem, *leg.In agris, ff de acquir. rer.dom. Maſtard.de prob. concl. 1150. num. 25.* Et non eſt noſtrum conuentiones extendere *ad tex.in leg.quicquid aſtringendæ,ff.de verb.oblig.* Et voluntates hominum audire volumus nam iubere inquit imperator,*in leg. omnium C.de teſtam.Immo nec à Deo ipſo voluntas hominis cogitur,vt explicat D.Thom.pri.ſec.queſt.6.art.4* Vnde vel filia egit aduerſus Bulgarellum emptorem in vim conſtitutionis Dotis,& promiſſionis paternæ, & non poterat non ſequi expreſſam eiuſdem patris promit-
10 tentis declarationem, quoniam ad ſoluentem ſpectat declarare in quā cauſam ſoluat, *leg.1.ff.de ſolut.* ibi in arbitrio ſoluentis eſt dicere,quod potius debitum velit ſolutum, & quod dixerit, id erit ſolutum. *Burat.in d.Firmana Dotis dec.283 nu.6.* Aut egit vigore Inſtrumenti Dotis maternæ, & tunc non poterat non imputare quingenta quæ in eam cauſam volēs acceperat *ad tradita per Vrſill. ad Afflict. dec.179.nu.3.& per Gratian.diſcept.504 nu 19.*

ARGVMENTVM.

An à ſententia ſuper reuocatione attentatorum detur appellatio ſuſpenſiua.

SVMMARIVM.

1 *A ſententia negatiua ſuper non reuocatione attentatorum datur appellatio.*

2 *A ſententia affirmatiua ſuper reuocatione attentatorum datur appellatio, etiam ſuſpenſiua ex communi contra Lanellot.*

3 *Iudex iudicans contra communem Doctorum ſententiam facit litem ſuam. Limita vt ibi.*

An Iudex poſſit ſequi probabilium relicta probabiliori.

4 *Verbum hoc. Communis opinio eſt maximi momenti apud Iudices ignaros ſecundum aliquos,ſed contra. Vide ibi.*

5 *In dubio pronunciandum pro admiſſione appellationis.*

6 *Appellatio eſt commune auxilium,& refugium,& antidotum.*

7 *Animalia reperta in damno,an poſſint retineri.*

DECISIO LXXXXIV.

COlonus D. Aloyſij Flaſchi retinuerat in ſtabulo animalia quædam D Marchionis Alphonſi Bellincini damnificantia in terris prædicti D. Flaſchi, & cum D.Locumt.mandaſſet animalia reſtitui D.Marchioni, Flaſchus appellauit ad D. Rotæ prætorem anteceſſorem meum qui inhibuit,& cum non obſtante inhibitione fuerint animalia capta ſub mandato D.Locumtenentis.

Idem

Idem D. Prætor pronunciauit attentata eſſe purganda, & animalia reducenda ad locum vnde fuerant educta. Appellauit D. Marchio, & commiſſa mihi cauſa tanquam nouo Prętori cum Clauſalà conſtito, quod ſit locus exequtioni exequatur, ſin minus cau-
1 ſam appellationis cognoſcat. Dicebatur quod licet à ſententia quâ pronunciatur non conſtare de attentatis, vel non eſſe locum eorum reuocationi, detur appellatio *Berous conſ. 51. num. 1. lib. 3. Lan-*
2 *cellot. de attent. par. 3. cap. 18. nu. 90.* Attamen ab affirmatiua quâ pronunciatur purganda, & reuocanda eſſe attentata, non videtur admittenda appellatio ſaltem ſuſpenſiua, vt ſexdecim fundamentis, *copiosè probat Lancellot. de attent. par. 3. cap. 28. à nu. 49. vſque ad 87.*

Sed his non obſtantibus credidi admittendam eſſe appellationem ſuſpenſiuam, vnde aſſignaui terminũ Statuti partibus ad probandum, quoniam *idem Lancellot. in loco ex aduerſo allegato num. tamen* 44. licet opinionem illam credat in puncto Iuris veriorem, fatetur tamen eſſe nouam, & contrariam à nemine quem viderit in dubio reuocari, *&* *ſequitur Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. num. 72.* vbi quod vidit communem hanc ſententiam ſeruari in Curia Romana, etiam retardata exequtione: ego autem ex ſingulari opinione, diſcedere à cõmuni, periculoſum duxi *ex late traditis per Ceuall. in Theſauro communium contra communes in probem. nu. 16. & 30.* nam Iudex
3 qui iudicat contra communem facit litem ſuam, *vt docet Bart. in leg. fin. C. de pen. Iud. qui mal. iudic. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 71. nu 21.* vbi quod eſt omnino verum quando communis eſt in obſeruantia fori, *Ceuall. in d. probem. nu. 16. & 17.* Niſi ratio manifeſta, vel textus expreſſus vrgeat in oppoſitum *iuxta tex. in cap. fin. 20. Diſtinx. Ceuall. in d. probem. num. 33.* eo enim caſu procedere poteſt *textus in lib. Exodi cap. 23.* ibi noli acquieſcere iudicio plurimorum, vt à vero deuies, *& in leg. 1. §. Sed neque, C. de vet. iur. enuclean.* ibi nec ex multitudine authorum quid melius, & æquius ſit iudicatote. An autẽ poſſit Iudex relicta probabiliori, probabilẽ ſequi, vide pro vtraque parte Doctores *apud Dianam reſolut. moral. par. 2. tract. 13. de opinione probabili reſol. 3.* vbi poſt quindecim Doctores ſequitur affirmatiuam
4 ampliando, & limitando, vt ibi per eum. Et licet *Rip in cap. cum Eccleſia Sutrina nu 24. de cauſa poſſ. & propr. & Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 3.* dixerint hoc verbum (communis opinio) eſſe maximi momenti apud Iudices ignaros, attamẽ quod immo nimium ignarus ſit

Aaaaa Iu-

Iudex qui contra communem iudicat, *dixit Ang. in leg. 1. C. de pœn. Iud. qui mal. iudic. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 71. nu. 4. Ceuall. in prohem. commun. con. commun. nu. 32.* quæ quidem dicta licet pugnantia, forte poſſent ex prædictis conciliari.

5 Accedit quod in dubio etiã iudicandũ eſt appellationẽ eſſe admittendam, *ad tredita per Caſtrenſ. in leg. 1 per illum tex. ff. ſi quis caution. Dec. in cap. vt debitus de appellat. & in leg. quoties nihil nu. 3. ff. de reg. iur.* cum

6 appellatio ſit commune quoddam auxilium, *vt inquit tex. in leg. 3 §. Falſus, ff. Rem rat. hab. Vant. de nullit. tit. 1, nu. 8.* & ſit veluti refugium, & antidotum, *vt dixit D. Bern. ad Eugen. de conſiderat. lib. 3. cap. 4.* Et eo facilius hic admitti poterat appellatio vbi cauſa ipſius appellantis in negotio principali præſeferre videbatur bonum ius, quoniam

7 inueniens in ſuo fundo aliena animalia damnificãtia, videtur quod ea retinere quidẽ poſſit donec recognoſcantur, *iuxta tex. in leg. quintus cum ſeq. ff. ad leg Aquil.* nõ autem donec damnum ſoluatur, ſaltem quando Dominus eſt ſoluendo, *vt per Alciat. de præſ. reg. 1. præſ 50. Plot. de in litem iurando §. 31. num. 7. & 8.* vbi limitat quo ad alimenta animalibus præſtita pro quibus ea poterunt retineri *iuxta tex. in leg. Inſumma, C. De pignor.*

ARGVMENTVM.

Vtrinque coniunctus, quando præferatur coniuncto ex vno tantum latere.

SVMMARIVM.

1 *Fratres, vel filij vtrinque coniuncti præferuntur ex vno tantum latere coniunctis. In ſucceſſione ab inteſtato fratris, vel patrui, & quare.*

2 *Vtrinque coniunctus non eſt proximior, ſed arctior.*

3 *Duo vincula magis ligant quam vnum.*

4 *Filij fratris vtrinque coniuncti iure repræſentationis excludunt fratrem ex vno tantum latere coniunctum.*

5 *In ſucceſſione ex teſtamento, an vtrinque coniuncti præferantur de iure communi.*

6 *Stante ſtatuto excluſiuo fœminarum, & cognatorum, an vtrinque coniunctus præferatur:*

7 *Filij fratrum, an patruo ſuccedant in ſtirpes, vel in capita.*

DE-

DECISIO LXXXXV.

DEfuncto Reuer. Georgio Bruſſio petebant integrã
hæreditatem filij fratris vtrinque coniuncti; filij
autem fratris germani ſcilicet ex eodem patre
coniuncti petebãt admitti ad partem. Dixi quod
1 quando agitur de ſucceſſione fratris, vel patrui
ab inteſtato inſpecta diſpoſitione iuris communis
fratres vtrinque coniuncti præferuntur fratribus ex vno tantum la-
tere coniunctis, *Auth. de conſang. & vterin. fratrib. in princ. Auth. Ceſ-
ſante, C. de legit hæred. Auth. vtraque, C. comm. de ſucceſſ. §. Si igitur defun
ctus Auth. de hæred. ab inteſt. venien. Craſſus de ſucceſſion. §. Succeſſio ab in-*
2 *teſtato quæſt. 31. num. 1.* Et ratio eſt quoniam licet vtrinque coniun-
ctus non ſit proximior gradu quam coniunctus ex vnico latere, atta-
men arctior eſt quia coniungitur duplici; naturali, & ciuili; cogna-
3 tionis, & agnationis iure, & ſic arctiori vinculo, vnde & præfertur
quoniam duo vincula fortius ligant quam vnum, *gl. in leg. 1. C. de pact.
& in d. §. Si igitur in verbo natos, & in Auth. De conſanguineis, & vteri-
nis in verb. Meliores in fine, Cephal. conſ. 53. n. 108 Rimin. iun. conſ. 401.
nu. 6. O. not. Inſtit. tit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. De tertio ordine ſucceden
di num 7. & 16. vbi ex d. Auth. ceſſante, & ex d. §. Si igitur* ampliat vt
4 etiã filij fratris vtrinq; coniuncti, licet verè ſint remotiores in gra-
du excludant tamen iure repræſentationis fratrem ex vno tantum
5 latere coniunctum. Immo quod idem ſit in ſucceſſione ex teſtamen-
to, & in caſu quo teſtator vocauerit ad legatum, vel fideicommiſſum
fratres, quod vtrinque coniuncti præferantur, *probant Caſtrenſ. Corn.
Soc. Iaſ. & alij quos refert Mant. de coniectur. vlt. vol lib. 8. tit. 13. num. 1.*
Sed contrarium ſentiunt *Bart. Bald. & alij relati per Buratt. dec. 700.
quæ eſt Romana fideicommiſſi de Ioannonibus nu. 7.* Et recte diſtinguere
videtur *Mantica de coniect. d. lib. 8. tit. 13. nu. 7.*
6 Difficultatem tamen faciebat Statutum Ferrariæ excluſiuum fœmi-
narum, & cognatorum, quo ſtante quæſtio eſt an vtrinque coniun-
ctus præferatur fratri germano, ſeu conſanguineo, coniuncto vide-
licet ex latere eiuſdem patris. In qua licet adhuc pro vtrinque con-
iuncto aliqui reſponderint, vt in Statuto Foriliuij, *Alex. conſ. 5. lib. 6.*
& in Statuto Anconitano, *Soc. iun. conſ. 50. lib. 4.* & in Statuto Ferra-
riæ, *Ruin. conſ. 28. lib. 2.* & in Statuto Mutinæ, *Cephal. conſ. 323. quos ſe-
quitur Rim. iun. conſ. 401. per tot.* Contrarium tamen ſenſerunt *Al-
ciatus conſ. 37. lib. 2. Rimin. ſen. conſ. 187. & alij plures quos refert Hier.*

Gabr.

Gabr.conſ.6.nu.1.lib.1.qui de communi Iaſ.qui pariter de communi, ac veriori teſtatur in leg.Re coniuncti nu.13.ff de leg.3. Craſſus de ſucceſſion. §. ſucceſſio ab inteſtato queſt.31.nu.2.Magon.dec.Florent.82.per tot. & nu.3.vbi etiam de crebriori teſtatur Senatus Mantuanus corā Surdo dec.239. per tot.& preſertim num.10. vbi quod ictibis iudicauit, licet ſimul triginta ab illinc annis contrarium iudicaſſet.

Alia etiam difficultas reſultabat ex quo videlicet prædicti fratrum filij erant hinc inde diſparis numeri. Vnde ſuppoſito, quod ſimul con-
7 currerent, adhuc dubitari contingebat an ſuccederent in ſtirpes, *iuxta ſententiam Accurrij*, an verò in capita *iuxta ſententiam Azzonis*. In quo articulo refert communem contra communem, *Cevallos queſt. 221.* & licet communior videatur ſententia Accurſij, *vt per Craſſum de ſucceſſion.§.ſucceſſio ab inteſtato queſt.30.nu.4.* Rota tamen ſequitur opinionem Azzonis, *vt per Buratt.in Collen.hæreditatis dec.352.num. vnico*; licet quando nepotes ex fratro concurrunt cum patruo ſuccedant in ſtirpes, *vt per eundē Burat.in Recan ten. ſucceſſionis dec 309. nu.1.* alias enim tanquā remotiores in gradu cōcurrere non poſſent. Ad effugiendas ergo diſceptationes prædictas me cooperante partes amicabiliter concordarunt.

ARGVMENTVM.

De abſolutoria ab obſeruatione iudicij, & de alijs de quib. in Sūmario.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij quando ſit ferenda, & quando dicatur diffinitiua.*

2 *Citatio, vel inhibitio facta tutori poſt finitam tutelam non inducit litis pendentiam, nec attentata.*

3 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

4 *Mandatum eſt ſtricti iuris.*

Simplex diſpoſitio intelligitur de primo actu.

5 *Mandatum in dubio interpretandum eſt prout vtilius eſt mandanti.*

6 *Prolatio æquiuoca, & incerta non releuat, & in dubio interpretatur contra probantem.*

DECISIO LXXXXVI.

REuer. D Ludouicus de Ferrareſijs actor conſtitutus à Bernardina matre atque tutrice Dominicæ Garbeſiæ emit à Franciſco Gallo pacto librarum 641. quaſdam terras, & eaſdem eidem Gallo locauit cum pretio facultatiuo redimendi infra quinquennium, quod cum eſſet tranſactum

fuit

fuit pluries ab eodem Reuer. D. Ludouico prorogatum,& in termino vltimæ prorogationis Catherina filia venditoris depoſuit pretiũ, & inſtetit pro retrouenditione aduerſus prædictum Ferrareſium,qui
1 reportauit à Reuerendiſſimo Vicario abſolutoriam ab obſeruatione iudicij cui quando locus ſit, *tradit Caualcan.dec.7. de iudicijs nu.12. Amat.dec Ferrar. 28.nu.2.* Et quia non reſeruabat ius iterum agendi erat appellabilis tanquam diffinitiua, *vt poſt Caſtren. Papien, Menochium,& alios docet Caualcan.d.dec 7.nu.12.& faciunt quæ dixi dec.1,nu. 22.* Appellauit Catherina, & fuit mihi cauſa delegata de partium conſenſu qui credidi bene fuiſſe iudicatum.

Primo, quia inepte contra actorem intentata fuerat actio quæ dirigenda erat contra Dominicam, cum tempore moti iudicij exceſſiſſet pupillarem ætatem, & ſic tutela,& actoria ceſſaſſet *ad tradita per Dec conſ.460.n.21.Lancellot.de attẽt.poſt inhibit.par 2.cap.20.limit.28.*
2 *nu.2.* vbi quod citatio, vel inhibitio tutori,vel actori facta poſt finitam tutelam non inducit litis pendentiam, nec attentata: quod au-
3 tem finita tutela, actoris facultas ceſſauerit, certũ eſt,quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, *leg. lex quæ vectigalis, ff de pignor Bald in leg. 2. nu. 17.C. De reſcind. vẽdit. Surd.dec. 326 nu.8. Amat. dec.Ferrar.45. nu.16.*

Secundo, quia prorogatio videbatur inefficax ex defectu poteſtatis, Mandatum enim actoriæ non continebat facultatẽ prorogandi mo-
4 do quo factum fuerat, & omni in caſu per primam prorogationem expiraſſet *per Regulam leg. Boues, §.hoc ſermone, ff.de verb. ſignif. & latiſſime tradita per Tiraquell. in Commentarijs ad eamdem legem*, præſertim cum mandatum de ſui natura ſit ſtricti iuris, & non extendendũ
5 *leg. Diligenter, ff. mandati.* Et in dubio etiam debet interpretari prout vtilius eſt mandanti, *Mantica de tacitis lib.7.tit.15.num.20.Surd.dec. 268.nu. 25. Buratt.dec.628. quæ eſt Romana bonorum, ſeu Librari.nu.8.*

Tertio, quia vltima prorogatio non videbatur ſuffragari ex defectu voluntatis, & ſaltem non videbatur concludenter conſtare ex prætenſa ſcriptura in qua fatebatur actor ſe recepiſſe libras quinquaginta his verbis (per le terre, che tiene da me con il patto d'anni due, quæ
6 non minus intelligi poterãt de locatione quã de retrouẽditione, probatio autem dubia æquiuoca, vel incerta non releuat, *leg. neque natales, C. De probat. cap. in præſentia de prob. Ludouiſ. in Salamantina beneficij dec. 405. nu.2 & 3. vbi poſt gl Bart. & alios*, quod in dubio eſt interpretanda contra probantem.

Bbbbb Ar-

ARGVMENTVM.

Magis attenditur maioritas ordinis, quam prioritas temporis. Conſuetudo in præcedentijs quando, & quomodo ſit attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Maior ordine licet poſtea receptus præfertur.*
2 *Materia praeminentiæ dicitur magni præiudicij.*
Conſuetudo etiam contra ius attenditur in præcedentijs. Intellige vt nu ſeq.
3 *An valeat conſuetudo contra cap. Statuimus de maior. & obed.*
4 *Regula prior in tempore potior in iure quando procedat.*

DECISIO LXXXXVII.

1 DEfuncto Reuer. D. Alphonſo Roio, dubitabatur an conſtitutus in minoribus ordinibus prius receptus præcedere deberet in ſeſſione Sacerdotem poſtea receptum in Choro S. Romani. Et negatiue reſoluendum duxi, quoniam de iure maior ordine licet poſtea receptus præferendus eſt ante receptis, maioritas enim ordinis magis quam prioritas temporis debet attendi. *Ita decidit tex. in cap. Statuimus de maiorit. & obedien* directus Archipresbytero S. Mariæ Maioris, cuius ego iuriſdictionem exercui per annos quatuor ſub Eminentiſſimo D. Cardinali Antonio Barberino, qui quidem tex. loquitur, & quoad locum, & quoad portionem, *vt ibi per Abb. & Felin. & pro ſingulari, textum illum adnotauit Ludouicus Romanus ſing. 691. incipit maior. ordine*, Ludouicus inquam qui dicitur Romanus, quia continuo Romæ ſit commoratus, *vt refert Mandoſius in fronte conſiliorum eiuſdem authoris*, ſed fuit origine Spoletanus, & cognomento Pōtanus, vt in fine antiquorum eius ſingularium legitur, *vnde, & Azzorius inſtit. moral. lib. 2. cap. 14.* inter ſecundæ Claſſis Canoniſtas in ſpecto tempore recenſet Ludouicum Pontanum, vulgo inquit Romanum.

Accedebat quæ omnem tollebat difficultatem conſonans diſpoſitioni iuris communis conſuetudo, optima legum interpres, *leg. ſi de interpretatione ff. de legibus*, non ſolum generalis in Ciuitate, ſed ſpecialis in Eccleſia in qua erat quæſtio. Immo indiuidua etiam obſeruantia in perſona illius de quo dubitabatur cum caſus ſimilis inter eundem Clericum, & alium Sacerdotem contigiſſet. Et licet mate-
2 ria præcedentiæ, ſeu præeminentiæ dicatur eſſe magni præiudicij, *vt per Seraph. in Calagurritana praeminentiarum dec. 22. nu. 1. & 2.* Attamen conſuetudo circa illam attenditur non ſolum quando eſt ſe-

cun-

cundum vel præter,ſed etiam quãdò eſt contra ius, *Maſtrill dec.130. nu.16.& 17. Seraph.in Calaguritana præeminentiarum dec.694. num.1.* etiam ſi præferat digniori minus dignum, vt ibi *Ludouiſ. in Illerden. præeminentiarum dec.124.nu.2.& 4. vbi Beltram Ferentill.ad Buratt. in Hyſpalen.præeminentiarum dec.903.nu.20.& 21.Merlin.in Placentina precedentiæ dec.224. num.1.par 6. Diuerſorum.* Et quamuis quod
3 conſuetudo contra diſpoſitionem dicti capituli ſtatuimus *De maior. & obed. tanquam inhoneſta non valeat, dixerit Abb. in d. cap. in princ. verſic.item nota contra conſuetudinem,contrarium tamen ſenſit ibidem Felin pariter in princ. cum Hoſtien, & alijs qui conciliari forte poſſent ex traditis per Beltram.ad Ludou.in d.Hiſpalen.n.24.nu.4.* vt ſcilicet conſuetudo indiſtincta, quod minus dignus digniori præferatur nõ valeat, ſecus autem vt in aliquo particulari caſu, ex particulari, & ratio-
4 nabili cauſa præcedat. Igitur in caſu prædicti cap. Statuimus fallit regula qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure, *de qua in cap. qui prior de reg iur. in ſexto, cum alijs adductis per Neguſant. de pignor. par 5. membr. 2. num. 1. & ſeq.* vbi affert ad regulam prædictam viginti ampliationes, & totidem limitationes, *Maſtrill. dec. 130. num. 13.* vbi quod in præcedentijs prioritas temporis attenditur data in reliquis paritate ſecus vbi adeſt maioritas honoris, vel dignitatis, vt ibi quoniam hæc præponderat.

ARGVMENTVM.

An inducens teſtem,renunciare poſſit eius examini,& de ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis iuratus efficitur communis.*
2 *Ideo non poteſt eius examini renunciari inuita parte.*
3 *Debet tamen expenſis petentis examinari.*
4 *Actus regulariter celebrandus eſt expenſis petentis.*
Fallit in copia libelli.
5 *Non poteſt quis renunciare dilationi petitæ,& ſibi aſſignatæ.*
6 *Non poteſt appellans renunciare appellationi inuito appellato, poſtquam cæpit eam proſequi.*
7 *Non poteſt quis renunciare commiſſioni quam impetrauit quando ea cæpit, vti etiam tacite.*
8 *Non poteſt quis renunciare productioni ſcripturarum poſt citationem ad dicendum contra. Nec reſcripto poſt productionem.*

De-

DECISIO LXXXXVIII.

FVit dubitatum an D. Piſtoia poſtquam teſtem in-
duxerat,& teſtis ſic inductus iurauerat de veritate
dicenda poſſet eius examini renunciare, D. Equi-
1 te Gualengo contradicente. Et cum teſtis indu-
ctus poſt quam iurauit, efficiatur communis vtri-
que parti cum pro vtraque iuret dicere veritatem
cap. non ſane final. Decima quarta queſt. quinta, ibi, Illi inter vtramque
2 partem ad examen adhibentur. Ideo diximus inducentem non poſ-
ſe inuita parte renunciare, *prout ex ratione prædicta concludit Innocent.
in cap. præſentium de teſtibus, & Abb. ibidem nu* 12. *& Imol. nu. 6 Felin.
in cap de teſtibus eodem tit. nu. 6. Aretin. conſ. 140. Capicius dec. 39. per tot.
Cartar. dec Gen. 106. nu. 6. & referente D. Thauriſio nobiliſſimo, & iuriſ-
conſultiſſimo collega meo, fuit dictum inter D. Ducem Sfortiam, & D. Du-
3 cem, Corneum in Rota Peruſina, cuius deciſionem confirmauit Rota Roma-
na*, cum eo tamen, vt examen fieret expenſis petentis, *quod probatur
ex traditis per Aretin. d conſ. 140.* quatenus intelligit, quod doctrina
Innocentij non imponat neceſſitatem producenti, vt faciat exami-
nare teſtem quando eius examini renunciauit, ſed quod alia pars
inſtans, poſſit illum examinari facere ſi velit, *& ſequitur Capic d. dec.
4 39. num. 3.* Et tunc locus fit regulæ, quod actus expediendus eſt ex-
penſis inſtantis, ſeu petentis, *vt docent interpretes in leg. Is apud quem
C. de eden. Card in Clem. cauſam quaeſt. 22. de electi on. Marant. de ord. Iudic.
tit. de actorũ edi ione nu. 54. & 55.* vbi quod fallit in copia libelli, quæ
traditur reo, ſumptibus actoris.
5 Sic in ſimili dilationi ſibi inſtanti aſſignatæ renunciare quis non po-
teſt inuita parte cui eſt effecta communis *ad tex. in leg. petendæ, C. de
tempor. in integr. reſtitut. & ibi Bald. Speculat. in tit. de dilation. § viden-
dum, verſ. quid ſi reus, Idem Bald. in leg. Amiciſſimos, §. Lucius, ff. de excuſ.
tut Marant. de ord. Iudic. tit. de Dilatione nu. 18. Felin. in cap. Prudentiam
de mutuis petit. in fine princip. & nu. 4.*
6 Sic appellans renunciare non poteſt appellationi in præiudicium
appellati poſtquam cæpit eam proſequi, *Ita poſt Dominic. Felin. in d.
cap. Prudentiam de mut. petit. nu. 1. & poſt Bart. Alex. Abbat. & Dec. Sur-
dus dec 143. nu. 3.*
7 Sic licet quis poſſit impetratę cõmiſſioni renũciare *iux. tex. in cap. In-
terpoſita, §. Ille denique de appellat.* id tamẽ fallit quando cõmiſſione ce-
dit

pit vti, & eam expreſſe vel tacite ratificauit, *Felin.in cap. nonnulli §. ſunt, & alij nu.13. de Reſcript. Rota coram Burat. in Barchinonen. Vicariæ*
8 *dec. 871. num.5.* Sic etiam non poteſt pars renunciare productioni ſcripturarum, vel inſtrumentorum poſt quam per citationem ad dicendum contra fuerunt effecta communia, *Rota in Parmen. pecuniaria quam refert Put. dec. 270. lib. 2. & ſequitur Cartar. dec. Gen. 160. nu. 13. Felin. in d. cap. Prudentiam num 4. vbi poſt Bald. & Innocent.* quod non poteſt quis renunciare reſcripto fauorabili poſt quam illud produxit.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei litigioſæ quando ſit nulla, & quãdo facta dicatur in fraudem paratæ exequtionis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens hyppotecam anteriorem, habet ius auocandi à quocunque poſſeſſore.*
Actio realis ſequitur fundum.
2 *Creditor habet electionem, & quo ad res, & quo ad perſonas obligatas.*
3 *Quæ per principem de iure auferri non poteſt.*
4 *Alienatio rei litigioſæ eſt nulla. Amplia, & limita remiſſiue.*
5 *Alienatio rei litigioſæ etiam in Eccleſiam facta non valet.*
6 *Contra ſcienter acquirẽtem poſt litem motam fieri poteſt exequtio abſque nouo iudicio.*
7 *Poſt citationem dicitur lis pendere quo ad iudicandum vitium litigioſi.*
8 *Alienatio rei emphyteoticæ in Eccleſiam non valet, neque etiam quo ad æſtimationem in bonis Ferrarienſibus.*
9 *Vt dicatur facta alienatio in fraudem paratæ exequtionis, requiritur ſcientia indubitata contrahentium ſuper litis pendentia.*
10 *Actio perſonalis intentata non inducit vitium litigioſi, neque etiam quo ad actionem ipſam.*
11 *Exceptio iuris tertij non admittitur niſi quando ius eſt ipſo iure excluſiuũ iuris agentis. Quod non permittitur per modum excipiendi, regulariter minus permittitur per modum agendi.*
12 *Nullitas allegari non poteſt niſi ab eo in cuius fauorem inducitur.*
13 *Nullitas alienationis rei emphyteoticæ in Eccleſiam inducta eſt in fauorem Domini directi, cuius præiudicium reſpicit alienatio.*

DECISIO LXXXXIX.

DOminus Valerius, & fratres de Bettis, tanquam matris hæredes creditores quon. D. Auguſtini Muſti, in Scutis tribus millibus debitis ex cauſa reſtitutionis dotis, obtinuere per duas conformes committi exequtionem Inſtrumenti, & poſt eam acceperunt tenutam quarumdam terrarum directi dominij Abbatiæ Nonantulanæ, quas D. Auguſtinus poſt apprehenſam, ſed ante intimatam tenutam alienauit in Reuerendiſſimum Capitulum Cathedralis Ferrariæ, pro rata Scutorum quatuor centum, vnde DD. Betti petierunt declarari alienationem nullam, & bona ſibi fore relaxanda. Et vtrumque obtinuerunt à Reuerendiſſimo Vicario. Appellante Capitulo, & cauſa mihi delegata inſtabatur per DD. de Bettis pro confirmatione ſententiæ quæ concedenda videbatur.

1 Primo, quia cõſtabat eoſdem DD. de Bettis habere anteriora, & poſteriora iura hyppotecæ in terris alienatis, vnde competebat eis ius illas auocandi à quocunque alio poſſeſſore ex hyppotecaria, vel alia reali actione quæ rem ſeu fundum ſequitur, *leg. pignoris 17. ff. de pignor. leg. pignoris 18. C. eodem, & vtrobiq; Bart. late Neguſant, de pignor.*

2 *par. 8. membr. 2. num. 1. per tot.* Immo ex pluribus rebus ſibi etiam generaliter hyppotecatis, ac etiam alienatis eligere poteſt creditor contra quam velit experiri, *vt eſt tex. in leg. Creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pignor. vbi Bart. in ſumma* dixit nota hunc textum, quia eſt contra opinionem Ruſticorum. Et huiuſmodi electio creditori com-

3 petens non ſolum à Iudice, ſed nec ab ipſo Principe de iure auferri poteſt, *leg. 3 C. de duobus reis*, qui loquitur in electione perſonæ quando plures ſunt in ſolidum obligatæ, & dicit quod electio creditori competens Reſcripto Principis adimi non debet.

Secundo, quia ſuper terris alienatis pẽdebat lis, & DD. Betti tempore

4 alienationis earũ tenutã apprehenderãt. Vnde nulla dicebatur alienatio rei tanquam litigioſæ *leg. fin. ff. de litigioſ. leg. non ſolum §. ad iura prædiorum, ff. de alien. Iud. mut. cauſ. fact. leg. Cenſemus 4 C. de litigioſ.* vbi quod vitium litigioſi incurritur etiam ab ignoranter acquirente licet non pœna ſimpli. *Surd. dec. 172. num. 3. Ludouic. dec. Peruſ. 26. nu. 9. Lancellot. de atten. par. 2. cap. 4. in præfat. nu. 451. & ſeq.* vbi refert ſeptẽ

5 ampliationes, & viginti tres limitationes. Et quod vitium litigioſi incurratur etiam ſi alienatio facta ſit in fauorem Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, *tex. eſt in d. leg. fin. ff. de litigioſ.* ibi in ſacrum dedicare, *& tradit*

Lan-

6 *Lancellot.d.par.2.cap.4.in praeſ.nu.454.* Immo contra ſcienter acqui-
rentem poſt litem motam fieri poteſt executio abſque nouo iudicio,
Lancellot. d. par. 2. cap. 4. in praeſ. nu. 402. Rota coram Buratt. in Veneta
donationis dec 166.nu.1. & 2. & coram eodem in Collon. hereditatis dec.
7 *917. nu.2. & 6.* vbi magiſtraliter Ferentill. Et quod poſt ſolam ci-
tationem lis dicatur pendere ad effectum inducendi vitium litigioſi
tex.eſt in Auth.litigioſa, C. de litigioſ. & docet Felin. in cap.ſuper queſtio-
num nu.6.de off.deleg. Marant.de ord.Iudic par.5. nu.61. Lancellot. de at-
tent.par.2.cap.4.in praeſ.nu.31.

Tertio, quia cum fundus alienatus eſſet amphyteoticus, & ſubiectus
directo dominio Abbatiæ Nonantulanæ, ſequebatur alienationem
fuiſſe nullam non ſolum reſpectu rei, vt ſupra litigioſæ, ſed etiam re-
8 ſpectu perſonæ incapacis in quam facta fuerat alienatio, quoniam
Eccleſia eſt in effectu incapax bonorum emphyteoticum, & in Fer-
rarienſibus *id expreſſit Bulla Paulina interpretatiua Bonifacianæ*, & non
ſolum quoad retentionem, ſed etiam quo ad æſtimationem, *vt pa-*
tet ex verbis, & conſuluit Rim.*iun.conſ.456 nu.26. & decidit Rota Ro-*
mana in Ferrarien.bonorum de Schianchis coram Pamphilio, & coram Rem
boldo in impreſſis poſt Amat dec.Ferrar.51.num.36. & 74. & tradit late
Beltram.ad Ludouiſ.dec.520. nu.14. vbi ampliat etiam ſi vt in caſu no-
ſtro Domina directa eſſet Eccleſia æque potens. Et quamuis Bulla
Bonifaciana non imponat pœnam expreſſam caducitatis alienanti-
bus in perſonam prohibitam, imponit tamen pœnam nullitatis alie-
nationis, *Amat.d.dec.51.nu.18. & Rot. coram Remboldo in impreſſa poſt*
d.dec.Amat nu.70. & 74.

Ego ex primo fundamento anterioritatis, & potioritatis quæ manife-
ſte conſtabat ex actis, Confirmaui ſententiam quo ad relaxatio-
nem bonorum, quo verò ad declarationem nullitatis contractus, ab-
ſtinui quoniam argumenta deducta ad illam probandam videbātur
euitari poſſe, nam quo ad vitium litigioſi non videbatur inductum
ex apprehenſione tenutæ intimatę poſt alienationem, cum non pro-
baretur aliunde ſcientia alienantis, vel eius in quē facta fuerat alie-
natio, quoniam lis non incipit ad hunc effectum, niſi ſaltem poſt ci-
9 tationem ex ſupradictis. Et magis ad hoc, vt alienatio dicatur facta
in fraudem paratæ exequtionis, & agi poſſit exequtiue contra ter-
tium requiritur certa, & indubitata ſcientia contrahentium, *vt fir-*
mat Rota coram Buratto in Romana Palatij dec 450. nu.3. & ſeq. & Fe-
rentill. ad eundem Buratt in Collon. hereditatis dec.917. num.12. & fere

con-

concordat Statutum Ferrar. lib. 2. cap. 61. vbi quod poſt porrectam petitionem, & parti notificatam, facta alienatio eſt nulla, & fit exequtio contra tertium abſque alia citatione. Nec dici poterat quod per litem, & ſententias tenutam antecedentes fuerit res effecta litigio-
10 ſa, quia lis in actione perſonali nõ inducit reale vitium litigioſi, *Rip. in cap. Cumm. Ferrarienſis nu. 293. de conſtit. Guid. Pap. quæſt. 479. nu. 1. Lancellot. de attent. in d. præfat. nu. 481. Seraph. in Romana nullitatis contractus dec. 1134. nu. 4. Buratt. in Veneta donationis dec. 76. nu. 22. & in eadem cauſ. dec. 133. nu. 8.* vbi quod nec actio ipſa redditur litigioſa, & *iterum Buratt. in eadem Veneta donationis dec. 204. nu. 2.* vbi quod ideo non impeditur alienatio lite pendente.

Quo verò ad alienationem rei emphyteoticæ factam in perſonam prohibitam, quatenus ideo nulla eſſet alienatio, huiuſce nullitatis exceptio videbatur ſoli Domino directo competere, non autem credito-
11 ri alienantis, quoniam exceptio iuris tertij non poteſt regulariter opponi, *Bart. in leg. loci corpus ſ. competit per illũ tex. ſi ſeruit. vindicetur Rot. dec 131 nu. 10. par. 2. diuerſ. Ludouiſ. in Pamphilonen. Prioratus dec.* 852. *nu.* 7. niſi quando ius eſt ipſo iure excluſiuum iuris aduerſarij, *Ludouiſ. in Mediolanen. Prioratus dec. 14. nu. 15. & in Hiſpalen. Decimarum dec 415. num 3 & 6. vbi Beltram. Et idem Beltram. ad eundem Ludou. in d. Pamphilonen. dec. 582. in litt. A.* vbi alias limitationes congerit, quæ tamen huic caſui minime congruebant. Quod autem non permittitur per modum excipiendi, minus videbatur permictẽdum per modum agendi, *ad tradita in leg. Inuitus ſ. cui damus, ff. de reg. iur. & per Ludouiſ. in Romana Vineæ dec. 425. num. 2.* Et in ſpecie nullitas
12 contractus allegari regulariter non poteſt niſi ab eo in cuius fauorẽ eſt inducta, *vt late probat Gratian. diſcept. 77. num. 39. & 40. Creſcen. dec. 1. de locato, Burattus in Reatina iuris redimendi dec. 937. nu. 7.* vbi id generaliter firmat, & indiuidualiter in Eccleſia. Quod autem hoc
13 in caſu nullitas inducta ſit in fauorem Domini directi, quia per alienationem in Eccleſiam ei præiudicium notabile generatur, ex quo cum illa nunquam moriatur, nunquam poteſt Dominus deuolutionem exſpectare, clariſſimum eſt, *& dixit Rota coram Coccino in Ferrarien. bonorum impreſſa penes Amat. poſt dec. 51. nu. 65. & 66.*

Vnde nec video qua ratione in hac alienationis materia Eccleſiæ vulgò dicantur manus mortuæ, cum immo ſemper viuant, & nunquam moriantur, niſi per Antifraſim dicatur manus mortua, quia non moritur ſicut dicitur Lucus, quia non lucet, & dicuntur parcæ, quia non

par-

pareunt ex Auguſtin.lib.contra mendacium ad Coſentium cap.10. vel niſi etiam dicantur manus mortuæ ad indicãdum, quod amplius non moriantur, quod de nullo poteſt euidentius affirmari, quam de iam mortuo, quia priuatio ſupponit habitum, & mors eſt priuatio vitę qua mortuus iam caret, vnde mori nõ poteſt, ſic etiam mortalibus ipſis hominibus ſtatutum eſt ſemel mori. Licet Lazarus, & ſimiles ſuſcitati bis mortui ſint.

ARGVMENTVM.

Contractus meticuloſus mulieris quando ſuſtineatur, vel corruat.

SVMMARIVM.

1 *In muliere conſideratur metus cadens in conſtantem mulierem.*
2 *Metus reuerentialis in muliere non ſufficit ad reſciſſionem contractus.*
3 *Fallit quando concurrunt alia metus adminicula.*
4 *Maximum metus adminiculum eſt carceratio.*
5 *Minor metus in muliere quam in viro ad reſcindendum contractum exigitur.*
6 *Fallit in viragine.*
7 *Quando conſtat de ſubſtantia crediti præſertim ex partis confeſſione, quo ad quantitatem creditur creditori maxime fide digno.*

DECISIO C.

1 INſtrumentum in quo D. Marchioniſſa carcerata fatebatur debitum ad fauorem fratris, difficultatem pati poſſe videbatur eo magis quo in muliere non requiritur ad infirmãdum contractum metus cadens in conſtantem virum, ſed ſufficit metus cadens in conſtantem mulierem, *vt poſt gl. & Butr. docet Roman ſing. 226. & poſt præpoſit. Abb. Aretin. Felin. Dec. Boer. firmat Ludouiſ. in Hiſpalen. matrimonij de Alcala dec. 348. nu. 8. Mantica de coniect. vlt. volun. lib 2. tit. 7. num. 1. Ferentill. ad Buratt. in Neapolitana Thori dec. 815. nu. 21.*

2 Et licet metus reuerentialis etiam mariti, vel patris, non ſufficiat ad reſcindendum contractum mulieris, *Felin. in cap. cauſam num. 3. de off. deleg. Capicius dec. 159. nu 34. Buratt. qui de communi teſtatur in Romana nullitatis contractus dec. 783. nu. o. Ferentill. ad eundem in Veneta matrimonij dec. 628. num. 9.* vbi ampliat in omni materia, id tamen fallit
3 quando cum metu reuerentiali concurrunt alia metus adminicula, *Bald. in leg. ſi cogente, ff. de ritu nuptiarum, Alex. conſ. 1. nu. 15. lib. 8. Molina de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 4. nu. 9. &* 10. ſubdens id omnino pro-

cedere in muliere, *Rota coram Ludouiſ. in Hiſpalen. matrimonij dec. 326.*
4 *nu. 11. & in eadem Hiſpalen, dec. 374. num. 9.* Et quod maximum adminiculum metus exiſtimetur, quod contrahens non eſſet in libertate, ſed ſub cuſtodia, & multo magis ſub carcere, *docent Fulgoſ. conſ. 5. ſub finem, Crauett. conſ. 49. nu. 6. Dec. conſ. 219. nu. 5. Ludouiſ. in d. Hi-*
5 *ſpalen. matrimonij Dec. 326. num. 31. & 32.* Et quod minor metus requiratur in muliere quã in maſculo *dixit gl. in cap. quod locum de Spanſal. Anchar. conſ. 24. num. 7. Felin conſ. 14. nu. 2. & 3. Dec. in leg. In omnibus cauſis nu. 3. ff. de reg. iur. Ludouiſ. in Hiſpalen. matrimonij dec. 326. num. 25.*

Credidi tamen obiecta non obſtare, nam prærerquam quod multa ex prædictis quæ diſpoſita ſunt in muliere inſpecta fragilitate ſexus
6 fortaſſe fallunt in viragine, cui ſcilicet virilis animus ineſt, & maſcula fortitudo, *vt per Tiraq. de leg. Connubialib. leg. 1. nu. 91. & facit tex. ſec. Macchab.* ibi fœmineę cogitationi maſculinum animum inſerens, huiuſmodi enim fœminæ velut maſculæ comprehendi ſæpe poſſunt ſub appellatione virorum, immo magnorũ virorum, *vt ſenſit Senec. lib. de conſolat. ad matrem.* Intuere inquit fœminas quas inter magnos viros virtus poſuit. Accedebat quod expenſæ factæ in carceratione ſororis de qua ſatis ſuperque conſtabat, erant admodum veriſimiles inſpecta præſertim eius duratione, & grauitate cauſæ agitatæ
7 in vrbe, & attento quod ipſa non negabat ſubſtantiam crediti, ſed quantitatem de qua propterea poterat credi iuramento creditoris, *Capoll. caut. 210. Marſil. ſing. 322. Oſaſc. dec. 96. nu. 7.* præſertim cum de illius ſingulari legalitate, & integritate deponerent teſtes contextes, & integerrimi.

ARGVMENTVM.

Collitiganti quando ſubminiſtranda ſint alimenta. Creditori, quando debeantur fructus.

SVMMARIVM.

1 *Collitiganti debentur alimenta, & ſumptis litis conſtito de paupertate, & de præſumptione boni iuris.*

2 *Cui competit actio, multo magis competit exceptio, & retentio.*

3 *Alimenta, & ſumptus litis non computantur in ſortem debitam, nec in caſu ſuccumbentiæ reſtituentur.*

4 *Creditor immiſſus ex primo Decreto in actione perſonali non facit fructus ſuos, ſed eos imputat in ſortem.*

De-

DECISIO CI.

EXcellentiſſima D. Principiſſa Iulia Eſtenſis, tanquam creditrix D. Ioannis Baptiſtæ de Bondinarijs, inſtabat ſibi ſatisfieri in bonis prædicti debitoris, cuius filij retinebant eadem bona tanquam hyppotecata, & ſibi reſtituenda pro dote materna ſtante vergentia patris ad inopiam *iuxta tex. & ibi tradita per DD. in leg. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.* fuit terminatum iudicinm de conſenſu facta vtrique parti pro rata crediti aſſignatione proportionabili; quo verò ad fructus ex dictis bonis perceptos à filijs pendente iudicio, & à D. Principiſſa prætenſos, partes me concorditer in Iudicem atq; arbitrum elegerunt.

Quo igitur ad fructus perceptos à Bōdinarijs ex portione eiſdem poſtmodum aſſignata pro dote materna quamuis debita in pecunijs vi-
1 ſum fuit eis deberi potuiſſe dictos fructus ſaltem ſtante eorum paupertate, & bono iure *ad tex. in leg. fin. §. quod ſi ei, C. de ord. cognit. leg. ſi inſtituta §. ſi de inofficioſo ff. de inoff. teſt. m. Guid. Pap. queſt. 561. nu. 1. Gratian. diſcept. 55. nu. 49. & diſcept. 954. nu 27. Seraphin. in Valentina emolumentorum dec. 427. nu. 1. Ludou. in Hortana Domus dec. 189. num. 11 Buratt. in Ferrarien. alimentorum dec. 15. nu. 1. vbi quod id Rota paſſim*
2 *ſeruat.* Et cum pro his fructibus competijſſet petitio, ſeu actio ex prædictis, magis & facilius competere videbatur exceptio, & retentio tanquam fauorabilior *ad tex. in leg. Inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur. & in cap. qui ad agendum eodem tit. in ſex. Crauett. conſ. 148. num. 2.*
3 nec poterant in ſortem debitam imputari *ad tradita per Valaſc conſ. 1. nu. 7. Mareſcot. var. reſol. lib 2. cap. 83. num. 26 Vinc. de Franch. dec. 189. num. 7. Beltram ad Ludouiſ. in Hortana Domus dec. 189. nu. 7.* vbi quod nec in caſu ſuccumbentiæ reſtituuntur.

Quo vero ad fructus perceptos à Bondinarijs ex portione quæ contigit Excellentiſſimæ Principiſſæ, viſum eſt eidem eſſe reſtituendos,
4 ſed in computum ſortis cum creditori non debeantur fructus à die motæ litis, vel contextationis niſi quando egit actione reali, *ad tradita per gloſ. in leg. fortioribus, in leg. Fulcinius ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur, & poſt Bart. Cyn. Papien & Afflict. per Buratt. in Peruſina bonorum dec. 240. num. 3.* vbi loquitur etiam poſt immiſſionem ex primo Decreto.

ARGVMENTVM.

Quando competat Iter per alienum fundum.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Res præſumitur libera, niſi probetur ſeruitus.*

2 *Iter actus via ſunt ſeruitutes aliquando ruſticæ, aliquando vrbanæ.*

3 *Ire per alienum fundum Domino prohibente non licet, & poteſt Dominus vi repellere.*

4 *Non licet etiam cauſa venandi inuito Domino tranſire per alienum fundũ.*

5 *An qui venatur inuito Domino in alieno fundo, teneatur Domino capta relaxare. Remiſſiue.*

6 *Quando deficit via publica, licet per fundum priuatum tranſire:*

7 *Aqua mea ſitientibus agris meis, non debet ad aliorum vſum conuerti.*

8 *Vſus clamdeſtinus violentus, vel precarius, non eſt manutenibilis.*

9 *Si inter plures diuiditur fundus, non videtur actum quod vnus. Habeat aditum per partem alterius licet antea habcret.*

10 *Si vendidi prædium ad quod ante erat aditus per alud meum prædium, non ideo tamen cenſetur illud ius in emptorem tranſlatum.*

DECISIO CII.

IOannes Baptiſta Naldus obtinuit à D. Prætore Maſſæ Fiſcaliæ pronunciari Hieronimo Gherardo non competere iter, & multo minus viam, vel actum per terras prædicti Naldi. Appellante Gherardo, credidi eum male appellaſſe, nam præter quã quod pro Naldo teſtes deponebant, habebat etiam ille funda-
1 tam intentionem in præſumptione iuris cõmunis, & naturalis quod quilibet fundus prçſumitur liber niſi probetur ſeruitus *ad tex. in leg. Altius, leg. ſi in ædibus, C. de ſeruitut. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 89. nu. 1. Maſcard. de prob. concl. 978. nu. 1. & ſeq. Buratt. in Tiburtina Calcanearũ dec 668. nu. 3. Dixi dec. 46. nu. 20 & ſeq.* vbi quod ſeruitus tam
2 perſonalis, quam realis eſt inimica naturæ, & quod iter actus via ſint ſeruitutes aliquando ruſticæ, aliquando vrbanæ, *probat tex inſtit. tit. de ſeruitut. præd. in princ. leg. 1. in princ. ff de ſeruitut. ruſtic. prædior. leg. Inter omnia prædia, leg. ſeruitutes quæ in ſuperficie, §. ſi Domus, ff.*
3 *de ſeruitut. vrban. præd. Cepoll. de ſeruitut. vrban. præd. cap. 38. in princ.* Et quod non liceat inuito Domino ire per alienum fundum, *eſt tex. cum ibi not. in leg. per agrum; C. de ſeruitut. & tex. ab Iſidoro deſumptus in can. pri. p. diſtinx.* Ibi tranſire per fundum alienum fas eſt, ius non eſt, hoc eſt, *vt intelligit gloſ.* fas eſt Domino non prohiben-
4 te, ius non eſt Domino prohibente, *Capoll. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. 1. num. 22.* vbi quod poteſt Dominus vi repellere: Quod locum

cum habet etiam cauſa venandi, *vt probat tex. in leg. Diuus 16 .ff. de ſeruitut. ruſtic. præd.* ibi Diuus pius Aucupibus reſcripſit non eſt conſentaneum rationi, vt per aliena prędia inuitis Dominis aucupium
5 faciatis. An autem ingreſſus alienum fundum cauſa venandi poſt Domini prohibitionē, teneatur Domino fundi capta relaxare, *diſcutis Capoll. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. 21. nu. 2.*

6 Neque obſtabat, quod quando via publica deficit, liceat per alienū fundū inuito Domino tranſire, *leg. ſi locus, §. fin. ff. quem admod. ſeruit. amittatur, gl. in d. l. per agrū, & in d. can. 1. Capoll de ſeruit. ruſticor. præd. cap. 1. nu. 24. poſt mediū.* Reſpondetur enim, quod teſtes Naldi deponebant Gherardum habere poſſe viam licet aliquanto longiorem non ſolum ex publico, ſed ex alio etiam priuato ipſius fundo, vnde
7 potius obſtabat ei ratio, *tex. in leg. præſes 6. C. de ſeruit. & aqua,* ibi. Durum, & crudelitati proximum eſt ex tuis agris aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis ad aliorum vſum vicinorum iniuria propagari.

Non etiam obſtabat probaſſe Gherardum, quod fuerat vſus huiuſmodi facultate eundi etiam cum equis, & curribus, & ſic nō ſolum iter, ſed & actū, & viam exercuerat *iuxta tex. inſtit. tit. de ſeruitut. præd. in princ.* quia probabatur etiam vſum prędictum contigiſſe tempore quo Gherardus retinebat fundum Naldi tanquam conductum, vnde reſoluta conductione etiam ius vtendi, ſi quod aderat reſolueba-
8 tur *ad tex. in cap. cum ceſſante de appellat.* Præterea vſus clam vi vel precario, ideſt Domino concedente, non poteſt inde prætendere præſcriptionem, immo nec quaſi poſſeſſionem manutenibilem *ad tex. in leg. 1. §. 2. ff. de itin. act. priu. gl. & DD. in leg. 1. C. vti poſſidetis, Capoll. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. 1. nu. 31.* Confert ad hęc ſimile fortius, quod
9 ſi inter plures ſit facta diuiſio fundi communis, non videtur actum, vt vnus habeat aditum per partem alterius ſicut prius habebat, niſi ſpecialiter, & expreſſe id inter eos conuentum ſit, *leg. via conſtitui 23. §. quacunque C. de ſeruitut. vrban. præd. & ibi Bald. notat Capoll. de*
10 *ſeruit. vrban. præd. cap 38. nu. 2.* Sic etiam ſi vendidi prędium meum ad quod erat iter, & aditus per aliud meum prædium, non tamen cenſetur illud idem ius in emptorem translatum niſi expreſſum ſit, *leg. In tradendis, §. Interpoſitis in fine, ff. commun. prædiorum, & ibi gl. Capoll. de ſeruit. vrban. vrbd. cap. 1. nu. 3.*

ARGVMENTVM.

Contractus iuratus in die feſto, an teneat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum preſtitum in contractu die feſto non eſt validum ſecundum aliquos.*
2 *Sed verius eſt eſſe validum, & obligare.*
3 *Iuramentum ſeruandum eſt quoties poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ.*
4 *Tex. in cap. 1. De ferijs probibet, ſed non annullat iuramenta extra iudicialia preſtita in die feſto.*
5 *Actus factus contra legem prohibentem, & non annullantem expreſſe, non eſt nullus.*
6 *Iuramentum extra neceſſitatem preſtari prohibetur, & tamen preſtitum ligat.*
7 *Inſtrumentum rogatum à Notario non matriculato, contra prohibitionem Statuti valet.*
8 *Clericus prohibetur exercere tabellionatus officium, ſed ſi rogauerit Inſtrumenta tenent. Cum declaratione de qua ibi.*
9 *Quid operetur prohibitio quando factum contra prohibitionem tenet.*
10 *Iuramenta, & alia acta iudicialia in die feſto non valent.*
11 *Iurans extra iudicium in die feſto non peccat, & quare.*
12 *Contractus etiam in die Dominico celebrari non prohibetur.*
Iudex preter intentionem faciens iniuſtum, non eſt iniuſtus niſi materialiter, ſicut non eſt mendax, qui dicit falſum putans verum, nec fallit ipſe ſed fallitur.

DECISIO CIII.

IN cauſa Tudeſchi cum Fantono Lugienſibus, dixi validum eſſe contractum celebratum, & Iuramen-
1 tum ibi preſtitum in die S. Bartholomæi. quamuis enim, quod Iuramentum in contractu preſtitum in die feſtiuo non teneat, *tenuerit Ferrar. in cautela 3. poſt Lanfranc. & poſt Flor. & Ferrett. Caualcan. dec. 9. de iudicijs nu. 31. & 32.* vbi refert ſe annullaſſe donationē iuratam in die feſto celebratam Volterris, *& allegat etiam Gabr. concluſ. 1. de tranſact. nu. 57. qui tamen de hoc ibi non loquitur, ſed ſolum nu. 58. ait.* Diſpoſitionem *leg. ſi quis* maior fallere quando Iuramentum non eſt va-
2 lidum. Contrarium tamen, quod iuramentum in contractu præſtitum etiam in die feſto teneat, & ſit ſeruandum, ſenſit *Hoſtienſis in ſumma de iureiuran. §. quando,* vbi reddit rationem, quia eſt de his quę prohibentur fieri, ſed facta tenent; *late poſt alios Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 20. nu. 11. & ſeq. & firmauit Rota Romana in Romana donatio-*

3 *nis coram Seraph. dec. 782. num. 4. & ſeq.* vbi loquitur etiam in die Do-
minico. Et eſt ratio, quoniam iuramentum ſeruandum eſt, quoties
poteſt abſq; interitu ſalutis æternæ, *cap. cum contingat de iureiur. cap.*
quamuis de pact. in ſexto, Seraph. d. dec. 782. nu. 4.
4 Non obſtat *tex. in cap. 1. de fer.* quatenus prohibet in die feſto ſacra-
menta pręſtari niſi pro pace, vel alia neceſſitate præſtentur, quoniā
textus ille extra iudicialia iuramenta prohibet in die feſto, ſed non
5 annullat vndè remanent valida, nam actus factus contra legem pro-
hibentem niſi lex vltra procedat annullando eſt validus *ex commu-*
ni Ang. in leg. vniuerſos per illum tex. C. de Decurion. lib. 10. & poſt Alex.
& alios tradit Decius conſ. 17. num. 2. Caſſador. dec. 2. de preb. nu. 3. Mare-
6 *ſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 30. nu. 1.* Sic in ſpecie iuramentum præſtari
prohibetur extra neceſſitatem *cap. & ſi Christus de iureiur*, & tamen
etiam extra neceſſitatem præſtitum ligat, & eſt ſeruandum ne qui
peccauit iurando, admittatur ad iterum peccandum peierando, *vt*
7 *animaduertit Seraph d. dec. 782. nu. 7.* Sic in ſimili ſi Statutum prohibet
ne roget Inſtrumenta Notarius non matriculatus, adhuc ſi rogaue-
rit, valent niſi Statutum annullet expreſſe Inſtrumenta ſic rogata,
vel roganda, *Bart in d. leg. vniuerſos per illum tex. C. de Decurion. lib. 10.*
8 *Dec. conſ. 17 num. 1. Caſſad. dec. 2. de preb. nu. 1.* Sic etiam licet Clerico
prohibeatur officium tabellionatus, *cap. ſicut ne Cler. vel Monach.* ſi ta-
men is Inſtrumēta rogauerit, valent *vt ibi docet Io: Andr. & poſt Ang.*
Bart. & Alex. Decius d. conſ. 17. num 2. Caſſad. d. dec. 2. de preb. num 3.
Honded. conſ. 26. lib. 2. nu. 31. & 32. vbi declarat.
9 Si quis autem quærat, quid ergo operatur prohibitio ſi factum con-
tra prohibitionem tenet. Reſpondetur, quod ſi lex ſit pœnalis, tunc
contraueniens incidit in pœnam expreſſam, non autem in pœnam
nullitatis actus non expreſſam. Si vero lex eſt ſimpliciter moralis,
tunc contraueniens peccat, *iuxta late tradita per Nauarr. in Commen-*
tario de lege penali.
10 Aliud ergo eſt in Iuramento præſtito in Iudicio, & alijs actis iudicia-
libus celebratis in die feſto, quæ quidem non valent quia *tex. in cap.*
fin. de ferijs, non ſolum ea prohibet, ſed annullat etiam conſentienti-
bus partibus niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat, *vt ibi dicitur,*
& concordat tex. in leg. fin. C. de ferijs, & tradit Caualcan. dec. 11. de iudi-
cijs num. 32. vbi addit, nec valere contrariam conſuetudinem. Et
11 quod iuramenta iudicialia in die feſto, prohibita ſint de præcepto,
& de neceſſitate, extra iudicialia vero de conſilio, & de honeſtate,

&

& quod propterea iurans in die feſto extra iudicium, neque etiam peccet ſaltē mortaliter, *poſt Hoſtien. Innoc. Abbat. Caietan. Tabien. & alios dixit Seraph. d. dec. 582. nu. 5. & 8.* Immo iuramenta in die feſto prohibita non eſſe niſi iudicialia, probabile dixit *Laiman Theolog. moralis lib. 4. tract. 7. cap 2. nu. 6. poſt Caietan. in ſec. ſec. D. Thom. queſt. 22. art. 4. & refert Reuerendiſs. Diana reſol. moral. par. 4. tract. 4. Miſcella-*
12 *nea reſol. 62. verſ. nota etiam.* Quod autem contractus etiam die Dominico celebratus valeat, & nullo modo prohibeatur, *probat tex. in d. leg. fin. C. de ferijs*, ibi pacta conferant tranſactiones loquantur, *& ibi Bart. & Salicet. in ſumma, Seraph d. dec. 782. nu. 6. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 20. nu. 13.* Ex quibus patet, quod ſi Caualcanus non bene fecit annullando donationem illam, ſaltem benè dixit dicendo ſe illam annullaſſe, nam vere ipſe annullauit, & non lex. Non ideo tamen damnare, illum auſim qui ſequutus eſt alios, & qui ſi ſic bona fide iudicauit, licet iniuſtum fecerit, non tamen iniuſtus fuit niſi materialiter, *ex traditis à D. Thom. ſec. ſec. queſt. 59. art. 2.* Sicuti non eſt mendax niſi materialiter qui dicit falſum putans verum, nec fallit ipſe, ſed fallitur *ex Aug in can. Is autem 4. 22. queſt. 2.*

ARGVMENTVM.

Expenſæ intereſſe lucrum ceſſans, non debent excedere duplum, & quid in vſuris, & pœnis conuentionalibus.

SVMMARIVM.

1 *Litis expenſæ non debent excedere duplum importantiæ cauſæ.*
2 *Intereſſe non debet excedere duplum pretij communis rei.*
3 *Lucrum ceſſans, non debetur vltra duplum.*
4 *Non poteſt iurari in litem vltra duplum veræ æſtimationis.*
5 *An vſuræ coaceruari poſſint vltra duplum ſortis remiſſiue.*
6 *Actio ad pœnam legalem, vel conuentionalem poteſt excedere duplum, & quando.*

DECISIO CIIII.

1 IN cauſa Florinicum Porto moderatus ſum taxationem expenſarum motus, quoniam litis expenſæ non debent de iure excedere duplum eius de quo litigatur, *Aſinius in praxi §. 32 cap. 4. in fine,*
2 *Magonius dec. Florent. 78. num. 10.* Sic in ſimili intereſſe nō poteſt regulariter excedere duplum pretij, ſeu intereſſe communis, *Oinot. inſtit. tit. de action. §. omnes autem actiones nu. 2 & poſt Aſin. tradit Magon. d. dec. Florent. 78. num. 10. & eſt*

tex.

tex.in leg.vnica,C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt proferuntur,ibi,San-
3 cimus hoc,quod intereſt dupli quantitatem minime excedere. Sic etiam lucrum ceſſans non poteſt excedere duplum rei debitæ,*vt per tex.in d.l.vnica dixit ibi Curt.iun.nu.55.& ante eum Butrig.num.309.*
4 *& firmat Seraph. in Romana vſurarum dec.186.nu.5.* Hinc etiam eſt, quod non poteſt in litem iurari vltra duplum veræ ęſtimationis rei, *ad tex.in d.leg.vnic.& ibi Bart.Rebuff & alij quos refert Plot.in leg.ſi*
5 *quando,C.vnde vi,§.quinquageſimo num.25.* An autem vſuræ coacervatæ poſſint excedere duplum ſortis principalis *tetigi dec.4.nu.7.* Et
6 quando actio ad pœnam legalem, vel conuentionalem poſſit duplũ excedere,*declarat magiſtraliter Oinot.inſtit.tit.de action. §.omnes autem num.2.& 11.*

ARGVMENTVM.

De termino quando feriæ ſubducantur. In remiſſorialibus quando terminus currat.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus extinguitur ob perpetuam infructuoſitatem.*
Terminus regulariter eſt continuus.
2 *Quando feriæ abſorbent maiorem partem termini,de iure ſubducuntur.*
3 *Ex forma Statuti Ferrariæ tempore feriarum natiuitatis,& ſimilium, terminus non currit.*
4 *Terminus in remiſſorialibus currit à die quo conſignantur litteræ portitori niſi aliud ſit expreſſum.*
5 *Dies termini non computatur in termino,& quando.*
6 *In remiſſorialibus ſufficit teſtes iurare in termino aſſignato, licet poſt terminum examinentur.*

DECISIO CV.

1 COnuentus Romæ coram A. C. D. Marchio ad ſoluendos fructus cenſus quem prætendebat extintũ ex omnimoda,& perpetua infructuoſitate, ſeu ſterilitate *iuxta late tradita per Cencium de cenſibus par. 3 cap.1.quæſt.2.nu.2.& ſeq.*obtinuit litteras remiſſoriales directas Illuſtriſſimo Vicelegato, & mihi pro examinandis teſtibus ſuper prædicta ſterilitate fundi cenſualis infra menſem à die præſentationis litterarum,quæ fuit facta die 23. Decembris, vnde contigit dubitari an feriæ natalitiæ eſſent de termino ſubducendæ, & ſubducendas eſſe credidimus, quoniam licet regulariter, & de iure terminus non ſit vtilis, ſed continuus, & pro-

pterea currat etiam tempore feriarum, *leg. ſiue pars in fine, C. de dilation. gloſſ. in rub. & leg. 1. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. Bald. in leg. 1. & in leg. fin. C. de ferijs, Cencins de cenſibus par. 2. cap. 2. quæſt. 1. art 2. nu. 21.*
2 *& ſeq. vbi modificat.* Attamen feriæ ſubducuntur quando abſorbent maiorem partem termini, *Bald. in leg. ſi quando in 4. queſt. C. de teſtib. Hoſtien. in cap. licet cauſam de probat Marant. de ord. Iudic. in cap. de*
3 *dilatione num 18. Et ex diſpoſitione Stat. Ferrar. lib. 2. cap. 26.* Terminus vel ab ipſo Statuto, vel à Iudice aſſignatus ipſo iure non currit tempore feriarum Natiuitatis Domini, & ſimilium Sed in remiſ-
4 ſorialibus terminus currit à die quo conſignantur litteræ portitori quando aliud non exprimitur, *vt probat Boccac. de litteris remiſſoriali-*
5 *bus cap. 7. num. 10. Farinac. de teſtib. queſt. 77. nu. 37. Buratt. in Colonien. ſponſalium dec. 501. num. 2.* Dies autem termini non computatur in termino quando eſt adiectus per dictionem A, vel Ab, vel ſimilem ſeparatiuam, & excluſiuam *ad tex. in leg 3. §. fin. in fine, vbi gl. in pen. verb. de action. empt. gl. in cap. Statutum in verb. numerandum ſub finem verſic. tertium, quod non ſit computatio de prob. in ſexto cum alijs adductis*
6 *per Gratian. diſcept. 161. nu. 1. 2. 5. & ſeq.* Et ſufficit quod in termino in remiſſorialibus ad probandum aſſignato, teſtes iurent, licet poſt terminum examinentur, *Speculat. in tit. de teſte, §. qualiter autem ſint producendi nu. 13. Rot. dec. 586. & 588. in antiq. veſtr. in praxi lib. 6. cap. vlt. verſ. ſed dubium,* vbi quod ita ſeruat ſacrum palatium.

ARGVMENTVM.

Depoſitarius, an & quādo poſſit appellare, & exceptione ſe defendere.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius regulariter, non appellat ad effectum ſuſpenſiuum.*
Non reſtituens dicitur ſpoliare.
2 *Non opponit exceptionem compenſationis, vel aliam.*
3 *Fallit quando obligatio depoſitarij non eſt ſimplex, ſed qualificata.*
4 *Exceptio oriens ex ventre Inſtrumenti ſuſpendit eius exequutionem. Amplia, vt ibi.*

DECISIO CV.

DOminus Alexander Natta obtinuerat à D. Locumt. grauari D. Petrum ad effectum deponendi niſi infra quatuor conſignauerit bona alias in exequutione ablata D. Alexandro patri D. Petri ad inſtantiam Herculis Boiardi, à quo cauſam habebat ipſe Natta, & quæ bona D. Petrus conſignare pro-

mi-

Digitized by Google

miſerat in forma depoſiti ad omne mandatum, ſaluis tamen iuribus quo ad bona mobilia propria ipſius D. Petri, & aliorum fratrum. Appellauit ergo Petrus, & cauſa mihi commiſſa cũ clauſula ſi quid
1 exequendum, dicebatur pro parte Nattæ locum eſſe exequutioni, quoniam depoſitarius de iure non appellat ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, *Contard poſt alios in leg. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. nu. 75. & 76. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 657. Scaccia de appellat. queſt. 57. limit. 6. num. 37. & 38.* vbi quod depoſitarius non reſtituens dicitur ſpoliare, & ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus. Vnde depoſita-
2 rius non poteſt ad retardandam reſtitntionem depoſiti opponere exceptionem compenſationis, vel deductionis, vel doli, *cap. bona fides de depoſito, leg. ſi quis, vel pecunias 11. C. de depoſito.*
3 Sed quia D. Petrus opponebat exceptionem proprij dominij ſuper prędictis mobilibus reſeruati in obligatione ipſa, vt ſupra, & ſuper qua etiam in prima inſtantia teſtes induxerat. Ideo aſſignaui terminum ad probandum exequtione interim ſuſpenſa, *arg. eiuſdem tex. in d. leg. ſi quis, vel pecunias* 11. *C. de depoſit.* 4. ibi, Cum non ſub hoc
4 modo depoſitum accepit. Et generale eſt, quod exceptio oriens ex ventre Inſtrumenti etiam exequtiui, ſuſpendit eius exequtionem, & opponi poteſt in quacunque parte iudicij, licet requirat altiorem indaginem, *Bald. in leg. ex prędijs num. 1. C. de euiction Roman. conſ. 42. nu. 3. Seraph. poſt alios in Portuen. Bonorum dec. 430. nu. 1. Dixi alia dec. 38. nu. 5.* vbi quod idem eſt in ſententia, & in Breui.

ARGVMENTVM.

Statutum de duabus conformibns non comprehendit foreſem neque actiue, neque paſſiue.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens appellationem à duabus conformibus non poteſt iuuare, vel ligare forenſem. Et in puncto de Statuto Ferrariæ.*
2 *Statutum prohibens appellationem, à diffinitiua dicitur deciſorium.*
3 *Statutum quo ad deciſoria non comprehendit forenſem.*
4 *Secus quo ad ordinatoria, & tam de iure quam ex form. Stat. Ferrar.*

DECSIO CVII.

Vittoria Manganeria tanquam creditrix in lib. 200. Ioſephi Oliuerij Ianuenſis, obtinuit à D. Locumt. grauari Benedictum tanquam eius filium, & hæredem. Et procurator pauperum cui commiſſa fuerat ſecunda inſtantia dixit bene iudicatum, non obſtante exceptione Inuentarij. Appel-

pellante iterum Benedicto, & cauſa mihi delegata, ſeu remiſſa cum
Glauſula conſtito, quod ſit laus Sratuto de duabus cõformibus exe-
quatur, ſin minus cauſa appellationis cognoſcat; Credidi non eſſe
locum exequtioni, vnde aſſignaui terminum partibus ad probãdum
1 incombentia, motus quoniam Statutum prohibens appellationem
à duabus conformibus non comprehẽdit forenſes, neque actiue ne-
que paſſiue, *Bertaz. conſ. crim. 15. in princ. lib. 1. Rim. iun. conſ. 450. nu. 9.*
& in puncto de Statuto Ferrariæ, *Buratt. in Ferrarien. pecuniaria dec.*
2 *40. per tot.* vbi quod forenſis, huiuſmodi Statuto nec iuratur, nec li-
gatur. Et ratio eſt quoniam Statutum prohibens appellationem ſal-
tem à diffinitiua, dicitur reſpicere deciſoria, *Butr. in cap. quod Clericis
de for compet. & ibidem Aret. nu. 3. Peruſin. in cap ſi duobus, §. denique,
& in cap. vt debitus de appellat. quos ſequitur Decius conſ. 97. in princ. &
3 poſt alios Buratt. d. dec. 40. nu. 2.* Et certum eſt, quod in deciſorijs fo-
renſes non ligantur Statutis, tam ex diſpoſitione iuris communis,
*Bald. in leg. 1 nu. 58. & 59. C. de ſumm. Trin. & fid. Cat. Alex. conſ. 164.
nu. 3 lib. 6. Marzar. conſ 9. nu 9. Buratt. d. dec. 40. n. 3. Amat. dec. Ferrar.
2. num. 24.* quam ex diſpoſitione Statuti Ferrar. *lib. 1. cap. 6.* quamuis
4 quo ad ordinatoria forenſes litigantes ligentur Statutis vigentibus
in loco iudicij, *Maſcard. poſt alios de interpr. Statut concluſ. 6. nu. 200.
Martha de iuriſd. par. 3. cap. 31. Dixi dec. 9. nu. 5. Idemque diſponit Sta-
tutum d. lib. 1. cap. 6.*

ARGVMENTVM.

Libris mercatorum in quibus credatur.

SVMMARIVM.

1 *Libris mercatorum quando creditur, creditur ſolum inſpectantibus ad mer-
caturam.*

DECISIO CVIII.

PRo D. Andrea dixi exequendum fore grauamen pro quantitate petita, detracta tamen partita lib 40. quæ dicebantur in libris pro Amore mutuatę, & pro quibus reſeruaui iura melius probandi motus, quoniam priuilegium exhibitum largitur fidem libris ſolum quo ad pretium mercium, & concordat in hac parte Statutũ lib. 2. cap. 37. quatenus diſponit eſſe credendum libris mercatoris, vel artificis ſolum inſpectantibus ad mercationem, vel artificium, & vſq; ad libras decem, ſaluis tamen priuilegijs Sed quam-
1 uis vel Statutum, vel Priuilegium ſimpliciter loqueretur, & diſpo-

neret

neret credendum eſſe libris mercatoris: Artificis vel negotiatoris, adhuc eſſet interpretatione ſupplendum, & intelligendum in ſpectantibus ad mercaturam, ad artem, vel negotium, & non extra *ad tex. in leg. 3. §. eodem modo, ff. naut. caup. ſtabul. Ita poſt ſpecul. Io: Andr. Aretin Rom. Iaſ. & alios Marſilius ſing. 560. Incipit. Habemus in hac Ciuitate Bononiæ, & poſt Dec. Crauett. Alciat. Menochius de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 91. nu. 23. & poſt Gail. & Scacciam Maſcard. de probat. concluſ. 974. num. 28.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum publicum quando habeat exequtionem paratam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum iuratum, an habeat exequtionem paratam.*

2 *Inſtrumentum habet exequtionem ſtante Statuto. Limita, vt ibi.*

3 *Actus non operantur præter intentionem agentium.*

4 *Inſtrumentum habet exequtionem paratam ſtante pacto.*

5 *Contractus à licita partium conuentione legem accipiunt.*

6 *Quando pro Inſtrumento competit via exequtiua, competit pro omnibus in eo promiſſis, licet in eo non liquidatis dummodo liquidentur.*

DECISIO CIX.

1 IN cauſa Frigerij cum Caſtricchio mihi commiſſa, vel remiſſa cum clauſula conſtito, quod ſit locus exequtioni, credidi locum eſſe quia fuerat actum vigore publici Inſtrumenti exequtiui Non quia Inſtrumentum publicum ſaltem iuratum habeat paratam exequtionem, *vt poſt alios ſenſit Marſilius ſing. 356. & Cepoll. cautel. 20.* nam cõtraria eſt communis opinio, *vt teſtatur Scaccia de appellat. quaeſt. 17. ampliat. 12. num. 30. & 31.* vbi
2 ampliat etiam ſi agatur pro depoſito. Non etiam, quia Inſtrumentum habeat exequtionem paratam quãdo Statutum ei tribuit viam exequtiuam, *prout tribuit Statutum Ferrar. lib. 2. cap. 20. & docet Ludouic. dec. Peruſ 23. nu. 32. & Scaccia de appellat. quaeſt. 17. ampliat. 12. nu. 34.* quando quidem non fuerat intentatum remedium prædicti Sta-
3 tuti, vnde dubitari poterat an Statuto locus eſſet, quoniam actus nõ operantur præter intentionem, *leg. non omnis, ff. ſi cert. pet. leg. magis, ff. de acquir. rer. dom* & augebatur dubitatio, quia non modo non fuerat intentata per partẽ, ſed nec ſeruata per Iudicem forma eiuſdem Statuti.
4 Sed motus ſum, quoniam Inſtrumentum habet viam exequtiuam,

quando in ipſo legitur, prout hic legebatur expreſſa conuentio, vt illius vigore, exequtiue poſſit agi, *Bald. in leg. minor viginti quinque cui fideicommiſſum, ff. de minoribus, Canar. de exequt. Inſtrum. queſt. 32. num. 68. Boer. dec. 295. num. 10. Buratt. in Bononien. dotis dec. 274. in fine, & iterum in eadem cauſa dec. 502. num. 1.* Et confert ad hoc ratio, quia
5 contractus à licita partium cõuentione legẽ accipiunt, *leg. 1. §. ſi conuenerit, ff. Depoſit. vbi gl. & Caſtrenſ.*

Non obſtat, quod damna, & intereſſe de quibus etiam agebatur, non
6 eſſent in Inſtrumenta liquidata, nam quando pro Inſtrumento competit via exequtiua, competit pro omnibus in Inſtrumento promiſſis, licet in eo non liquidatis, dummodo poſtea coram Iudice ante ſententiam liquidentur, *Bart. in leg. 1. nu. 17. ff. de leg. 2. Iaſ. in leg. 1. nu. 29. & ſeq. ff. de eden Alex. conſ. 188. num. 1. lib. 2. Galleſ. de oblig. Camer. par. 3. de liquidatione nu. 3. cum alijs adductis per Scacciam de appell. queſt. 17. limit. 9. nu. 24.*

ARGVMENTVM.

Minor, vel mulier quando ſine ſolemnitatibus obligentur.

SVMMARIVM.

1 *Minor, vel mulier contrahens ſine ſolemnitatibus Statutarijs, nec etiam naturaliter obligatur.*

2 *Mulier ex forma Statuti Ferrariæ obligari poteſt etiam vltra decem libras pro neceſſitate victus, vel veſtitus, & quando efficitur locupletior, locũ habet etiam in pupillo, & in Eccleſia.*

DECISIO CX.

1 PRo Iunipera cum Remondino dicebatur, quod licet partitæ eſſent mulieris manu ſubſcriptæ, illa tamen non poterat obligari vltra decem libras ſine ſolemnitatibus Statuti lib. 2. cap. 90. & mulier ſiue etiã minor contrahens reſiſtente Statuto, non ſolum ciuiliter, ſed nec etiam naturaliter obligatur *ad tradita per Rom. conſ. 437. nu. 4 & poſt Couar. & Nauar. Rot. Rom.*
2 *prima par. quinta diuerſorum nu. 10. 18. & ſeq.* Sed idem Statutum in fine ſe limitat quando mulier accepit aliquid pro neceſſitate victus, vel veſtitus, vel quando ex contractu effecta eſt locupletior quæ videbantur caſui congruere, vnde dixi bene iudicatum, eo magis quo
3 Regula, quòd nemo debet cum alterius iactura locupletari, non ſolum in muliere, & in minore, ſed etiam in pupillo, & in Eccleſia locum habet, *leg. pupillo, ff. de ſolut. Buratt. in Romana nullitatis con-*

tra-

tractus dec. 714. num. 4. & in eadem cauſa dec. 814. num. etiam 4. & ibi Ferentill. in litt. A.

ARGVMENTVM.

Solutio ex quibus præſumatur. Dotis confeſſio quando probet numerationem.

SVMMARIVM.

1 *Triginta annorum ſilentio, preſcribitur omnis actio.*
2 *Amplia etiam in legitima.*
3 *Longum tempus cum adminiculis ſufficit ad præſumendam ſolutionem.*
4 *Confeſſio Dotis à marito facta in Teſtamento, valet in vim Legati.*
5 *Probat ſemiplene numerationem.*
6 *Confeſſio Dotis præcedente promiſſione plene probat contra quoſcunque.*
7 *Si creditor ſolitus eſt exigere, & debitor ſolitus ſoluere, facilius præſumitur ſolutio.*
8 *Generalis abſolutio comprehendit etiam cauſam Dotis.*

DECISIO CXI.

Dixi abſoluendum eſſe D. Franchum à Dote petita pro parte hæredum quon. D. Mariæ. Primo, quoniam à die quo agere potuit aduerſaria
2 fluxit longiſſimi temporis ſpatium, & certum eſt quod triginta annorũ ſilentio quæ motę non ſunt actiones, viuendi amplius facultatẽ non habent, *vt loquitur tex. in leg. Sicut, & in leg. omnes, C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, Cephal. conſ. 240. num. 9. Aſt. El. dec. 13. nu. 2. Maſcard. de probat.*
2 *concl. 981. n. 15.* Et quod nedum Dos, ſed etiam Legitima eo tempore præſcribatur, *probat Honded. conſ. 83. nu. 21. lib. 1. Rim. Iun. conſ. 31. nu 57. lib. 1. Gabr. concl. 8. de preſcript. nu. 2.*

Secundo, quia licet tempus longiſſimum ceſſaſſet, ſufficiebat cum ad-
3 miniculis tempus longum ſi non ad preſcriptionem, ſaltem ad inducendam præſumptionem ſolutionis, *Bertazz. conſ. ciuil. 118. num. 6. Maſcard. de probat. concl. 1318. nu. 27. Maurus de ſolut. cap. 17. Surd. dec. 468. nu. 4. & in his terminis Ludouiſ. in Vrbeuetana Dotis dec. 468. nu. 8. Amat. dec. Ferrar. 8. num. 37. & ſeq.* vbi quod poſt decennium ceſſat etiam non numeratæ Dotis, & fraudis exceptio. Aderat autem in-
4 ter adminicula confeſſio mariti in teſtamento facta, quæ non ſolum valet in vim legati, *Surd. dec. 285. nu 4. Gratian. diſcept. 116. nu. 42. &*
5 *ſeq.* Sed etiam ſemiplene probat numerationem, *Bald. Nouell. de Dote par. 6. priuileg. 78. & poſt Bald. Alex. Natt. probat Rota coram Cantuccio*

in

in Vrbeuetana Legati dec. 155. nu. 1. vbi quod ita Domini concorditer
6 tenuerunt. Quod autem præcedente promiſſione mariti, confeſſio
Dotis plene probet numerationem cõtra quoſcunque *probat Afflict. dec. 402. nu. 3. & per tot. Gabr. concl. 4. de iur. Dot. nu. 1. & 2. Maſcard. de probat. concl. 362. nu. 20. Ceuall. in Theſauro commun. cont. commun. quæſt. 432. Seraph. in Tullen. reſeruationis fructuum dec. 795. nu. 1. Ludou. in Ro-*
7 *mana Dotis dec. 62. num 6.* Accebat quod probatum fuerat creditorem eſſe perſonam cautam, & debitorem conſuctum ſoluere ęs alienum, ex quo etiam ſumitur coniectura ſolutionis, *Bertaz. d. conſ. ciuili 118. nu. 13 Rim. iun. conſ. 407. nu 12. Maſcard. de probat. concl. 1318. nu. 28.* Coucurrebant præterea ex abundanti Tractatus tranſactionis in quo petebatur Dos ab hæredibus mariti. Tranſactio ipſa in qua Dos promittebatur Effectuatio in qua ſoluebatur pro Dote ſumma Scutorum 600. Teſtamentum vxoris quæ inter alia credita, Dotem non nominabat Inuentarium ab eadem cõfectum de fratris hæreditate in quo debitum Dotis non legebatur. Demum ge-
8 neralis liberatio ab eadem ſorore fratri facta, quæ cum eſſet verbis ampliſſima, comprehendere videbatur etiam cauſam Dotis *ad tex. in leg. Iulianus, ff. de leg. 31. & in leg. pluribus, ff. de acceptil. cum alijs adductis per Nattam conſ. 410. nu. 6.*

ARGVMENTVM.

Conductor an poſſit appellare ad effectum ſuſpenſiuum.

SVMMARIVM.

1 *Conductor non poteſt retardare reſtitutionem Rei per exceptionem dominij.*
2 *Et non poteſt appellare ad effectum ſuſpenſiuum.*
3 *Materia locationis, & conductionis eſt de iure ſummaria*
4 *Et magis ex forma Stat. Ferrar. tam quo ad reſtitutionem Rei, quam quo ad penſiones.*

DECISIO CXII.

IN cauſa Gaſparis cum Ruffio mãdaui exequi, quoniam agebatur de reſtituenda, ſeu relaxanda Domo locata,
1 & de ſoluendis penſionibus decurſis. Et conductor retardare nõ poteſt reſtitutionem Rei ſibi locatæ per exceptionem dominij, *leg. ſi quis conductionis 2. C. De locato leg. Conductores, C. eodem,* vbi quod incidit etiam in pęnam de qua ibi,
2 *Marant. de ord. Iud. diſtinx. 7. nu. 41.* Et conuentus, & condemnatus ad rei reſtitutionem, & ſolutionem penſionũ actione locati, vel condictione, *ex leg. ſi quis conductionis,* appellare non poteſt ad effectum

ſu-

Digitized by Google

ſuſpenſiuum, *Grammatic. dec. 58. nu. 14. & 15. Marcheſ. de commiß. par. 1. cap 20. nu. 1 & cap. 21. nu. 10. & poſt alios Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 6. membr. 6. num. 37.* Accedit quod materia locationis, & conductionis eſt de iure ſummaria, & celeris expeditionis, *Bald. in leg. ade 5. C. de locat. Grammatic. conſ. 54. in princ. Magon. dec. Lucenſ.*
4 *15. num. 29.* Et multo magis ex diſpoſitione Statut. Ferrar. *lib. 2. cap. 34.* vbi quod conductor locatione finita poteſt expelli, non obſtante appellatione, vel nullitatis dictione, & quacunque conductoris contradictione remota, & quocunque tempore exceptis tribus diebus paſchalibus, & quod ſi ſuper fine locationis oriatur controuerſia, infra ſex dies terminetur à Iudice, & quod ſuper penſionibus Domorum procedatur ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura iudicij & appellatione remota, & ferijs, non obſtantibus præterquam in honorem Dei, & non obſtantibus iuribus Dotalibus vxoris, vel alterius cum conductore cohabitantis.

ARGVMENTVM.

Manutentio cui competat, & ex quibus ad hunc effectum probetur poſſeſſio.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur poſſidenti. Immo, & detinenti, vt nu. 4.*
2 *Ex aſſertione partis nominantis aduerſarium detentorem, vel intruſum probatur poſſeſſio ſufficiens ad manutentionem, & quare nu. 3. & 5.*
3 *Confeſſio qualificata poteſt diuidi, & reÿci pars quæ habet præſumptionem contra ſe.*
4 *Ad manutentionem ſufficit ſola detentio, & inſiſtentia.*
5 *In iudicio manutentionis non quæritur de iuſtitia poſſeſſionis.*
6 *Datur manutentio etiam prædoni quando ex eiſdem actis non conſtat eum eſſe talem.*

DECISIO CXIII.

1 DIxi D. Vandino deberi manutentionem tanquam poſſidenti tempore motæ litis, *ad tex. in §. retinendæ Inſtit. tit. de interdict. & in leg 1. §. Interdictum, ff. de Carbon. edict. Ludou. in Dertuſen. Parochialis dec.*
2 *46. nu. 1.* De poſſeſſione autem Vandini ad hunc effectum ſatis conſtabat ex aſſertione Oliuæ, quæ legebatur in actis, & in qua petens manutẽtionem nominabat Vandinum detentorem, occupatorem, & intruſum. Ex his enim reſultat confeſſio ſufficiens ad manutentionem aduerſarij, *Rot. in Pin-*

Digitized by Google

nen. & Hadrianen. beneficiorum dec. 802. nu. 2. & 3. par. 1. diuerſ. & dec. 525. par. 2. recenſ. & coram Ludou. in Rauennaten. Magazzeni dec. 200. nu. 2. vbi Beltram. nu. 5. & coram Buratt. in Verducen. Abbatia dec. 100.
3 *nu. 19.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi confeſsio importat duo ſcilicet poſſeſsionem, & iniuſtitiam, ſeu intruſionẽ, vel eſt qualificata confeſsio poſſeſsionis iniuſtæ, & cum qualitas intruſionis, & iniuſtitiæ non præſumatur, ideo poteſt diuidi, & reijci pars quæ habet contra ſe præſumptionem, *iuxta theoricam Bart. in leg. Aurelius, §. Idem quæſijt num. 2. ff. de liber. legat. quam ſæpe fuiſſe à Rota canonizatam, teſtatur Beltram. ad Ludou. in d. Rauennaten. Magazzeni dec. 200. nu. 5.*

Accedebat hoc in caſu, quod Oliua nominabat expreſſe aduerſarium
4 detentorem. At ſola detentio, vel inſiſtentia ſufficit ad manutentionem in ſummarijſsimo iudicio, *Couar. pract. quæſt. cap. 17. nu. 5. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. vltimo nu. 18. Rot. coram Buratt. in Rauennaten. Notariatus dec. 131. nu. 7. & coram eodem in Bononien. manutentionis dec. 904. num. 8.*
5 Quia videlicet hoc iudicium eſt facti magis quam iuris, & in eo quæritur an quis poſsideat. Non autem an iuſte, vel iniuſte poſsideat, *ad tex. in leg. 1. ff. de itiner. act. priu. & in leg. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ. Buratt. in d. Bononien. manutentionis dec. 904. nu. 8. & poſt alios Poſtius de manutenendo obſeruat. 42. num. 90.*
6 Vnde datur etiam prędoni manutentio, quoties ex eiſdem actis non conſtat illũ eſſe talem, *ad tradita per Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 1. nu. 113. & ſeq. Gratian diſcept. 899. nu. 21. & 22. Ferentill. ad Burat. in d. Bononien. manutentionis dec. 904. in litt. C.*

ARGVMENTVM.

Inhibitio quando non cauſet attentata.

SVMMARIVM.

1 *Deficiente ſuppoſito, deficit diſpoſitum.*
2 *Reſcriptum ſubreptitium, & multo magis obreptitium eſt nullum.*
3 *Commiſſio emanata vigore reſcripti ſubreptitij, non inducit attentata.*
4 *Qui continuat non attentat.*
5 *Locatio effectuata probat poſſeſſionem, etiam contra tertium.*
6 *Confeſſio facta in precibus plene probat contra confitentem.*
7 *Ex enunciatione facta in precibus, poſſeſſorem eſſe intruſum, probatur eius poſſeſſio.*

De-

DECISIO CXIV.

IN cauſa D. Marphiſæ cum creditoribus, dixi non eſſe locum reuocationi attẽtatorum, ſed potius moderationi inhibitionis.

1 Primo, quia prætenſa inhibitio fuit obtenta ſub falſo ſuppoſito, quod bona eſſent hæreditaria mariti, qui tamen viuens ea creditoribus ceſſerat. Et deficiente ſuppoſito, deficit diſpoſitum, *leg. mancipia, C. de ſeruis fugitiu. Buratt. in Reatina terrarum dec. 52 num. 4. Amat. dec. Ferrar. 4.*
2 *nu. 42. & dec 51. nu. 8.* Et quodcunque reſcriptum tam gratiæ, quam iuſtitiæ vitiatur ex ſubreptione, ſcilicet ex taciturnitate veritatis, & multo magis ex obreptione, hoc eſt ex falſitatis expreſſione, *ad tex. in leg. & ſi legibus 5. C. ſi cont ius vel vtilit. pub. & in cap. 2 de reſcript. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 201. num. 2. & 3.* Et in ſpecie, quod
3 inhibitio emanata vigore reſcripti ſubreptitij non inducat attentata, *docent Pariſ. conſ. 172. nu. 13. lib. 4. Rolan. conſ. 77. nu. 27. lib. 2. Lancellot. de attent. poſt inhib. par. 2. cap. 20. limit. 12. nu. 1.*

Secundo, quoniam actus à creditoribus geſti fuerunt continuatiui eo-
4 rum poſſeſſionis, & qui continuat non attentat, *Lancellott. de attent. poſt inhib. par. 2. cap. 20. limit. 9 num 1. Rota coram Seraph. in Aquinaten. beneficij dec. 432. nu. 4. & corã Ludou. in Burgen. vnionis dec. 557. nu. 1.*
5 *vbi Beltram. nu. 5.* De poſſeſſione autem creditorum conſtabat etiã contra tertium ex locationibus effectuatis, & ſubſequtis penſionum ſolutionibus *ad tradita poſt alios per Gabr. concl. 4. de locat. nu. 2. & ſeq. Seraph. in Ceſenaten. bonorum dec. 1200. nu. 1. Ludou. in Rauennaten. Mazzeni dec. 200. nu. 1. Et in Nucerina Parochialis dec. 500. nu. 2.* Con-
6 ſtabat etiam ex precibus per Marphiſam Eminentiſſimo porrectis, in quibus exponebat creditores Domum poſſidere confeſſio autem facta in precibus plene probat contra confitentem, *leg. cum precum, C. de liber. cauſ. Felin. in cap. Cum in iure peritus nu. 4. De off. delegat. Maſcard. de prob concl. 68. nu. 1. & ſeq. Buratt. in Vẽduſen. Abbatiæ dec. 100.*
7 *nu. 18. & 19.* vbi in ſpecie, quod etiam expoſitio facta in precibus, quod aduerſarius ſe intruſerit, probat eius poſſeſſionem, quia qualitas intruſionis reijcitur cum poſſeſſio præſumatur iuſta in dubio, *& dixi plenius in antecedenti Deciſione.*

ARGVMENTVM.

Quando tertius admittatur ad impediendam exequtionem ſententiæ.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Tertius qui ſciuit cauſam agitari, & tacuit non poteſt impedire exequtionem ſententiæ.*

2 *Tertius non impedit exequtionem ſententiæ faciendam ſuper eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia ſaltem quando præſtatur cautio.*

3 *Tertius non impedit exequtionem niſi in continenti doceat de iure ſuo. Claro nec ad cauſam admittitur niſi vt ibi.*

4 *Et ad impediendam exequtionem, debet docere de poſſeſſionem ſaltem ſumarie.*

5 *An ſciens cauſam agitari, & tacens ſibi præiudicet in poſſeſſione.*

6 *Creditor non poteſt dicere de nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ latæ contra debitorem qui de ea non dixit.*

DECISIO CXV.

Dixi D. Marphiſam impedire non poſſe exequtionem ſententiæ latæ ad fauorem creditoris eius viri.

1 Primo, quia eadē Marphiſa audita fuerat in cauſa agitata contra Herculem eius patrem; Et quando tertius ſciuit cauſam agitari, & tacuit, impedire non poteſt exequtionem ſententiæ in eadem cauſa latæ, *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampl.* 14, *nu. 13. Mareſcott. var reſol. lib. 2 cap. 121. nu. 22. Boerius quæſt. 79. num. 3. Buratt. in Colleu. hæreditatis dec. 917 nu. 4. & ibi late Ferentill.*

2 Secundo, quia quando agitur de facienda exequtione ſuper eadem Re ſuper qua fuit lata ſententia (prout hîc agebatur ſuper eadem Domo) tertius non impedit exequtionem ſaltem quando offertur cautio de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, *Couar. pract. quæſt. cap. 16. num. 3. Oſaſch. dec. 37. num. 4. Ludou. dec. Peruſ. 26. nu. 8. Gratian. diſcept. 261. num. 28.*

3 Tertio, quia tertius nunquam impedit exequtionem niſi in continenti doceat de iure ſuo, alias eſſet in poteſtate cuiuſque impedire exequtiones, *Felin, in cap. veniens nu. 13. in fine de teſtib. Rota dec. 13. in antiq.* vbi quod alias nec ad cauſam admittitur. *Buratt. in Veneta donationis dec. 206. nu. 25.* vbi quod clare, & in continenti docere debet ad im-

4 pediendam exequtionem. Debet autem tertius ante omnia ſaltem ſummarie docere de poſſeſſione ad impediendam exequtionem, *Oſaſch. poſt Affict. d. dec. 37. num. 5. Seraph. in Pamphilonen. Parochialis,*

5 *dec. 314. nu. 2.* Sed quod quando tertius ſciuit cauſam agitari, & non ſe oppoſuit, nec appellauit, ſibi præiudicet in poſſeſsione, *dixerunt*

poſt

poſt alios Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 121. nu. 7 Ludouic. dec. Peruſ. 26. nu. 6. vbi de communi teſtatur quamuis contrarium, quod ſcilicet poſſidens licet ſciat cauſam agitari, & taceat ſibi tamen non præiudicet in poſſeſsione *ſenſerit Felin. in cap. cum ſuper 17 de ſent. & re iudic. Rot. coram Cæſ. de Graſſis dec. 6. de Iudicijs fere per tot.* Quod autem tertius licet creditor non poſsit dicere de nullitate vel iniuſtitia ſententiæ latæ contra debitorem non appellantem *decidit Rota coram Ludouiſ. in Pampilonen. Prioratus dec. 582. nu. 6. & coram Cauallerio dec. 446. per tot.*

ARGVMENTVM.

Sententia quando excuſet ab expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia etiam reuocata excuſat ab expenſis quando reuocatur ex nouis actis veriſimiliter non notis ſuccumbenti.*

Et quid quando ex eiſdem.

DECISIO CXVI.

LVcretia Merlina obtinuerat à D. Prætore Figaroli condemnari Andream Corbolam ad ſoluẽdum prætium liquidandum equi tanquam perempti facto, & culpa eiuſdem Andreæ. Qui appelluuit ad me tanquam Rotæ prætorem, & inductis, & examinatis teſtibus coram me concludenter probauit equm abſq; vlla culpa ipſius Andreæ perijſſe vnde ex nouis actis ſententiam re-
1 uocaui ſed ab expenſis abſolui ex quo ſuccumbens habebat pro ſe ſententiam fauorabilem quæ tribuit iuſtam cauſam litigandi, & ab expẽſis excuſat ſaltem quando ex nouis actis reuocatur *iuxta diſtinxionem Innocentij in cap. finem litibus de Dol. & contumac. quam communiter approbatam dixit Bald. in leg. properandum §. ſin autem C. de Iudicijs, & ſequitur Guid. papæ quæſt. 137. num. 1.* ſaltem quando acta de nouo non erant veriſimiliter prius nota ſuccumbenti *Verall. dec. 179. par. 1. Amat. dec. Fer. 6. num. 79. & dec. 16. num. 24. & dec. 41. num. etiam 24. Dixi dec. 59.* vbi reperies quid iuris ſit quando ex eiſdem actis reuocatur.

ARGVMENTVM.

An emphyteota poſsit emphyteoſim renunciare ad ſe eximeudum a ſolutione Canonis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota non poteſt emphyteoſim renunciare inuito Domino directo.*

2 *Nec feudatarius feudum.*
3 *Et renuncians omni caſu tenetur ad canones præteritos.*
4 *Emphyteota expulſus an teneatur ad canones præteritos.*
5 *Et quid in colono expulſo.*

DECISIO CXVII.

IAcinthus conuentus ad ſoluendum canonem Domus emphyteoticæ ſpectantis ad directum dominium Eccleſiæ S. Stephani tunc vacantis volebat coram me tunc ſpoliorum ſub collectore renun-
1 ciare domum, vt ſe eximeret a ſolutione canonum præteritorum, & futurorum. Dixi quod non poterat inuito Domino directo *ad tex. in leg. 2 in verbo volenti, C. de iur. emphyt. & in leg. quæcunque, C. de fund. patrim. lib. 11. & per illos textus dixit ſpeculat. Io. Andr. Bald. & alij quos ſequitur Iaſ. in d. leg. 2. C. de iur. emphyt nu. 24. Et poſt alios plures Corbol. de cauſ. priuat. ob renunciat.*
2 *nu. 4.* Ita etiã feudatarius renunciare non poteſt feudũ inuito Domino directo, & ſe eximere a ſeruitio *gl. in cap. 1. §. ſimiliter de Capitan. qui cur vend in vſib. feudor. Iac. de Beluiſ. & Nicol. de Neap. in cap. 1. de Vaſſall. qui contr. conſtit. Lottar. beneficium alienauit in eiſdem vſibus, Bald. in cap 1. §. Clauſulas de prohib. feud. alienat. & poſt alios Capoll. de ſeruit. vrbanor. præd. cap. 47. De puteo nu. 4. Alex. qui de magis communi teſtatur in leg. ſi quis vi, §. fin. nu. 14. ff. de acquir poſſeſ. Clar. in §. feudũ quæſt. 34. ſub initium.*

3 Sed quatenus etiam renunciare potuiſſet, & renunciaſſet prædictus Iacinthus, nõ tamen idcirco eximere ſe poterat ab obligatione ſoluendi canones præteritos, quia cum pro præterito tempore commodum perceperit, debet etiam pro eo tempore incõmodum ſentire *ad tex. in leg. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. & in cap. qui ſentit. eod. tit. in ſex. & in leg. vnic. §. in nouiſſimo, C. de caduc. tollend.* vbi quod ferendus non eſt qui lucrum amplectitur, & onus ſubire recuſat. *Et in ſimilibus terminis Capoll. de ſeruitut. vrban. præd. cap. 47. De puteo num. 4. poſt medium.*

4 Imo etiam emphyteota expulſus propter caducitatem adhuc tenetur ad canones præteritos ſaltem quando ſumus in emphyteoſi eccleſiaſtica, *Auth. qui rem, C. de ſacr. Eccl. §. ſi vero quis, Auth. de alienat. & emphyteoſ. & poſt Cyn. Bart. Salic. Petr. de Anchar. & alios tradit Iaſ. in d. leg. 2. C. iur. emphyteot. nu. 124. poſt medium, & num. 126. Clar. in §. emphyteoſis quæſt. 10. verſ. quæro nunc in fine.*

5 Co-

5 Colonus autem ſiue Eccleſiæ ſiue priuati expulſus à locatione indiſtincte tenetur ad penſiones decurſas, *leg. Colonus 63. ibi penſionum debitarum nomine conueniat, ff. locati, Iaſ post alios in d. leg. 2. C. de iur. emphyt. nu. 124. ſub medium*, vbi rationem diuerſitatis adducit inter emphyteotam, & Colonum.

ARGVMENTVM.

Mulieri pro Dote quando competat retentio.

SVMMARIVM.

1 *Vxori competit retentio in bonis viri pro iuribus Dotalibus.*

2 *Non poteſt vxor impedire ſubhaſtationem ad effectum conſignandi pretium prout de iure.*

3 *Romæ ſolet impetrari commiſſio ad prædictum effectum ſubhaſtandi quæ extra cauſam dotis non requiritur.*

Quo ad præiudicium debitoris poteſt creditor retinere rem magni valoris pro modico credito.

DECISIO CXVIII.

1 IN cauſa Dianæ cum creditoribus dixi quod licet vxor habeat pro iuribus dotalibus retentionem in bonis viri donec ſatisfiat, nec poſſint poſteriores creditores auocare poſſeſſionem niſi per ius offerendi *leg. 1. §. cum autem vbi Salicet. C. ſi antiq. creditor Neguſant de pig. par. 5. memb. 3. num. 1. Burat. in Spoletana dotis dec. 286. num. 9.* tenetur
2 tamen mulier præſtare patientiam inſtantibus creditoribus mariti vt bona ſubhaſtentur ad effectũ deponendi prætium, & conſignandi iuxta cuiuſque anteriora, & potiora iura, cum ſic & ipſius mulieris, & creditorum indemnitati conſulatur *Mangilius poſt alios de ſubhaſtationibus quæſt. 55. nu. 3. Rot. coram Cauallet. dec. 429. per tot.* quicquid contra ſenſerit *Bald. de dote priuileg. 21. num. 2. ſub finem*,
3 Romæ autem vt ego vidi ſolet ad remouendas ambiguitates porrigi commiſſio in ſignatura Gratiæ vt Reſcribat Iudici qui procedat ad ſubhaſtationes ad effectum prædictum conſignandi prętium vxori pro Rata dotis, reſiduum vero cæteris creditoribus prout de iure. Quæ tamen commiſſio non requiritur omnino quando ſimplex creditor non dotalis licet anterior retinet quia retenta rata ſui crediti debet reſiduum relaxare poſterioribus *ad tradita per Ferentil. ad Buratt. in Romana Saluiani dec. 420. num. 10. & ſequen.* licet quo ad debitorem poſſit creditor retinere rem magni valoris pro modico credito, *vt ibi poſt Bart. & Gabr. tradit Ferentill.*

Ar-

ARGVMENTVM.

Petens ſe immitti quando ſibi præiudicet in poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur poſſidenti.*

2 *Immiſſio poſſidenti non competit.*

3 *Petens ſe immitti fatetur ſe non poſſidere.*

4 *Fallit quando petit ſe immitti cum Clauſula omni meliori modo.*

5 *Poteſt peti, & concedi immiſſio ad confirmandam poſſeſſionem.*

DECISIO CXIX.

1 IN eadem cauſa dixi, quod mulieri competere non poterat in fundo petita manutẽtio, quoniam hæc competit poſsidenti, *§. Retinendæ inſt. tit. de interdict. leg. 1. § Interdictum autem, ff. vti poſſidetis Dixi*
2 *dec. 113. num. 1.* At cum procurator mulieris ſimpliciter petierit ſe immitti, in neceſſarium antecedens confeſſus eſt ſe non poſſidere, cum immiſsio poſsidenti non competat, *§. Adipiſcendæ inſt tit. de interdict. prout ita per hanc rationem firmat Rota coram Ludouiſ. in Dertuſen. Parochialis dec. 46. nu. 3. & corã Durauo in Romana Caſalis dec. 269. nu. 17.*

Neque obſtabat obiectum, quod petitio immiſsionis intelligi poteſt
3 quo ad naturalem, quod immo petens ſimpliciter ſe immitti, etiam ſi aliquam poſſeſsionem haberet amittit tam ciuilem, quam naturalem, *vt firmat Rota coram Ludouiſ in d. Dertuſen. Parochialis dec. 46. nu. 4. & coram Buratt. in Caietana beneficij dec. 306. nu. 1. vbi Ferentill. in*
4 *litt. A*, quod amittit vtramque poſſeſsionem. Fallit tamen prædicta concluſio quãdo petita eſt immiſsio cum clauſula omni meliori modo, *vt dixit Rota coram Durano in d. Romana de Caſalis dec 269. nu. 20. & eſt apud Poſtium dec. 322. nu. 12.* Ratio eſt, quia tunc immiſsio cen-
5 ſetur petita non ad acquirendam nouam poſseſsionem, ſed ad veterem, & antiquam confouendam, & confirmandam, prout ita peti, & concedi poteſt *ad tex. in leg. 3. §. Miſſum, ff. de Carbon. edict. Tiraq in tract. Le mort, ſaiſit le vif. par. 6. decl. 2. nu. 8. Guid. Pap. dec 132 & 219. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. quæſt. 44. num. 348. & ſeq.* vbi id rationibus. & authoritatibus probat, & de receptiſsima Doctorum ſententia teſtatur.

ARGVMENTVM.

Mandatum morte naturali, vel ciuili quando expiret.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum expirat per Bannum mandantis.*
2 *Idem per Bannum mandatarij.*
3 *Mors Ciuilis non debet plus operari quam naturalis.*
4 *Mandatum morte etiam naturali mandantis, non exſpirat re non integra.*
5 *Procurator Dominus litis effectus non poteſt etiam expreſſe reuocari. Amplia, & limita vt ibi.*

DECISIO CXX.

PRocurator D. Aloysij citatus coram me inſtante
1 D. Marchione, dicebat eius mandatum exſpiraſſe
per mortem Ciuilem principalis qui fuerat ex homicidio Bãnitus *ad tradita per DD in leg. poſt litẽ ff. de proc. Ang. in §. præterea inſtit. tit. de excuſ. tut. Dec. conſ. 460. quem ſequitur Medices tract. Mors omnia ſol*
2 *uit par. 2. concl. 64. nu. 203.* prout etiam per Bannum ipſius procuratoris mandatum expirat, *Bart. in d. leg. poſt litem per illum tex. nu. 1. ff. de proc. Medius d. tract. Mors omnia ſoluit par. 2. concl. 64. nu 206.*
3 Sed prædicta credidi non obſtare, quia mors Ciuilis non poteſt vmquam plus operari quam naturalis *ad tex. in §. minorem inſt. de adopt. & in leg. qui habent cum ibi not. ff. de tutel.* Quamuis autem principalis, mortuus eſſet naturaliter ne dum Ciuiliter, adhuc tamen quando procurator eſt Dominus litis, vt erat in caſu, poteſt agere, & con-
4 ueniri, & iudicium proſequi actiue, & paſſiue, quoniam mandatum naturali morte mandantis non exſpirat quãdo Res non eſt integra, & ſic quando lis eſt contextata cum mandatario, *leg. nulla dubitatio, leg. ſi defunctus, C. de proc. leg. Mandatum, C. Mandati, cap. Relatum de off. deleg. §. Item ſi adhuc inſt. tit. de mandato poſt alios Gabr. concl. 3. de procur. nu 1. & ſeq. Medices in tract. mors omnia ſoluit par. 2. concl. 64. num. 189.*
5 *& nu. 200.* Immo procurator Dominus litis effectus, neque etiam expreſſe à Domino reuocari poteſt niſi ipſo procuratore, & aduerſario conſentientibus, vel niſi ex cauſa ſuperuenienti, *cap. 2. de proc. in ſex. leg. poſt litem 17. ff. De proc. vbi Bart. nu. 2. adducit rationes Rota in Ariminen. bonorũ dec. 145. nu. 1. par. 1. Diuerſ. coram Seraph. & coram eodem in Amerina bonorum dec. 195. nu. 1. & coram Buratt. in Imolen. bonrrum dec. 440. num. 3. & 4.* vbi quod nec etiam ab hærede poſt obitum principalis reuocari poteſt, *poſt Bart. in leg. fundo debito nu. 9. ff. de acq. poſſ. & late Ferentill. ibidem nu. 10.*

ARGVMENTVM.

Mandatum quando expiret per mutationem ſtatus mandantis, vel hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Rei proprium eſt fugere, & Rei à legibus ſæpe fugientes appellantur.*

2 *Per ſuperuenientem furorem mandantis, mandatum expirat.*

3 *Quando de perſona mandantis ad perſonam hæredis ſuccedit mutatio reuocatur mandatum ſecundum Socin. contra num. 5.*

4 *Mandatum decedentis ſine hærede etiam Re non integra expirat.*

5 *Poſt litem contextatam, mandatum non expirat per mortem mandantis, licet pupillos relinquant hæredes.*

DECISIO CXXI.

1 IN eadem idem procurator fugiens tanquam Reus *ad tex. in leg. 2. C. de iur. prop cal. & in leg. 1. C. De recept arbitr.* deducebat principalem reliquiſſe filios infantes, & ideo quod ſaltem quaſi per mutationē
2 ſtatus mandatum videbatur exſpiraſſe ſicut exſpirat per ſuperuenientem furorem mandantis, *leg. ſi*
3 *alicui, alias ſi quis alicui 48 ff. de acquir. hæred.* Et quod quando de perſona mandantis ad perſonā hæredis contingit ſtatus mutatio mandatum expiret allegabatur, *Socin. conſ. 112. num. 12. & 13. lib. 1.* vbi loquitur in caſu in quo, defuncto maiori ſucceſſerat pupillus, dicens quod erit ſingularis, & noua limitatio ad regulam, quod mandatum duraturum poſt mortem, morte mandantis non reuocetur, quia illa procedit, vt inquit ipſe dummodo de perſona mandantis ad perſo-
4 nam hæredis non cōtingat ſtatus mutatio. Sic etiam in ſimili quando principalis ſine hærede decedit. Mandatum exſpirat etiam Re nō integra, *ad tex. in leg. ſi per epiſtolā, ff. de acquir. hæred & in leg. 1. C de action. & oblig. Rom. conſ. 374. nu. 5 Gabr. concl. 3. de proc. nu. 18. Medices*
5 *in tract. Mors omnia ſoluit concl 64. num. 203.* Sed dixi prædicta non obſtare nam procurator poſt litis contextationem non reuocatur morte conſtituentis, etiam ſi relinquat hæredes pupillos, *ad tex. in leg. ſi quis mancipij, § ſi impubes, ff de inſtit, action. Achill. dec. 14. num. 3. de proc. Buratt. in Imolen. bonorum dec. 440. nu. 2.*

ARGVMENTVM.

Mandatum quando duret in ſecunda inſtantia, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Procurator tenetur appellare, ſed non proſequi.*

2 *Man-*

2 *Mandatum expirat per ſententiam, & quando.*

3 *Procurator etiam poſt litem contextatam in prima, reuocari poteſt in ſecunda inſtantia, & quare.*

4 *Fallit quando in mandato adeſt Clauſula releuans.*

DECISIO CXXII.

1 ADhuc in eadem procurator citatus in ſecunda inſtantia poſt appellationem ab eo interpoſitam dicebat citandum eſſe principalem, quoniam ipſe nolebat interuenire ex quo tenebatur appellare, ſed non proſequi, *cap. non Iniuſte in fine, vbi Abb. nu. 5. de procur. Bart. in leg. qui proprio, §. item quaritur num. 4. ff. eodem Nauar. in rub. de iudicijs num 5. Gratian. diſcept. 56.*
2 *num. 25.* Immo quando procurator eſt ſolum conſtitutus ad agendum, & non ad lites, & cauſas motas, & mouendas, mandatum exſpiraſſe dicitur per ſententiam, *Bart. in leg. ſi procurator, ff de procurat. Medices in tract. mors omnia ſoluit par. 2. concl. 64. num. 206* Vnde licet
3 procurator poſt litem cum eo contextatam reuocari non poſſit, id tamen fallit in cauſa appellationis, quia licet per contextationem effectus ſit Dominus inſtantiæ, non tamen Dominus cauſæ, *Vant. de nullit ex defect. inhabilit. num. 162. Mareſcot. variar. reſol. lib. 2. cap. 62. nu. 7. Seraph. in Toletana nullitatis profeſſionis dec. 1180 num. 1. Beltram. ad Ludou in Parmen. ſtatus dec 548. nu 12. Ferentill. ad Buratt. in Imolen.*
4 *bonorum dec. 440. nu. 10.* Sed tamen hæc etiam fallentia fallit quando (vt erat in caſu) adeſt in mandato Clauſula releuans, &c. tunc enim procurator cenſetur fieri Dominus totius cauſæ, & reuocari non poteſt etiam in ſecunda inſtantia, *Gratian. diſcept. 56. nu. 30. & ſeq Mareſcott. var. reſol lib. 2. cap. 62. nn. 8 Seraph in Toletana nullitatis profeſſionis dec. 1180. num 2. Beltram. ad Ludouiſ. in d. Parmen. ſtatus dec. 548. nu. 12. Ferentill ad Buratt. in d. Imolen. bonorum dec. 440. nu. 10. in fine, Coccin. in Taurinen. decimarum dec. 319. nu. 6.*

ARGVMENTVM.

Quando Dos ſuccedat loco legitimæ, & in eius æſtimatione quod tempus attendatur.

SVMMARIVM.

1 *In æſtimanda legitima, an attendatur tempus mortis, vel ſolutionis.*

2 *Dos ſuccedit loco legitimæ quando ſtatutum diſponit, vt non ſit minor legitima.*

3 *Item quoties fœmina excluditur à legitima propter Dotem.*

De-

DECISIO CXXIII.

1 IN cauſa Rotali inter DD. Lecciolos, & Merlos dixi quod in æſtimanda legitima quoad quantitatem bonorum inſpicitur tempus mortis eius ex cuius bonis debetur: Quo vero ad valorem eorumdem bonorum inſpicitur tempus ſolutionis *iuxta diſcurſum habitum in Rota Romana coram Cæſare de Graſſis eius deciſione 156. quæ eſt Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ, & eſt ſexta ſub tit. de teſtam. approbatum, & canonizatum per eandem Rotam coram eodem de Graſſis, vt in eius deciſione 160. quæ eſt decima ſub tit. de teſtam. & iterum coram Iuſto dec. 90. num. 1. & 2. & per tot. inter impreſſas apud Merlinum de legitima.*

Et quod in caſu prædicto Dos ſuccederet loco legitimæ videbatur,
2 prout ſemper ſuccedit quando Statutum mandat congrue dotari, quia Dos congrua intelligitur quæ legitimæ correſpondet, & multo magis quando Statutum id exprimit, vt facit Ferrarienſe *lib. 2. tit. 140.* ibi qualitate perſonæ, & quantitate bonorum conſiderata dummodo Dos deſcendentium non ſit minor legitima, & conſuluit in ſimili Statuto Mutinenſi, *Rim. iun. conſ. 257. nu. 20. lib 2. quem poſt Curt. Anchar. Socin. Brun. Menoch. Simon de Præt. ſequitur Honded. conſ. 53. num. 9. & 10. lib. 2. Galuan. conſ. 31. nu. 60. & ſeq. Merlin. de legit. quæſt 6. nu. 30. Rota in impreſſis apud eundem dec. 374. nu. 3 & ſeq.* Accedebat idem Statutum *eodem lib. 2. in antecedenti tit. 139 verſ. quibus omnibus*, ibi fœminæ ſic excluſæ non poſſint occaſione legitimæ
3 maſculos moleſtare, & inquietare. Quoties autem Statutum prohibet fœminam quam mandat dotari aliquid petere de legitima, & eam excludit à legitima propter Dotem, Dos ſuccedit loco legitimæ, *Galuan. d conſ. 31 num. 54. & poſt Caſtren. Pariſ. Alex. Dec. Surd. Craſ. Couar. Peregr. & alios, Gratian. diſcept. forenſ. 689. nu. 44. & plenius cap. 700. num. 29. & 30. Ludouiſ. in Perusina fideicommiſſi de Alphanis, dec. 565. nu. 4. Buratt. in Romana de Marganis dec 215. nu. 12.*

ARGVMENTVM.

In æſtimandis melioramentis quid attẽdatur. Et quando pro eis detur retentio.

SVMMARIVM.

1 *In reficiendis melioramentis attenditur, quod minus eſt inter impenſum, &élioratum.*

2 *Quando de melioramentis in genere conſtat datur retentio, & non admittitur cautio. Amplia. Declara, & limita, vt ibi.*

De-

DECISIO CXXIV.

1 IN eadem cauſa dicebam inſpiciendum eſſe in reficiendis melioramentis, quod minus eſt inter impenſum, & melioratum, *ad tex. in leg. In fundo 39. ff. de rei vendict.* ibi eo vſque quo pretioſior fundus factus eſt, & ſi plus pretij fundo acceſſit, ſolum quod impenſum eſt, *& ibidem gl. in verb. pretij. Tiraquel. de retract. conuention. §. 7. gl. 1. num. 8. Neguſant. de pignor. par. 5. memb. 4. num 11. Vincent de Franch. dec. 109. nu. 1. Ludou. dec. Peruſ. 58. quæ eſt finalis in par. 1 nu. 14. & 15. Rota coram Seraph. in Placentina bonorum dec. 547. num. 6. & in Romana Viridarij, ſeu melioramentorum dec. 1051. nu. vnico, & ibi Additio.*

Et licet quando de melioramentis conſtat in genere diceretur non eſ-
2 ſe locum cautioni ſed potius aſſignationi termini ad liquidandum in ſpecie, & interim retentioni *ad tradita per Tiraquell. de retract. conuent. § 7. gl. 1. nu. 13. Menoch. de recuperan. rem 15. nu 570. Capic. dec. 11. num. 7. Buratt. qui loquitur etiam in ſpolio in Spoletana bonorum dec. 169. num. 11. & ibi Ferentill. num. 15. alias Rotæ deciſiones adducit*, ſubdens non eſſe locum cautioni niſi quando melioramenta ſunt omnino illiquida, & tunc etiam duas affert limitationes, videlicet quando melioramenta debentur ex conuentione, vel ex ſententia. Attamen in caſu prædicto viſum fuit eſſe locum cautioni cum plures termini reperirentur aſſignati *ad tradita per Rotam coram Lancellotto in Romana Vinearum dec. 619. num. 2. par. 1. Diuerſ. & coram Buratt. in Maccraten. Saluiani dec. 441. num. 7.* & eo magis quo accedebant etiam aliquæ circumſtentiæ ſuadentes cautionem potius quam retentionem *ad tradita per Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 82. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 672. num. 26. & ſeq.* vbi quod in hoc articulo Iudicis arbitrio multum relinquitur

ARGVMENTVM.

Iudex requiſitus, an & quando exequi debeat ſententias alterius Iudicis. Fructus fideicommiſſario quando deberi incipiant.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requiſitus debet exequi ſententias alterius Iudicis. Amplia vt ibi.*
2 *Nec tenetur de iuſtitia ſententiæ exequendæ cognoſcere. Declara, vt ibi.*
3 *Sed quando ei conſtaret de notoria iniuſtitia, vel nullitate deberet abſtinere.*
4 *In liquidatione ſufficiunt leuiores probationes, & præſumptiones.*
5 *Fideicommiſſario debentur fructus poſt moram hæredis grauati.*

 6 Fa-

6 *Fauore pupilli, vel minoris mora committitur ipſo iure, niſi agatur contra alium pupillum, vel minorem.*

7 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus æque priuilegiatum.*

8 *Fauore quorum mora committatur ipſo iure. Et quid in vidua.*

9 *Viduæ non debentur fructus dotis niſi poſt interpellationem, & quando non habet aliunde.*

10 *Priuilegium pupilli tanquam naturale præfertur in dubio accidentali priuilegio viduitatis.*

11 *In materia leg. vnica, C. quando imp. an pupilli, & viduæ æquiparentur.*

12 *Notoria iniuſtitia quæ dicatur.*

13 *Compenſatio etiam poſt rem iudicatam poteſt opponi.*

DECISIO CXXV.

DOmini me proponente dixerunt mereri exequtio-
nem Litteras ſubſidiarias Excellentiſſimi D. Vi-
carij Rhodigij nobis directas, inſtante Illuſtriſſi-
mo D. Ioſepho Guarino, & pro eo Illuſtriſſima
D. Iulia Areoſta eius matre, pro ſumma tamen li-
1 brarum tredecim millium. Quoniam Iudex ſiue
ſæcularis, ſiue Eccleſiaſticus requiſitus tenetur alter alteri præſtare
auxilium pro complemento Iuſtitiæ, & alter alterius ſententias exe-
qui *ad tex. in cap. 1 de off. ordin. vbi gl. in verb. publicum, & in cap. Dile-
cto, vbi Io: Andr. & Franch de ſent. excom. in ſexto, leg à Diuo pio, §. ſen-
tentiam, ff. de re iudic. vbi Bart. nu. 5. Surd. conſ. 405. nu. 6.* vbi quod re-
cuſans tenetur parti ad intereſſe, & tamen poteſt à ſuperiore com-
2 pelli *Canceri. var. reſol. par. 2. cap. 15. nu. 2.* Nec tenetur, aut debet Iu-
dex requiſitus cognoſcere de iuſtitia ſententiæ exequendæ, *Cyn. in
leg. properandum, §. Sin autem, C. de Iudic. Felin. in cap. de cætero in princ.
verſ. Fallit primo de ſent. & re iudic. Couar. variar. reſolut lib. 1. cap 1. nu.
10. Surd. d. conſ. 405. nu 7.* vbi quod id omnino procedit in cauſa ci-
uili, *& Surdum ſequendo firmat Rota in Auenionen. Arreſti coram Donu-
zetto dec. 576. nu. 3. & ſeq. par. ſecunda recentiſſimarum, ſeu poſthumarum.*
3 Et licet quando conſtat de notoria nullitate, vel iniuſtitia ex eiſdem
actis, Iudex requiſitus poſſit, & debeat ab exequendo abſtinere, &
remittere cauſã ad Iudicẽ requirentẽ *ad tradita per Surd. d. cõſ. 405 n.
1. & 16. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 38. n. 9 & 21. Cancer. variar.
reſol. par. 2. cap. 15. nu. 2 33. & 54. Rota in Romana Grani dec. 85. nu. 1.
par. 1. Diuerſor.* attamen præterquam quod Iudex requiſitus videtur
poſſe, ſed non teneri abſtinere ab exequtione ſententiæ ciuilis for-

ſan

ſan iniuſtæ *ad tex.in d.leg.à Diuo pio,§.1.ibi,Si hoc viſum fuerit (ſecundum vnam lecturam,ff.De re iudic.& probat Surd.d.conſ.405.nu.26.& ſeq.& videtur ſenſiſſe Rota in d. Aueuionen.)* viſum etiam fuit Dominis hoc in caſu non conſtare de prætenſa notoria, vel nullitate, vel
4 iniuſtitia præſertim cum ageretur de liquidatione in qua leuiores probationes,ac etiam coniecturæ de iure ſufficiunt, *Seraph. in Auximana bonorum dec.955.num.3.& 4. Burat.in Romana Domus dec.678. num.4.& in Romana,ſeu Tiburtina Caſtrorum dec.722. num.4.& ſeq.*
5 Et quamuis diceretur iniuſta condemnatio ad fructus à die obitus cum ſolum debeantur poſt moram *ad tex. in leg.mulier,§.Si hæres,& leg.poſtulante,§.1.& leg.fideicõmiſſariam,ff.Ad Sen.Conſ.Trebell.Craſſ. de ſucceſſion.§.fideicommiſſum queſt 49.nu.4.Peregr.de fideicom.artic.49. nu.79.Fuſar.de ſubſtit.queſt.626.nu.50.*fuit tamen Reſponſum,quod
6 fauore D. Ioſephi fideicommiſſarij, & pupilli mora ipſo iure commiſſa erat *ad tex.in leg.In minorum, C.In quibus cauſis in integrum reſtitutio*. Et ita fructus à die obitus ei debebantur, *vt in his terminis docent Bart.in d.leg. fideicommiſſariam, ff.Ad Sen.Conſ.Trebell.& ibidem Rip.nu.10.Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.caſ.246.nu.2.Mantica de coniect. vltim. vol.lib.7.tit.10.nu.8.& 27. Surd.dec.25. nu.12.& ſeq.Peregr. de fideicom.d.art.49.nu.87.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.626.nu.57.* Et licet aliqui ex prędictis id limitent quãdo agitur contra alium pupillum, *vt per Peregr.poſt Caſtren.d.art.49.nu.87.in fine,Franch.dec.16.num.3.*
7 ea ſcilicet ratione, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus æquæ priuilegiatum, *iuxta tex.in leg. Sed & milites,ff.de excuſ.tut. & in leg. verum, §.Item quæritur, ff.de minor. & in cap.cauſam de præbend.cum alijs adductis à Nouaria de variat.fore ſection 4 quæſt.62.nu.2.* Attamen quod vidua in hac ſpecie non ſit priuilegiata, *colligebatur*
8 *ex traditis per eumdem Nouarium d.queſt.62.nu.5.*vbi inter eos qui priuilegiantur in hoc,quod mora eorum fauore committatur ipſo iure, numerat minorem Eccleſiam fiſcum vniuerſitatem, non autem vi-
9 duam, & patebat etiam ex eo, quod viduæ non debentur fructus Dotis,niſi conſtet de illius paupertate,& de interpellatione, *Seraph. in Aſculana bonorum Dec.1406. nu.4.& 5.Ludouiſ.in Ciuitatis Caſtelli hæreditatis dec.204.num.29.* quæ quidem interpellatio non eſſet exi-
10 genda ſi fauore viduæ mora ipſo iure, & ſic abſque interpellatione committeretur. Præterea priuilegium pupillaris ætatis tanquam naturale præferendum etiam videbatur in dubio accidentali priuilegio viduiattis, *ad tex.in leg.qui habent 3.& ibidẽ Bald.ff.de tutel. Af-*

flict.

flict. & Caravita, & poſt eos Scaccia de appellat. quæſt. 7. num. 128. & ante
11 *eum Marcheſan. de commiß. par. 2. cap. 4. nu. 35.* Et quamuis viduarum, & pupillorum priuilegium æquiparari in materia *leg. vnica, C. quando Imper. inter pupil. & vid. defendat octo fundamētis, Couarruuias pract. quæſt. cap. 7. nu. 4. verſic. 1. & Nouarius de variat. fori ſect. 4. quæſt. 6. nu. 15.* Reſpondetur, quod præterquam quod id non percutit noſtram facti ſpeciem, non eſt ſine iuris controuerſia cum habeat quos
12 dixi contradictores, quod ſatis eſſet ad remouendam notorietatem iniuſtitiæ cum notorium dicatur in his terminis, quod nullam iuris diſputationem admittit, *Rip. in leg. 4. §. Condemnatum, ff. De re iudic. Caphal conſ. 201. nu. 10. Gabr. concluſ. 1. de exeq. rei iudic num. 9. Buratt. in Signina pænarum dec. 597. num. 2. & 3.* vbi quod reſultare debet ex eiſdem actis, & talis quæ nullo colori velare poſſit, *Dixi dec. 4. num. 11 & ſeq.*

Demum ad tollendum omnem alium difficultatis ſcrupulum; ex ſumma librarum ſexdecim millium in litteris expreſſa, fuerunt detractæ libræ tres mille inſpectis oppoſitionibus de nouo deductis, & ex
13 æquitate auditis præſertim per modum compenſationis, quæ alias poteſt etiam poſt rem iudicatam, & in exequtione opponi, *leg. 2. in fine, C. De compenſ. Felin. in cap. ſuborta nu. 7. de re iudic. Ludouiſ. in Mutinen. Canonicatus dec. 342. num. 2.*

ARGVMENTVM.

Laudum non decidens omnes controuerſias, ſed aliquas reſeruans an ſit nullum.

SVMMARIVM.

1 *Laudum contra formam Statuti, vel compromiſſi non decidens omnes Articulos eſt nullum, & quid ceſſante ſtatuto vel pacto. Sed vid. nu. 3.*
2 *Poteſt pronunciari ſuper liquido, & illiquidum reſeruari.*
3 *Sententia ferri non debet ſub conditione, ſed lata valet.*

DECISIO CXXVI.

IN cauſa D. Licinij cum D. Riualio dicebatur nullum laudum quia reſeruabat iura Riualio ſuper prætenſo eius credito pro adminiſtratione Licinij, & ſic non decidebat omnes differentias, quod videbatur contra formam Statuti *lib. 2 tit 22. de compromiſſis faciendis inter coniunctos verſic. Volentes*, ibi; Terminando omnia, & ſingula ſine aliqua reſeruatione ſuper toto, vel parte negotij principalis compromiſſum

ſum

Digitized by Google

1 ſum autem ſtipulatum fuerat iuxta formam Statuti. At quando in compromiſſo adeſt pactum, vt omnia terminentur, & vnum ſine aliquo non decidatur, & ſit aliqua reſeruatio in Laudo, Laudum etiam quo ad deciſa redditur nullum, *ad text. in l.g. quid tamen ſi de pluribus 25. ff. de recept. arbitr. Abb. in cap. cum inter nu. 23. Felin. ibidem nu. 7. de ſent. & re iudic. Buratt. in Romana Laudi dec. 14. nu. 29.* vbi quod idem eſt etiam de iure communi ceſſante Statuto, vel pacto, *per tex in leg. non diſtinguemus 37 §. Quæſitum, ff. de recept. arbitr. Adde tex in leg Dicere 23. §. 1. ff. eodem Mantica dec. 299. num. 4. Caualler. in Romana Laudi dec. 647. num. 1.*

Sed credidi obiectum non obſtare, primo quia cum Riualius non ſatis liquidaſſet eius creditum, eidem erat imputandum, & nõ Iudici qui
2 propterea tunc potuit pronunciare ſuper liquidis, & illiquida reſeruare, *ad tradita per Abbat. in cap. 1. num. 9. De mutuis petition. Miſing r. obſeru. 10. nu 1. cent. 1. Rot. dec. 427. nu 2. par. 2. recenſ. coram Veroſpio, & coram Caualler in d. Romana laudi dec. 647. nu. 3. vbi ſic reſpondet deciſioni Buratti quam allegauerat nu. 1.*

3 Secundo, quia Statutum præcipiens per arbitrum laudari ſine reſeruatione nõ ideo annullat Laudum cum reſeruatione prolatum. Vnde licet Arbiter male fecerit ſic arbitrando, Arbitramentum tamen valet, *ad tex. & ibi tradita per DD. in leg. 1. §. biduum, ff. quãdo appellanſit*, vbi dicitur ſententiam non eſſe ferendam ſub conditione, & tamen ſub conditione latam valere, & in terminis prællegati Statuti Ferrariæ, *ita reſpondit Paſettus conſ. 79. num. 7. & ſeq.* vbi quod id magis procedit quando reſeruatio non eſt. Quo ad principales Articulos attentis verbis ſupradictis eiuſdem Statuti.

ARGVMENTVM.

Quando obtinens in vno iudicio cauere debeat de reſtituendo in caſu quo ſuccumbat in alio.

SVMMARIVM.

1 *Interpoſita ſupplicatione à ſententia Præfecti fit exequutio cum cautione.*
2 *Quando tertius ſe opponit exequutioni ſententiæ fit exequutio cum cautione.*
3 *Obtinens in manutentione non tenetur cauere de fructibus reſtituendis.*
4 *Obtinens alimenta, & ſumptus litis non tenetur cauere de illis reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ.*

Mmmmm De-

videbatur cooperari poſſe ad ſupplendam extrinſecam illam ſolemnitatem extẽſionis *ad tradita per Oſaſch. dec. Pedem. pri. num. 20. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Teſtis vnicus quando probet. Solutio in dubio in quam cauſam cedat:

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus plene probat in ſumma modica.*

2 *Deponens de facto proprio pluſquam ſemiplene probat, & cum adminiculis plene.*

3 *Probanti ſemiplenæ defertur iuramentum ſuppletorium concurrentibus requiſitis.*

4 *Solutio non facta declaratione cedit in cauſam antiquiorem niſi ad ſit cauſa durior, & durior cenſetur quæ habet fideiuſſorem.*

DECISIO CXXIX.

AD inſtantiam Hebrei grauatus Gironus pro naulo quorumdam mobilium ſub eius fideiuſſione locatorum, appellauerat ad me pſoducens fidem recognitam quod ipſe poſt tres menſes fuerat proteſtatus Hebreo vt ſua mobilia recuperaret quia nolebat amplius in fideiuſſione perſiſtere, & quod
1 Hebreus de nouo ſequta fide principalis conductoris eidem relocauerat, & licet eſſet vnicus teſtis, in ſumma tamen modica videbatur plene probare *ad tradita per Bart. in leg. 2. in fine C. vbi in rem actio Iaſ. in leg. admonendi ff. de iureiur. nu. 187. vbi de communi Marſilius ſing. 433. Matteſil. ſing. 1. & 2. Gab. concluſ. 1. de teſtib. num. 22.*
2 *& 41.* & præſertim cum de facto proprio deponeret qui etiam in ſumma non modica pluſquam ſemiplene probat, & cum adminiculis plene *Rot. dec. 391. nu. 10. par. 1. recenſ. & dec. 113. nu 11. par. 5. diuerſ. Seraph. in Romana de Foſſanis dec 889. num. 3. Burat. in Romana penſionis domus dec. 360. num. 1. Gabriel d. concluſ. 1. de teſtib. nu. 18. & num. 21.* vbi ampliat etiam ſi alias eſſet inhabilis, & refert quindecim Doctores ſentientes etiam ſine adminiculis plene pro-
3 bare. Et ſaltem locus erat delationi iuramenti ſuppletorij *ad tradita per DD. in leg. admonendi ff. de iureiur. & per Hoſtien. in ſumma, & per Marant. in ſpeculo in cap. de iuramento num. 4. & ſeq.* vbi ſex numerat requiſita quæ hic bene concurrebant, *& per Maſcard. de prob. concluſ. 911. n. 3. & ſeq.* Et licet Hæbreus reſponderet quod etiam

admiſ-

Digitized by Google

admiſſa veritate fidei prædictæ, adhuc fouebat bonum ius quia ſaltem pro tribus primis menſibus tenebatur Gironus, attamen replicabam quod cum Hebreus ageret pro reſiduo nauli videbatur libe-
4 ratus Geronus quoniam ſolutiones ſimpliciter præſtitæ cedebant in naulum priorum trium menſium tanquam in cauſam antiquiorem *ad tex. in leg. in ijs vero 1. & in leg. fideiuſſor. 24. ff. de ſolut. Rot. in Aquilana Releuationis indemnitatis dec. 113. num. 3. par. 1. diuerſ. Ludouiſ. in Romana pecuniaria dec. 366. nu. 5. Beltram. ad eumdum in vrbeuetana Dotis dec. 521. num. 13. Ferentill. ad Burat. in Cremonem penſionis dec. 541. num. 6.* ſed licet non fuiſſet antiquior, adhuc in eam cauſam ceſſiſſet ſolutio tanquam in duriorem *ad tex. in d. leg. in ijs vero in fine ff. de ſolut.* ibi niſi cauſa prægrauet; grauior eſt autem cauſa quæ ſub ſatiſdatione debetur *Rot. in d. dec. 113. nu. 3. par. 1. diuerſorum*. Partes concordaui.

ARGVMENTVM.

Quando, & quomodo deferatur Iuramentum Affectionis.

SVMMARIVM.

1 *Commodanti aduerſus commodatarium defertur iuramentum Affectionis.*
2 *Quæ requirantur ad deferendum iuramentum Affectionis remiſſiue.*
3 *Iudex poteſt taxare quantitatem infra quam iuretur in litem.*
4 *Verbum poteſt eſt facultatiuum, & quod voluntati committitur, neceſſitati non ſubicitur.*
5 *Iudicis taxatio in iuramento veritatis debet præcedere: In iuramento autem Affectionis poteſt etiam ſequi.*

DECISIO CXXX.

IN cauſa Ioannis Baptiſtæ cum Nigris. Dicebam D. Iudicem à quo rite proceſſiſſe, & recte iudi-
1 caſſe quoniam de iure defertur iuramentum in litem etiam Affectionis commodanti contra commodatarium non reſtituentẽ rem commodatam licet alleget rei amiſſionem, dommodo eam non probet *ad tex. in leg. in Actionibus ff. de in litem iurando, & in leg. 3. §. in hac actione vbi Caſtrenſ. ff. commodati Bart. in leg. Commodare in fine ff. commodat Plot. poſt alios in leg. ſi quanndo C. vnde vi §. 19. num.*
2 & quia agebatur de re in quam cadebat Affectio, & concurrebant alia requiſita ad deferendum iuramentum prædictum *qua recenſet Bart. in d. leg. in actionibus ff. de in litem iurand. nu. 3. & copioſius ibid. Iaſ. num. 34.*

DECISIO CXXIII.

1 IN cauſa Rotali inter DD. Lecciolos, & Merlos dixi quod in æſtimanda legitima quoad quantitatem bonorum inſpicitur tempus mortis eius ex cuius bonis debetur: Quo vero ad valorem eorumdem bonorum inſpicitur tempus ſolutionis *iuxta diſcurſum habitum in Rota Romana coram Cæſare de Graſſis eius deciſione 156. quæ eſt Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ, & eſt ſexta ſub tit. de teſtam. approbatum, & canonizatum per eandem Rotam coram eodem de Graſſis, vt in eius deciſione 160. quæ eſt decima ſub tit. de teſtam. & iterum coram Iuſto dec. 90. num. 1. & 2. & per tot. inter impreſſas apud Merlinum de legitima.*

Et quod in caſu prædicto Dos ſuccederet loco legitimæ videbatur, 2 prout ſemper ſuccedit quando Statutum mandat congrue dotari, quia Dos congrua intelligitur quæ legitimæ correſpondet, & multo magis quando Statutum id exprimit, vt facit Ferrarienſe *lib. 2. tit. 140.* ibi qualitate perſonæ, & quantitate bonorum conſiderata dummodo Dos deſcendentium non ſit minor legitima, & conſuluit in ſimili Statuto Mutinenſi, *Rim. iun. conſ. 257. nu. 20. lib. 2. quem poſt Curt. Anchar. Socin. Brun. Menoch. Simon de Prat. ſequitur Honded. conſ. 53. num. 9. & 10. lib. 2. Galuan. conſ. 31. nu. 60. & ſeq. Merlin. de legit. quæſt 6. nu. 30. Rota in impreſſis apud eundem dec. 374. nu. 3 & ſeq.* Accedebat idem Statutum *eodem lib. 2. in antecedenti tit. 139 verſ. quibus omnibus*, ibi fœminæ ſic excluſæ non poſſint occaſione legitimæ 3 maſculos moleſtare, & inquietare. Quoties autem Statutum prohibet fœminam quam mandat dotari aliquid petere de legitima, & eam excludit à legitima propter Dotem, Dos ſuccedit loco legitimæ, *Galuan. d. conſ. 31 num. 54. & poſt Caſtren. Pariſ. Alex. Dec. Surd. Craſſ. Couar. Peregr. & alios, Gratian. diſcept. forenſ. 689. nu. 44. & plenius cap. 700. num. 29. & 30. Ludouiſ. in Peruſina fideicommiſſi de Alphanis, dec. 565. nu. 4. Buratt. in Romana de Marganis dec 215. nu. 12.*

ARGVMENTVM.

In æſtimandis melioramentis quid attẽdatur. Et quando pro eis detur retentio.

SVMMARIVM.

1 *In reficiendis melioramentis attenditur, quod minus eſt inter impenſum, & melioratum.*

2 *Quando de melioramentis in genere conſtat datur retentio, & non admittitur cautio. Amplia. Declara, & limita, vt ibi.*

De-

DECISIO CXXIV.

1 IN eadem cauſa dicebam inſpiciendum eſſe in reficiendis melioramentis, quod minus eſt inter impenſum, & melioratum, *ad tex. in leg. In fundo 39. ff. de rei vendict.* ibi eo vſque quo pretioſior fundus factus eſt, & ſi plus pretij fundo acceſſit, ſolum quod impenſum eſt, *& ibidem gl. in verb. pretij. Tiraquel. de retract. conuention. §. 7. gl. 1. num. 8. Neguſant. de pignor. par. 5. memb. 4. num 11. Vincent de Franch. dec. 109. nu. 1. Ludou. dec. Peruſ. 58. quæ eſt finalis in par. 1 nu. 14. & 15. Rota coram Seraph. in Placentina bonorum dec. 547. num. 6. & in Romana Viridarij, ſeu melioramentorum dec. 1051. nu. vnico, & ibi Additio.*

Et licet quando de melioramentis conſtat in genere diceretur non eſ-
2 ſe locum cautioni ſed potius aſſignationi termini ad liquidandum in ſpecie, & interim retentioni *ad tradita per Tiraquell. de retract. conuent. § 7. gl. 1. nu. 13. Menoch. de recuperan. rem 15. nu 570. Capic. dec. 17. num. 7. Buratt. qui loquitur etiam in ſpolio in Spoletana bonorum dec. 169. num. 11. & ibi Ferentill. num. 15. alias Rota deciſiones adducit,* ſubdens non eſſe locum cautioni niſi quando melioramenta ſunt omnino illiquida, & tunc etiam duas affert limitationes, videlicet quando melioramenta debentur ex conuentione, vel ex ſententia. Attamen in caſu prædicto viſum fuit eſſe locum cautioni cum plures termini reperirentur aſſignati *ad tradita per Rotam coram Lancellotto in Romana Vinearum dec. 619. num. 2. par. 1. Diuerſ. & coram Buratt. in Maceraten. Saluiani dec. 441. num. 7.* & eo magis quo accedebant etiam aliquæ circumſtentiæ ſuadentes cautionem potius quam retentionem *ad tradita per Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 82. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 672. num. 26. & ſeq.* vbi quod in hoc articulo Iudicis arbitrio multum relinquitur

ARGVMENTVM.

Iudex requiſitus, an & quando exequi debeat ſententias alterius Iudicis. Fructus fideicommiſſario quando deberi incipiant.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requiſitus debet exequi ſententias alterius Iudicis. Amplia vt ibi.*
2 *Nec tenetur de iuſtitia ſententiæ exequendæ cognoſcere. Declara, vt ibi.*
3 *Sed quando ei conſtaret de notoria iniuſtitia, vel nullitate deberet abſtinere.*
4 *In liquidatione ſufficiunt leuiores probationes, & preſumptiones.*
5 *Fideicommiſſario debentur fructus poſt moram hæredis grauati.*

6 Fauore pupilli, vel minoris mora committitur ipſo iure, niſi agatur contra alium pupillum, vel minorem.

7 Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus aque priuilegiatum.

8 Fauore quorum mora committatur ipſo iure. Et quid in vidua.

9 Viduæ non debentur fructus dotis niſi poſt interpellationem, & quando non habet aliunde.

10 Priuilegium pupilli tanquam naturale præfertur in dubio accidentali priuilegio viduitatis.

11 In materia leg. vnica, C. quando imp. an pupilli, & viduæ æquiparentur.

12 Notoria iniuſtitia quæ dicatur.

13 Compenſatio etiam poſt rem iudicatam poteſt opponi.

DECISIO CXXV.

DOmini me proponente dixerunt mereri exequtionem Litteras ſubſidiarias Excellentiſſimi D. Vicarij Rhodigij nobis directas, inſtante Illuſtriſſimo D. Ioſepho Guarino, & pro eo Illuſtriſſima D. Iulia Areoſta eius matre, pro ſumma tamen li-
1 bratum tredecim millium. Quoniam Iudex ſiue ſæcularis, ſiue Eccleſiaſticus requiſitus tenetur alter alteri præſtare auxilium pro complemento Iuſtitiæ, & alter alterius ſententias exequi *ad tex. in cap. 1 de off. ordin. vbi gl. in verb. publicum, & in cap. Dilecto, vbi Io: Andr. & Franch de ſent. excom. in ſexto, leg à Diuo pio, §. ſententiam, ff. de re iudic. vbi Bart. nu. 5. Surd. conſ. 405. nu. 6.* vbi quod recuſans tenetur parti ad intereſſe, & tamen poteſt à ſuperiore com-
2 pelli *Canceri. var. reſol. par. 2. cap. 15. nu. 2.* Nec tenetur, aut debet Iudex requiſitus cognoſcere de iuſtitia ſententiæ exequendæ, *Cyn. in leg. properandum, §. Sin autem, C. de Iudic. Felin. in cap. de cætero in princ. verſ. Fallit primo de ſent. & re iudic. Couar. variar. reſolut lib. 1. cap 1. nu. 10. Surd. d. conſ. 405. nu 7.* vbi quod id omnino procedit in cauſa ciuili, *& Surdum ſequendo firmat Rota in Auenionen. Arreſt: coram Donuzetto dec. 576. nu. 3 & ſeq. par. ſecunda recentiſſimarum, ſeu poſthumarum.*
3 Et licet quando conſtat de notoria nullitate, vel iniuſtitia ex eiſdem actis, Iudex requiſitus poſſit, & debeat ab exequendo abſtinere, & remittere cauſã ad Iudicẽ requirentẽ *ad tradita per Surd. d. cõſ. 405 n. 1. & 16. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 38. n. 9 & 21. Cancer. variar. reſol. par. 2. cap. 15. nu. 2 33. & 54. Rota in Romana Grani dec. 85. nu. 1. par. 1. Diuerſor.* attamen præterquam quod Iudex requiſitus videtur poſſe, ſed non teneri abſtinere ab exequtione ſententiæ ciuilis forſan

ſan

ſari iniuſtæ *ad tex.in d.leg.à Dino pio,§.1.ibi,Si hoc viſum fuerit (ſecun-*
dum vnam lecturam,ff.De re iudic.& probat Surd.d.conſ.405.nu.26.&
ſeq.& videtur ſenſiſſe Rota in d. Aueniouen.) viſum etiam fuit Domi-
nis hoc in caſu non conſtare de prætenſa notoria, vel nullitate, vel
4 iniuſtitia præſertim cum ageretur de liquidatione in qua leuiores
probationes,ac etiam coniecturæ de iure ſufficiunt, *Seraph. in Auxi-*
mana bonorum dec.955. num.3.& 4. Burat.in Romana Domus dec.678.
num.4. & in Romana,ſeu Tiburtina Caſtrorum dec.722. num.4.& ſeq.
5 Et quamuis diceretur iniuſta condemnatio ad fructus à die obitus
cum ſolum debeantur poſt moram *ad tex. in leg.mulier, §.Si hæres, &*
leg.poſtulante, §.1. & leg.fideicōmiſſariam,ff.Ad Sen.Conſ.Trebell.Craſſ.
de ſucceſſion.§.fideicommiſſum quæſt.49.nu.4.Peregr.de fideicom.artic.49.
*nu.79.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.626.nu.50.*fuit tamen Reſponſum,quod
6 fauore D. Ioſephi fideicommiſſarij, & pupilli mora ipſo iure com-
miſſa erat *ad tex.in leg.In minorum, C.In quibus cauſis in integrum reſti-*
tutio. Et ita fructus à die obitus ei debebantur,*vt in his terminis do-*
cent Bart.in d.leg. fideicommiſſariam, ff.Ad Sen.Conſ.Trebell.& ibidem
Rip.nu.10.Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.caſ.246.nu.2.Mantica de coniect.
vltim. vol.lib.7.tit.10.nu.8.& 27. Surd.dec.25. nu.12.& ſeq.Peregr.
de fideicom.d.art.49.nu.87.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.626.nu.57. Et licet
aliqui ex prędictis id limitent quādo agitur contra alium pupillum ,
vt per Peregr.poſt Caſtren.d.art.49.nu.87.in fine,Franch.dec.16.num.3.
7 ea ſcilicet ratione, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio aduer-
ſus æquæ priuilegiatum, *iuxta tex.in leg. Sed & milites,ff.de excuſ.tut.*
& in leg. verum, §.Item quæritur, ff.de minor. & in cap. cauſam de præ-
bend.cum alijs adductis à Nouaria de variat.fore ſection 4 quæſt.62.nu.2.
Attamen quod vidua in hac ſpecie non ſit priuilegiata, *colligebatur*
8 *ex traditis per eumdem Nouarium d.quæſt.62.nu.5.*vbi inter eos qui pri-
uilegiantur in hoc,quod mora eorum fauore committatur ipſo iure,
numerat minorem Eccleſiam fiſcum vniuerſitatem, non autem vi-
9 duam, & patebat etiam ex eo, quod viduæ non debentur fructus
Dotis,niſi conſtet de illius paupertate,& de interpellatione,*Seraph.*
in Aſculana bonorum Dec.1406. nu.4.& 5.Ludouiſ.in Ciuitatis Caſtelli
hæreditatis dec.204.num.29. quæ quidem interpellatio non eſſet exi-
10 genda ſi fauore viduæ mora ipſo iure, & ſic abſque interpellatione
committeretur. Præterea priuilegium pupillaris ætatis tanquam
naturale præferendum etiam videbatur in dubio accidentali priui-
legio viduiatis,*ad tex.in leg.qui habent 3.& ibidē Bald.ff.de tutel. Af-*
flict.

Digitized by Google

ſtict. & *Caranita, & poſt eos Scaccia de appellat. quæſt. 9. num. 128. & ante*
11 *eum Marcheſan. de commiß. par. 2. cap. 4. nu. 35.* Et quamuis viduarum, & pupillorum priuilegium æquiparari in materia *leg. vnica, C. quando Imper. inter pupil. & vid. defendat octo fundamētis, Couarruuias pract. quæſt. cap. 7. nu. 4. verſic. 1. & Nouarius de variat. fori ſect. 4. quæſt. 6 & nu. 15.* Reſpondetur, quod præterquam quod id non percutit noſtram facti ſpeciem, non eſt ſine iuris controuerſia cum habeat quos
12 dixi contradictores, quod ſatis eſſet ad remouendam notorietatem iniuſtitiæ cum notorium dicatur in his terminis, quod nullam iuris diſputationem admittit, *Rip. in leg. 4. §. Condemnatum, ff. De re iudic. Cæphal conſ. 201. nu. 10. Gabr. concluſ. 1. de exeq. rei iudic num. 9. Buratt. in Signina pænarum dec. 597. num. 2. & 3.* vbi quod reſultare debet ex eiſdem actis, & talis quæ nullo colori velare poſſit, *Dixi dec. 4. num. 17 & ſeq.*

Demum ad tollendum omnem alium difficultatis ſcrupulum; ex ſumma librarum ſexdecim millium in litteris expreſſa, fuerunt detractæ libræ tres mille inſpectis oppoſitionibus de nouo deductis, & ex
13 æquitate auditis præſertim per modum compenſationis, quæ alias poteſt etiam poſt rem iudicatam, & in exequtione opponi, *leg. 2. in fine, C. De compenſ. Felin. in cap. ſuborta nu. 7. de re iudic. Ludouiſ. in Mutinen. Canonicatus dec. 342. num. 2.*

ARGVMENTVM.

Laudum non decidens omnes controuerſias, ſed aliquas reſeruans an ſit nullum.

SVMMARIVM.

1 *Laudum contra formam Statuti, vel compromiſſi non decidens omnes Articulos eſt nullum, & quid ceſſante ſtatuto vel pacto. Sed vid. nu. 3.*
2 *Poteſt pronunciari ſuper liquido, & illiquidum reſeruari.*
3 *Sententia ferri non debet ſub conditione, ſed lata valet.*

DECISIO CXXVI.

IN cauſa D. Licinij cum D. Riualio dicebatur nullum laudum quia reſeruabat iura Riualio ſuper prætenſo eius credito pro adminiſtratione Licinij, & ſic non decidebat omnes differentias, quod videbatur contra formam Statuti *lib. 2 tit 22. de compromiſſis faciendis inter coniunctos verſic. Volentes*, ibi; Termiuando omnia, & ſingula ſine aliqua reſeruatione ſuper toto, vel parte negotij principalis compromiſ-
ſum

Digitized by Google

1 ſum autem ſtipulatum fuerat iuxta formam Statuti. At quando in compromiſſo adeſt pactum, vt omnia terminentur, & vnum ſine aliquo non decidatur, & ſit aliqua reſeruatio in Laudo, Laudum etiam quo ad deciſa redditur nullum, *ad text. in l. g. quid tamen ſi de pluribus 25. ff. de recept. arbitr. Abb. in cap. cum inter nu. 23. Felin. ibidem nu. 7. de ſent. & re iudic. Buratt. in Romana Laudi dec. 14. nu. 29.* vbi quod idem eſt etiam de iure communi ceſſante Statuto, vel pacto, *per tex in leg. non diſtinguemus 37. §. Quæſitum, ff. de recept. arbitr. Adde tex in leg Dicere 23. §. 1. ff. eodem Mantica dec. 299. num. 4. Caualler. in Romana Laudi dec. 647. num. 1.*

Sed credidi obiectum non obſtare, primo quia cum Riualius non ſatis liquidaſſet eius creditum, eidem erat imputandum, & nõ Iudici qui
2 propterea tunc potuit pronunciare ſuper liquidis, & illiquida reſeruare, *ad tradita per Abbat. in cap. 1. num. 9. De mutuis petition. Miſing. r. obſeru. 10. nu 1. cent. 1. Rot. dec. 427. nu 2. par. 2. recenſ. coram Veroſpio, & coram Caualler. in d. Romana laudi dec. 647. nu. 3. vbi ſic reſpondet deciſioni Buratti quam allegauerat nu. 1.*

3 Secundo, quia Statutum præcipiens per arbitrum laudari ſine reſeruatione nõ ideo annullat Laudum cum reſeruatione prolatum. Vnde licet Arbiter male fecerit ſic arbitrando, Arbitramentum tamen valet, *ad tex. & ibi tradita per DD. in leg. 1. §. biduum, ff. quãdo appellan. ſit*, vbi dicitur ſententiam non eſſe ferendam ſub conditione, & tamen ſub conditione latam valere, & in terminis præallegati Statuti Ferrariæ, *ita reſpondit Paſettus conſ. 79. num. 7. & ſeq.* vbi quod id magis procedit quando reſeruatio non eſt. Quo ad principales Articulos attentis verbis ſupradictis eiuſdem Statuti.

ARGVMENTVM.

Quando obtinens in vno iudicio cauere debeat de reſtituendo in caſu quo ſuccumbat in alio.

SVMMARIVM.

1 *Interpoſita ſupplicatione à ſententia Præfecti fit exequtio cum cautione.*
2 *Quando tertius ſe opponit exequtioni ſententia fit exequtio cum cautione.*
3 *Obtinens in manutentione non tenetur cauere de fructibus reſtituendis.*
4 *Obtinens alimenta, & ſumptus litis non tenetur cauere de illis reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ.*

DECISIO CXXVII.

MAndaui exequi ad fauorem D. Licinij, prestita tamen per eum idonea cautione de reſtituendo D. Riualio ſummam in grauamine contentam in caſu ſuccũbentiæ in alio iudicio, non eſt enim nouum quando à ſententia non datur appellatio ſuſpenſiua committi poſſe exequtionem cum cautione ſaltem ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa.

1 Sic quando ſupplicatur infra decem dies à ſententia Præfecti Prætorio, fit exequtio cum cautione, *textus eſt in Auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer* ibi non aliter ſententia exequtioni mandabitur niſi victrix pars dignam fideiuſſionem prębuerit reſtituendi ſi legitima retractatione ſententia reſoluatur, *Rittius Collectan. deciſ. 12. Guid. Pap. dec. 189. num. 1. cum additione in litt. A.* vbi vide an & quando in hac materia admittatur cautio iuratoria.

2 Sic etiam quando tertius ſe opponit exequtioni faciendæ ſuper re ipſa in iudicium deducta non impeditur exequtio, ſed fit prętita cautione ad fauorem illius tertij de reſtitnendo in caſu victoriæ, *ad tex. in leg. Iſ aquo fundus cum ſeq. ff. de rei vendic. Boerius dec. 79. nu. 2. Oſaſch. dec. 37. nu. 4.*

3 Contra vero obtinens manutentionem, non tenetur cauere de fructibus reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ in alio iudicio, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 116. nu. 31. Poſtius de manutenend. obſeru. 104. nu. 3.*

4 Sic etiam obtinens alimenta, & ſumptibus litis, non tenetur cauere de illis reſtituendis, *Beltram. ad Ludouiſ. in Hortana domus dec. 189. nu. 7. vbi refert Rotum coram Sacrato reprobantem Couarruuiam qui contrarium ſenſerat pract. quæſt. cap. 6. nu. 7.*

ARGVMENTVM.

Productio ſcripturarum vſque quo admittatur. Extenſio obligationis Cameralis quando requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ produci poſſunt de iure vſq; ad cõcluſionem in cauſa, & ex form. Stat. Ferrar. vſque ad ſententiam.*

2 *Mandatum relaxatum extra Curiam vigore obligationis Cameralis non extenſæ eſt nullum.*

3 *Fallit quando adeſt conſenſus in Inſtrumento in mandatum exequtiuum.*

4 *Diſpoſita à lege, vel Statuto intelliguntur parte petente.*

5 *Facultas procedendi ſola facti veritate inſpecta quid operetur, remiſſiue.*

De-

DECISIO CXXVIII.

IN cauſa D. Rondinelli cum D. Paſſamonte, dixi
non obſtare primum obiectũ, quod videlicet ceſ-
1 ſionis Inſtrumentum fuiſſet productum poſt pu-
blicatum proceſſum, quoniam ſcripturæ, & præ-
ſertim Inſtrumenta produci poſſunt vſq; ad con-
cluſionem in cauſa excluſiue, *cap. cum dilectus de fi-
de Inſtrum. Marant. de ord. Iudic. in cap. De product. Inſtrum. & ſcript. nu.
26 & 27.* vbi adducit rationem, quia ceſſat timor ſubornationis, &
ampliat, vt etiam teſtes ſimul cum ſcriptura recipi poſsint. Immo
Stat. Ferrar. *lib. 2. cap. 35.* diſponit vt Inſtrumenta, & iura produci
produci poſsint vſque ad ſententiam, & non obſtante dilatione pe-
remptoria per Iudicem aſsignata.

Secundo autem opponebatur obligationem Cameralem, cuius vigore
2 actum fuerat non fuiſſe extenſam, & ea non extenſa non poteſt ex-
tra curiam eius vigore procedi exequtiue, & mandatum relaxatum
eſt nullum, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 68. num. 41. Zacchias de oblig. Ca-
mer. quæſt. 34. nu. 3. & 5. Rot. in Romana Palatij Campi Floræ, coram Pa-
nia, quæ eſt dec. 56. nu. 6. penes eumdem Zacchiam.*

3 At credidi neque hoc ſecundum obſtare, quia quãdo in Inſtrumen-
to adeſt conſenſus in mandatum exequtiuum vnica vel nulla cita-
tione præuia, &c. prout hic aderat conſenſus relaxationi grauami-
nis, & obligatio more debitorum Cameræ, non requiritur extenſio
ad procedendum exequtiue, *Gratian. diſcept. 68. num. 41. Zacchias de
oblig. Camer. d. quæſt. 34. nu. 10. Rota in Venetiarum donationis coram Pa-
nia, dec. 63. nu. 1. & 2. penes Zacchiam,* vbi ampliatur, vt etiam ceſſante
formali obligatione Camerali procedi poſsit exequtiue vigore di-
cti conſenſus *& coram Caualler. in Romana pecuniaria dec. 45. num. 2. pe-
nes eundem Zacchiam Conferunt quæ dixi dec. 109. nu. 4. & in hac materia
adde Buratt. in Aquilana, Afflictus dec. 683. per tot. cũ additione D. Fe-
rentilli,* præterea cum pars in actis id non oppoſuiſſet videbatur iu-
dicium bene proceſsiſſe *ad tradita per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ.
46. nu. 2. & ſeq. & quæ dixi dec. 30. nu. 3.* quibus adde generale eſſe
4 quod à lege, vel à Statuto diſpoſita, regulariter procedunt tantum
parte petente, & tacitam includunt conditionem, ſi pars voluerit,
*gl. in leg. vniuerſa in verb. præbeatur, C. de precib. Imper. offer. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 301. nu. 42. Thomat. dec. Maceraten. 44. nu. 13.* Ex abun
5 danti accedebat facultas procedẽdi ſola facti veritate inſpecta, quæ

vi-

videbatur cooperari poſſe ad ſupplendam extrinſecam illam ſolemnitatem extẽſionis *ad tradita per Oſaſch. dec. Pedem. pri. num. 20. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Teſtis vnicus quando probet. Solutio in dubio in quam cauſam cedat:

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus plene probat in ſumma modica.*

2 *Deponens de facto proprio pluſquam ſemiplene probat, & cum adminiculis plene.*

3 *Probanti ſemiplena defertur iuramentum ſuppletorium concurrentibus requiſitis.*

4 *Solutio non facta declaratione cedit in cauſam antiquiorem niſi adſit cauſa durior, & durior cenſetur quæ habet fideiuſſorem.*

DECISIO CXXIX.

AD inſtantiam Hebrei grauatus Gironus pro naulo quorumdam mobilium ſub eius fideiuſſione locatorum, appellauerat ad me psoducens fidem recognitam quod ipſe poſt tres menſes fuerat proteſtatus Hebreo vt ſua mobilia recuperaret quia nolebat amplius in fideiuſſione perſiſtere, & quod
1 Hebreus de nouo ſequta fide principalis conductoris eidem relocauerat, & licet eſſet vnicus teſtis, in ſumma tamen modica videbatur plene probare *ad tradita per Bart. in leg. 2. in fine C. vbi in rem actio Iaſ. in leg. admonendi ff. de iureiur. nu. 187. vbi de communi Marſilius ſing. 433. Matteſil. ſing. 1. & 2. Gab. concluſ. 1. de teſtib. num. 22.*
2 *& 41.* & præſertim cum de facto proprio deponeret qui etiam in ſumma non modica pluſquam ſemiplene probat, & cum adminiculis plene *Rot. dec. 391. nu. 10. par. 1. recenſ. & dec. 113. nu 11. par. 5. diuerſ. Seraph. in Romana de Foſſanis dec 889. num. 3. Burat. in Romana penſionis domus dec. 360. num. 1. Gabriel d. concluſ. 1. de teſtib. nu. 18. & num. 21.* vbi ampliat etiam ſi alias eſſet inhabilis, & refert quindecim Doctores ſentientes etiam ſine adminiculis plene pro-
3 bare. Et ſaltem locus erat delationi iuramenti ſuppletorij *ad tradita per DD. in leg. admonendi ff. de iureiur. & per Hoſtien. in ſumma, & per Marant. in ſpeculo in cap. de iuramento num. 4. & ſeq.* vbi ſex numerat requiſita quæ hic bene concurrebant, *& per Maſcard. de prob. concluſ. 925. n. 3. & ſeq.* Et licet Hæbreus reſponderet quod etiam admiſ-

Digitized by Google

admiſſa veritate fidei prædictæ, adhuc fouebat bonum ius quia ſal-
tem pro tribus primis menſibus tenebatur Gironus, attamen repli-
cabam quod cum Hebreus ageret pro reſiduo nauli videbatur libe-
4 ratus Geronus quoniam ſolutiones ſimpliciter præſtitæ cedebant
in naulum priorum trium menſium tanquam in cauſam antiquio-
rem *ad tex. in leg. in ijs vero 1. & in leg. fideiuſſor. 24. ff. de ſolut. Rot.
in Aquilana Relenationis indemnitatis dec. 113. num. 3. par. 1. diuerſ.
Ludouiſ. in Romana pecuniaria dec. 366. nu. 5. Beltram. ad eumdum in
vrbeuetana Dotis dec. 521. num. 13. Ferentill. ad Burat. in Cremonen
penſionis dec. 541. num. 6.* ſed licet non fuiſſet antiquior, adhuc in
eam cauſam ceſſiſſet ſolutio tanquam in duriorem *ad tex. in d. leg. in
ijs vero in fine ff. de ſolut.* ibi niſi cauſa prægrauet; grauior eſt autem
cauſa quæ ſub ſatisdatione debetur *Rot. in d. dec. 113. nu. 3. par. 1.
diuerſorum*. Partes concordaui.

ARGVMENTVM.

Quando, & quomodo deferatur Iuramentum Affectionis.

SVMMARIVM.

1 *Commodanti aduerſus commodatarium defertur iuramentum Affectionis.*
2 *Quæ requirantur ad deferendum iuramentum Affectionis remiſſiue.*
3 *Iudex poteſt taxare quantitatem infra quam iuretur in litem.*
4 *Verbum poteſt eſt facultatiuum, & quod voluntati committitur, neceſſitati non ſubicitur.*
5 *Iudicis taxatio in iuramento veritatis debet præcedere: In iuramento autem Affectionis poteſt etiam ſequi.*

DECISIO CXXX.

IN cauſa Ioannis Baptiſtæ cum Nigris. Dicebam
D. Iudicem à quo rite proceſſiſſe, & recte iudi-
1 caſſe quoniam de iure defertur iuramentum in li-
tem etiam Affectionis commodanti contra com-
modatarium non reſtituentẽ rem commodatam
licet alleget rei amiſſionem, dommodo eam non
probet *ad tex. in leg. in Actionibus ff. de in litem iurando, & in leg. 3.
§. in hac actione vbi Caſtrenſ. ff. commodati Bart. in leg. Commodare in
fine ff. commodat Plot. poſt alios in leg. ſi quanndo C. vnde vi ſ. 19. num.*
2 & quia agebatur de re in quam cadebat Affectio, & concurrebant
alia requiſita ad deferendum iuramentum prædictum *quæ recenſet
Bart. in d. leg. in actionibus ff. de in litem iurand. nu. 3. & copioſius ibid.
Iaſ. num. 34.*

Neque obſtabat prætenſus defectus taxationis à Iudice faciendæ ad moderandam periculoſam partis licentiam quæ poſſet in immenſum iurare *vt loquitur text in leg. videamus 4. §. deferre ff. de iureiur.*
3 nam Reſpondetur taxationem eſſe Iudici arbitrariam non ſolum quo ad quantitatem ſed etiam quo ad ſubſtantiam quia taxare quidem poteſt ſed non tenetur *vt probat tex. in d. §. deferre* ibi modum ſtatuere poſſit, & ibi poſſit taxationem iureiurando dicere, *& in d. leg. in actionibus 1.* ibi poteſt præfinire certam ſummam infra quam
4 iuretur. At verbum poteſt vel ſimile facultatiuum, facultatem tribuit ſed neceſſitatem non imponit *ad tex. in leg. non quicquid 40. ff. de Iudicijs* ibi non quicquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubicitur iuris neceſſitati *Surd. conſ. 405. num. 26. & ſeq.*

Neque etiam obſtabat ratio abſurdi quod ſequi poſſet ſi pars in infini-
5 tum iuraret, quia poſſet tunc Iudex ex poſt facto taxare, & moderari *vt probat tex. in d. leg. videamus § deferre ſub finem* ibi, & magis eſt vt ex magna cauſa poſſit, &c. *Iaſ. in d leg. ſi quando C. vnde vi num. 20 in fine* qui differentiam hanc adducit inter iuramentum veritatis, & iuramentum Affectionis, & addit rationem differentiæ, Cauſam hanc amicabiliter compoſui cum partes mihi tribuiſſent facultatem decidendi, & incidendi.

ARGVMENTVM.

Pro legato quando, & quomodo competat hypotecaria,

SVMMARIVM.

1 *Pro legato etiam quantitatis competit hypotecaria contra bona legantis.*
2 *Pro legato annuo hypotecaria competit ſolum contra fructus.*
3 *Pro legato non datur hypotecaria contra bona hæredis niſi vt num. 4.*

DECISIO CXXXI.

IN cauſa Tonozzę cum Lombardina quæ fuit poſtmodum concordata dicebam pro legato ſcutorum centum relicto Tonozzæ, ei competere hypotecariam ad-
1 uerſus bona Virginiæ legatricis, quoniam etiam pro legato quantitatis competit legatario hypotecaria aduerſus bona legantis *leg. 1. C. commun de legat. §. noſtra inſt. tit. de le-*
2 *gatis Surd. dec. 28. num. 1. Gratian. diſcep. 294. num. 8.* licet pro legato annuo hypotecaria non cõpetat contra bona ſed ſolum contra fructus bonorũ ipſius teſtatoris cum annua legata ex fructibus ſolui debeant *ad tex. in leg. firmio §. pater vbi gloſ. ff. quan dies legat. ced. & firmat Surd. d dec. 28. n. 1. & ſeq. Gratian. d. diſcept. 294. n. 8. in fine.*

Sed

Sed obſtabat quod non fuerat probatum rem. aduerſus quam obten-
tum erat Saluianum pro ſorte, & fructibus fuiſſe hæreditariam prædictæ Virginiæ legantis ſed ſolũ hæreditariam Mattei autoris Lombardinæ conuentæ, & vt ſupponebatur hæredis eiuſdem Virginiæ
3 at hypotecaria. Legatario non competit aduerſus bona hæredis *vt eſt tex. ſatis clarus in d. leg. 1. in medio, & fine C. commun. de legat. vbi Bart Aretin. in §. noſtra inſt. tit. de legat.* vbi fatetur quod cum eſſet Doctor nouellus, voluit practicare contrarium, & ſuccubuit *Oinot. in §. ſed olim num. 21. inſt. tit. de legat. Neguſant de pignor. par.*
4 *2. memb. 4. num. 159.* niſi quando concurrit ex parte legatarij petitio ſatiſdationis, & ex parte hæredis mora ſex menſium *iuxta tex. in leg. certa eſt forma C. vt in poſſ. legat. gl. in leg. de eo ff. de Iudicijs Monticcul. de inuentario hæredis cap. 10. num. 313:*

ARGVMENTVM.

Pro fructibus Rei legatæ quando, & quomodo competat actio.

SVMMARIVM.

1 *Pro fructibus Rei legatæ actio competit aduerſus bona hæredis, non teſtatoris.*

2 *Pro legato quantitatis licet pia, fructus non debentur etiam ſi teſtator mandet eos ſolui niſi vt ibi.*

DECISIO CXXXII.

1 IN ead. cauſa dicebam quod pro fructibus legati actio cõpetebat non aduerſus bona teſtatoris ſed contra bona hæredis *vt firmauit Senatus Mantuanus coram Surdo dec. 271. poſt num. 3. & per tot.*
2 Sed Magis obſtabat quod pro legato quantitatis quatumuis Dotis, alimentorum vel alias pio fructus ob retardatam ſolutionem regulariter non debentur etiam ſi teſtator mandaſſet eos ſolui niſi quando non eſt in poteſtate legatarij, legatum exigere *Ancar. conſ. 93. num. 3 Rolan. conſ. 51. n. 21. & ſeq lib. 2. Cephal. conſ. 133. num. 132. & ſeq. Campeg. de Dote par. 2. quæſt. 18. num. 3. Gratian. diſcept. 848. num. 2. & ſeq. vbi Rotæ Deciſiones adducit.*

ARGVMENTVM.

Legata, hæreditate non adita quando debeantur vel non.

SVMMARIVM.

1 *Legata, hæreditate non adita, regulariter non debentur.*

2 *Etiam ſi ſint fauorabilia, & pia.*

3 Fal-

3 *Fallit in his quæ non patiuntur dilationem.*

4 *Item quando hæres teſtamentarius, poſſidet ab inteſtato, & in alijs caſibus bus de quibus remiſſiue.*

DECISIO CXXXIII.

IN eadem obſtabat quod non fuerat probatum pro parte legatariæ fuiſſe per hæredem aditam hæreditatem

1 ex teſtamento legantis, legata enim ante aditam hæreditatem non debentur *leg. eam quam leg. ex teſtamento C. de fideicom leg. ſi nemo ff. de reg. iur. & in ſpecie docet Oinot. inſt. tit. de legatis in §. ſed olim num. 2. poſt Platin. ibi nu. 7.* qui ſubdit quod agens pro legato debet in hoc eſſe cautus vt in libello

2 dicat aditam fuiſſe hæreditatem. Quod eſt adeo verum vt procedat etiam in legato fauorabili vel alias pio *Iaſ. in leg. eam quam num. 19. in fine C. de fideicom. Rom. conſ. 428. num. 1. & conſ. 493. num. 4. vbi Mandoſius teſtatur de commun. Gratian diſcept. forens cap. 62. n. 24.*

3 fallit autem in illis legatis pijs quę non potiuntur dilationem vt pro ſepultura, pro vſuris reſtituendis, pro infirmis, pro alimentis, & ſimilibus hæc enim præſtanda ſunt ante aditam hæreditatem *Bart. in leg. 1. C. de Sacr. Eccl. verſic. quarto quæro Socin. conſ. 115. num. 25. lib. 1. Tiraquell. de priuileg piæ cauſ. priuileg. 53 Surdus ita diſtinguns de aliment. priuileg. 12. tit. 8. num. 4. & ſeq. Gratian. qui de veriori*

4 *teſtatur diſcept. 62 num. 23.* fallit etiam quando inſtitutus in teſtamento, hæreditatem ab inteſtato poſſidet, quia tunc is etiam hæreditate non adita tenetur ad legata in teſtamento relicta *iuxt. tex. in leg. 1. ff. ſi quis omiſſa cauſ teſt. vbi Bart. notat eum teneri ac ſi adiuiſſet ex teſtamento* alias limitationes docet poſt alios *dilectus Duran. in tract. de arte teſtandi tit. ſexto de legatis cautela ſecunda per tot.*

ARGVMENTVM.

De intellectu Statuti remouentis appellationem infra certam ſummam, & de effectu clauſulæ appellatione remota.

SVMMARIVM.

1 *Ex diſpoſitione Statuti Ferrariæ non appellatur à ſententia D. Loc. infra quinquaginta libras, & ſi quis in fraudem partem debiti petit, amittit reliquum.*

2 *Per clauſulam appellatione remota cenſetur ſublata etiam appellatio deuolutiua.*

3 *Expenſæ non coacernantur cum ſumma negotij principalis ad effectum appellandi.*

4 Idem

4 *Idem eſt in fructibus.*
5 *Idem eſt in pluribus terminis.*
6 *Etiam ſi per legem, vel Statutum tollatur appellatio; Admittitur tamen quando adeſt notorium grauamen.*

DECISIO CXXXIV.

Dominus Locumtenens mandauerat grauari Lau-
rentium pro ſumma lib 45. & pro expenſis quæ
decem libras excedebant. Grauatus appellaue-
1 rat ad me,& Notarius inhibitionem relaxauerat;
Ego verò parte citata moderatus ſum inhibitio-
nem; quoniam in cauſis quarum valor non exce-
dit ſummam librarum quinquaginta à ſentētia D.Locumt. non da-
tur appellatio, *ita diſponente Stat. lib.2 tit.18.* vbi in fine ſtatuitur
2 etiam,quod ſi quis in fraudem, partem debiti petierit, pars omiſſa
intelligatur ſoluta. Et per clauſulam appellatione remota ſaltem
quando adeſt vniuerſale verbum omni, & quacunque prout legitur
in dicto Statuto remouetur appellatio nō ſolum ad effectum ſuſpen-
ſiuum,ſed etiam ad effectum deuolutiuum, *Marius Antoninus in ſuis
reſolutionibus canonicis reſolut.81.Lancillot.de attent.cap.12 limit.8.nu.
2.ſub finem,Ferentill.ad Buratt.in Signina pœnarum dec 597.num.9.* vbi
quod tollitur quicunque appellationis effectus; & licet hoc in caſu
valor cauſæ computatis expenſis in quibus aderat condemnatio ex-
cederet libras quinquaginta à Statuto pręſcriptas,id tamen dixi nō
3 obſtare, quoniam condemnatio expenſarum non coaceruatur cum
ſumma negotij principalis in terminis Statuti limitantis materiam,
& quantitatem appellabilem, *Rebuff. in tract. de ſent. exeq. art.16.gl.
7.nu.3. Carauit.ſuper Ritu 217.nu.4.& 5 Scaccia de appellat. quæſt.17.*
4 *limit.6. membr 9. nu 32.* Prout ad effectum reddendæ cauſæ appel-
labilis,nec etiam coaceruatur condemnatio fructuum,*Marcheſan.de
commiſſion.appellat. diuerſor.cap.28.nu.30.Scaccia de appellat.d.quæſt.17.*
5 *limit.6.membr.9. nu.37.* Ita quando aliquis etiam in eadem ſenten-
tia condemnatur ad plures terminos penſionū qui ſinguli non con-
ſtituunt ſummam appellabilem licet coaceruati eam excedant, at-
tamen non fit cumulatio ad hunc effectum quando fuerunt diſtin-
ctè petiti,licet vnica petitione, *Rebuff. in d. tract. de exeq. ſent. art. 16.
gl.5. nu.2. Scaccia de appellat.d quæſt.17. limit.6.memb.9.nu.17.* vbi ad-
ducit rationem, quia quot ſunt termini tot ſunt actiones, & tot exi-
guntur præſcriptiones.

6 Et quamuis lex, vel Statutum tollens appellationem à ſententia alicuius Iudicis non cenſeatur eam tollere quando Iudex notorie, & manifeſte grauaſſet, *Bald. in leg. 1 C. ſi de moment. poſſeſſ. Alex conſ 77. nu. 12. lib. 3. Verall. dec. 83. par. 2. Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 8. nu. 24. & 32.* vbi ampliat etiam ſi de partium conſenſu fuiſſet appoſita clauſula appellatione remota, De tali tamen iniuſtitia, ſeu grauamine mihi non conſtitit vnde ſteti in Decreto.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio anterior quando, & quomodo præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio anterior in manutentionis concurſu præfertur.*

2 *Amplia etiam ſi anterior ſit ſine titulo, & poſterior cum titulo.*

3 *Inter Inſtrumenta poſſeſſionum eiuſdem diei, præfertur quod habet certam horam.*

4 *Limita niſi habeat vltimam horam diei expreſſam.*

DECISIO CXXXV.

IN cauſa in qua votũ Rotæ requiſierat Eminentiſs. tunc Legatus dicebatur manutenẽdum eſſe I. in
1 concurſu L. quoniam poſſeſſio anterior eſt in concurſu manutentionis præferenda, *Poſtius poſt alios de manutenẽdo obſeru. 91. n. 2. & ſeq. Rot. dec. 15. nu. 2. & dec 94. & 169. in impreſſis apud eundẽ, & dec. 110 nu. 2. par. 5. diuerſ. & coram Burat. in Romana de Pacificis dec. 730. nu. 5.*
2 Quod procedit etiam ſi anterior ſit cũ titulo, & poſterior ſine titulo, adhuc enim anterior, in manutentione præfertur, *Surd. conſ. 481. num. 4. Honded. conſ. 20. num. 22. & ſeq lib. 1. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. num. 228. Beltram. ad Ludouiſ. in Parenſ. Abbatiæ deciſ. 325. num. 7. & in Senogallien. iuris paſcendi dec. 421. num. 5.* Fortius ergo præferendus videbatur I. qui docebat etiam de titulo donationis, & ſic de actuali poſſeſſione titulata, & anteriori ſiue inſpiceremus captam poſt obitum D. quæ antererior erat menſibus ſiue captam poſt obitum V. quæ licet capta eſſet eadem die quinta qua
3 fuerat apprehenſa per L. adhuc tamen illa I. præſumebatur anterior, & tanquam talis erat præferenda, quoniam habebat certam horam in Inſtrumento poſſeſſionis expreſſam, & certior probatio in concurſu præfertur, *ad tex. in cap. In præſentia cum ibi not. de probat. & in his terminis, gloſ. in cap. ſi à ſede in verbo nec appa-*

reat

*reat de probat. in ſexto, Cyn & Bald. in leg. de rebus, C. de donat. ante nu-
ptias, Iaſ. poſt alios in leg. 1. num 4. & ibidem Rip. nu. 7. ff. ſol. matrim. Ti-
raquel. de retract. lignag. §. 11. gl. 1 nu. 10. qui congerit ad hoc vſque ad tri-
ginta Doctores, Caßador dec. 20. de præben. Rota quæ loquitur in puncto de
poſſeſſione dec. 514. nu. 1. par. 2. Recenſ. Buratt. in Salamantina præſtimonij
4 dec. 32. nu. 1. & ibi Ferentill. nu. 6. & in Firmana bonorum dec. 63. nu. 5.*
Et quod Inſtrumentum eiuſdem diei præferatur ſi habet expreſſam
horam, dummodo non vltimam, *dixit Rip. in d. leg. 1. ff ſol. matrim. &
poſt alios Tiraquel. de retract. lignag. §. 11. gl. 1. nu. 10. in fine.* Hoc autem
in caſu non ſolum non erat expreſſa vltima, ſed immo fere prima
hora diei, videlicet duodecima in menſe Martij, vnde non ſolum
præſumptiue, ſed concludenter, & fere neceſſario anterioritatem
probabat.

ARGVMENTVM.

An Statutum continuatiuum locum habeat in hærede fiduciario, & de Statuto prohibente alienationem in forenſes.

SVMMARIVM.

1 *Statutum continuatiuum ceſſat in hærede ficto.*
2 *Item in eo, qui non ſit futurus hæres perpetuus.*
3 *An locum habeat in hærede fiduciario, & num. 4. & 5.*
4 *Immiſſio ex leg. fin. competit hæredi fiduciario, quando non agitur aduerſus eum cui facienda eſt reſtitutio, & competit etiam exequtori teſtamentario.*
6 *Fiducialitas probatur coniecturis.*
7 *Nullitas alienationis in forenſem, non poteſt opponi niſi à communitate, cuius fauorem reſpicit in terminis Stat. Ferrariæ.*

DECISIO CXXXVI.

IN eadem dicebatur non obſtare I. Stat. Ferrar. lib. 2.
cap. 82. ex multis, ac etiam quia non habet locum
1 niſi in hærede vero, & ceſſat in hærede ficto cum enim
ſit exorbitans à iure communi debet proprie, & ſtricte
intelligi, *vt poſt Bald. Alex. Barbat. Rum & alios do-
cet Ant. Gabr. concluſ. 9. de acquir. poſſeß. num. 8. Rot. in Romanen. ſi-
ue Amerinen. domus dec. 34. num. 21. par. 2. Diuerſorum, & in Fer-
2 rarien. de Taſſonis dec. 513. num. 11. par. 2. Recentior.* prout etiam ceſſat
in hærede qui non ſit futurus hæres perpetuus, *Tiraquell. in tract. le
mort ſaiſit le vif par. 2. dec. 6. num. 3. Poſtius de manutenendo obſeruat. 55.
nu. 75. Cyriac. controuerſ. forenſ. lib. 1. cap. 12. nu. 13. qui loquitur de Statu-*

to

Digitized by Google

3 *to Ferrariæ:* Vnde ceſſare videbatur in hærede fiduciario, tum quia non eſt hæres perpetuus, vt manifeſte patet, tum quia dicitur hæres fictus, & potius cuſtos, & miniſter quam hæres, *ad tex in leg. liberto, §. filium, ff. de annuis legat. & in l.g. Cum ex filio vbi gl. ff. de vulg. gl. fin. in leg. in fideicommiſſariam, §. fin. ff. ad Trebell. & in leg. Seius, vbi DD. ff. eodem Bertaz. conſ 8. nu. 1. Laderchia conſ. 67. nu. 10. Menoch de adipiſcen. poſſ. remed 4. nu. 859. & nu. 861. Peregr. de fideicom. art. 3. nu 19. Rot. in Romana de Alexijs dec. 765. nu. 1. par. 2. Recenſ.*

4 Non obſtat, quod detur immiſſio vigore *leg. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. Hæredi* etiam fiduciario quando non agitur aduerſus eum, cui eſt facienda reſtitutio, *Argill. de acquir. poſſeſſ. quaſt. 15. art. 6. nu. 71. & quod etiam detur exequutori teſtamentario, vt poſt Rebuff. quem citat dixit*

5 *Maſtrill. dec. 110 num. 25.* quia reſpondetur quod præterquam quod Argel nihil allegat, videtur quod eius concluſio procedat, vt loquitur in remedio iuris cōmunis, nos vero verſabamur in remedio Statuti, quod cum ſit exorbitans non comprehendit niſi verum, ac proprium hæredem. Vel etiam dici poteſt competere poſſe remedium Statuti hæredi fiduciario, quando ei cui facienda eſt reſtitutio competit remedium prædictum, ſed ſecus quando reſtitutio facienda eſt ei cui remedium Statuti non competat, vt erat in caſu. Et hoc ne fiat fraus legi, quod leges omnes prohibent, & ne plus iuris habeat hæres fictus, quod hæres verus.

6 Quod autem L. eſſet hæres fiduciarius dicebatur probari poſſe coniecturis, quæ validæ hoc in caſu concurrere videbantur, & quæ in tacitis, & occultis æquiparantur manifeſtis probationibus, *ad tex. in leg. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cog. cum alijs adductis per Mant. de coniect. vlt. volunt lib. 10. tit. 4. num. 9. quem ſequitur in his terminis Rota in d. Romana de Alexijs, dec. 765. nu. 11. par. 2. Recēſ. Ad materiam tamen addo Buratt. in Spoletana hæreditatis, ſeu confidentiæ dec. 616. nu. 4. & 13. & per tot.*

Neque etiam obſtare videbatur Statutum lib 2 cap. 98. De prohibita alienatione in forenſes ſaltem in caſu, & ad effectum de quo agebatur, quia cum alienata contra formam Statuti prædicti applicentur

7 Communitati Ferrariæ ex diſpoſitione eiuſdem Statuti, ſequitur quod exceptio nullitatis alienationis ex capite prædicto competit ſolum communitati de cuius intereſſe agitur, & alius tanquam opponens de iure tertij non eſt audiendus, *ad tex. in leg. his conſequenter §. 1. in verb. pertinere, ff. fam. erciſc. Bart. conſ. 81. nu. 6. & 7. Rip. in rubr.*

ff. ſo-

ff. ſolut. matrim. nu. 29. in fine, & poſt alios in terminis huius Statuti Cæphal. conſ. 706. nu. 26. Rim. iun conſ. 65. nu. 40. & ſeq. Cyriac. controuerſ. forenſ. cap. 205. num. 24. & 270. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Quando ex cauſa Dotis liceat alienare bona fideicommiſſo ſubiecta.

SVMMARIVM.

1 *Pro conſtituenda, vel reſtituenda Dote deſcendentis bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari, in ſubſidium tamen.*

2 *Mulier in caſu Auth. Res quæ non tenetur experiri contra tertios poſſeſſores.*

3 *Auth. Res quæ non habet locum in Dote confeſſata fallit, vt nu. 4.*

DECISIO CXXXVII.

1 Diximus D. Palmirolæ deberi reſtitutionem Dotis in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quatenus tamen bona libera reperta in hęreditate viri non ſufficerent, & ſic in ſubſidium tantum *ex diſpoſitione Authentica Res quæ C commun. de legat.* ibi, Sed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad Dotis, &c. *tex. in §. ſi vero, Auth. de reſtitut. & ea quæ par. in 11. menſ.* ibi, Aliam non habens ſubſtantiam, *Surd. dec. 62. num. 1 & 3. Peregr. de fideicom. art. 42.*
2 *nu. 66. Fuſar. de ſubſtit quæſt 532. nu. 33.* Dixi reperta in hæreditate, quia mulier non tenetur experiri cõtra tertios poſſeſſores bonorum liberorum ipſius viri *Eugen conſ 54. nu. 4 & per tot. Peregr. de fideicom. art. 42 nu. 18. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 532. nu. 10.* vbi quod mulier habet electionem, nec etiam tenetur agere contra fideiuſſores Dotis, *vt num. 3.* licet teneatur fideicommiſſario ſua iura dotalia cedere, *vt*
3 *num. 12.* Et licet Auth. Res quæ, locum non habeat in Dote confeſſionata, *Peregr. de fideicom. art 42. num. 81. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 190. nu. 50 & ſeq Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt 532. nu. 23.* Atta-
4 men quando cum confeſſione concurrunt adminicula, & veriſimiles coniecturæ ſolutionis actualis, tunc confeſſio probat etiam ad effectum, *Auth. Res quæ ad tradita per Cæphal. conſ. 474 num. 10. Burſatt. conſ. 32. num. 31. lib. 1 Surd. dec. 105. nu 7. Fuſar. de ſubſtit. d quæſt. 532. num. 29.*

ARGVMENTVM.

Scientia fideicommiſſi an priuet beneficio *Auth. Res quæ C com. de legat.*

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia præſumitur vbi ſcientia non probatur etiam in terminis, Authentica Res quæ.*

2 *Scientia fideicommiſſi non priuat beneficio Auth. Res quæ ſecundum verio-rem ſaltem quando fideicommiſſum non eſt clarum.*

DECISIO CXXXVIII.

1 IN eadem dicebatur non obſtare allegatam ſcientiam vxoris ſuper fideicommiſſo, quia huiuſmodi ſcientia erat probanda per allegātem, alias enim ignorantia præſumitur, *cap. Ignorantia de reg. iur. in ſexto, leg. verius, ff. de probat & poſt alios in his terminis Oſaſch. dec. 73. num. 5.* Sed etiam ſuppoſita
2 ſcientia vxoris, adhuc videbatur quod ex ea non amitteretur beneficium *Auth. Res quæ C. commun. de legat. Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 6. nu. 10. Peregr qui teſtatur de communi de fideicom. art. 42. num. 17. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 532. nu. 15. Theſaur dec. 151. num. 4.* vbi quod Senatus ſequtus eſt hanc ſententiam tanquam veriorem ſaltem quando fideicommiſſum non eſt omnino clarum.

ARGVMENTVM.

Auth. Res quæ an locum habeat, non obſtante expreſſa prohibitione alienandi, & quid in indiuidua etiam ex cauſa Dotis.

SVMMARIVM.

1 *Auth. Res quæ locum habet non obſtante prohibitione alienandi.*
2 *Auth. Res quæ an locum habeat ſtante prohibitione indiuidua alienandi, etiam ex cauſa Dotis.*

DECISIO CXXXIX.

1 IN eadem diximus beneficium, *Auth. Res quæ C. com. de leg.* locum habere non obſtante expreſſa prohibitione alienandi, *Bart. in leg. filius fam. §. Diui num. 10. ff. de leg. 1. & ibidem Iaſ nu 69. Rolan. con. 85. num. 7. Burſatt. conſ. 179. nu. m17. qui de veriori, & communiori teſtatur, & poſt alios Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 532. nu. 20. Surd. dec. 62. nu. 5. & latius idē Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. nu. 74. verſ ſecundus caſus.*
2 An autem *Auth. Res quæ locum habeat,* quando adeſt indiuidua prohibitio alienandi, etiam ex cauſa Dotis quæſtio eſt magis dubia in qua communem contra communem *refert Ceuall. in Theſaur. commun. cont. commun. quæſt. 743.* vbi videtur inclinare in negatiuam pro qua ponderat, *tex. in Auth. de alienat emphyt. §. Sanctiſſimarum collect. 9.* ibi, Niſi ſub hac conditione poſſeſſiones aliqui eis dederint, vt nullo modo eas alienent, & pro vtraque ſententia refert auctores, & rationes *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. à num. 67. verſic. primus caſus, ſed affir- tiuam*

uam egregie defendit inter cæteros, Surd. dec. 62. per tot. & præſertim quia nemo poteſt facere ne leges in ſuo teſtamento locum habeant, & quia Dos deſcendentis reputatur æs alienum aſcendentis. Mediam tamen ſententiã amplexus eſt, *Coſta de remedijs ſubſidiarijs remedio 6. num. etiam 6. & remed. 90. num. 3.* vt videlicet in caſu prædicto Princeps concedere poſſit, & debeat derogationem, ſeu diſpenſationem cum qua fiat alienatio.

ARGVMENTVM.

Duo ſimpliciter inueſtiti, an cenſeatur inueſtiti pro virili, vel in ſolidum.

SVMMARIVM.

1 *Duo ſimpliciter inueſtiti, cenſeatur inueſtiti pro virili, & non in ſolidum.*

2 *In contractibus non habet locum ius accreſcendi.*

DECISIO CXXXX.

1 DIxi quod pro portione Hieronymi, quæ peruenerat ad Contugonem, D. Comitiſſa tenebatur inueſtituram accipere, quia cum dicti fratres fuiſſent ſimpliciter inueſtiti, cenſebantur inueſtiti non in ſolidum, ſed pro virili portione, *ad tex. in leg. ſi mihi, & Titio vbi Bart. ff. de verb. oblig. cap. de duobus fratribus in vſibus feudor. Gratian. diſcept. 839. num. 3. Buratt. in Romana diuiſionis domus dec. 50. num. 7.* Et

2 quia regulariter in contractibus non eſt locus iuri accreſcendi, *vt in his terminis probat Cephal. conſ. 345. nu. 4. & ſeq. Clar. in §. emphyteoſis queſt. 39. nu. 2. & 3. vbi de communi teſtatur.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ſine expulſione Coloni, quando proſit ad manutentionem. Inſtrumentalis poſſeſſio quando ſit manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio apprehenſa authore Prætore eſt manutenibilis.*

2 *Amplia etiam ſi Coloni non ſint expulſi.*

3 *Poſſeſſio Inſtrumentalis non ſuffragatur, alio exiſtente in poſſeſſione, & non expulſo.*

4 *Amplia etiam in poſſeſſione capta hæreditate iacente. Quando Coloni non fuerunt expulſi.*

5 *In interdicto vti poſſidetis non quæritur de iuſtitia poſſeſſionis.*

6 *Limita quando concurrit poſſeſſio iuſta cum iniuſta.*

De-

DECISIO CXXXXI.

Dixi Saracenum eſſe manutenendum, quoniam con-
1 ſtabat de actuali eius poſſeſſione apprehenſa, au-
ctore Prætore quæ propterea manutenibilis eſt,
*leg. Iuſte poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ. Decian. conſ. 3 nu.
22. lib. 4. Honded. conſ. 20. num. 1. lib. 1. Barz. dec. Bo-
non. 46. nu. 7. Rot. Rom. dec. 513. num. 2. par. 1. Recenſ.*
2 Quod procedit etiam ſi Coloni non fuiſſent expulſi, quoniam Iudi-
cis authoritas operatur, & ſupplet expulſionem, & recognitionem
Colonorum, *Angel. in leg. qui vniuerſas, §. Item cum Prætor in fine, ff. de
acquir. poſſeſſ. quem refert, & ſequitur Ludouiſ. in Salutiarum Iuriſpatro-
natus dec. 69. num. 2. & firmauit alias Rota in vna Romana bonorum co-
ram Lancellotto & in alia Placentina vſurarum coram Aldobrandino, vt
refert Honded. conſ. 20. nu. 18. lib. 1. Ferentill. qui alias Rota deciſiones ad-
ducit ad Buratt. in Firmana bonorum dec. 67. num. 22. & in Romana de
Ioannonibus dec. 732. nu. 6 & 7.* vbi habes etiam quod quando poſ-
ſeſſio eſt plena, & non capitur authoritate Iudicis, non ſufficit reco-
gnitio ſine expulſione. Vnde fortius manutenendus erat Saracenus
in poſſeſſione in qua copulatiue concurrebat vtrumq; requiſitum;
& quæ propterea in concurſu præferenda videbatur poſſeſſioni ad-
uerſarij quæ carebat vtroque, quia capta erat propria authoritate,
& non expulſis Colonis, & ideo non erat de iure manutenibilis, quo-
3 niam poſſeſſio Inſtrumentalis alio exiſtente in poſſeſſione, & non
expulſo nullius eſt momenti, *leg. ſi Colonus, leg. peregre, leg. quamuis, ff.
de acquir. poſſeſſ. leg. non idcirco, C. de fide Inſtrum. Dec. conſ. 103. nu. 1. Nat.
conſ. 538. nu. 10. Burſatt. conſ. 60. num. 19. Rota coram Ludou. in Salutia-
rum Iuriſpatronatus dec. 69. nu. 1. Ferentill. ad Buratt. in d. Firmana bono-
rum dec. 67. num. 18. & ſeq.* vbi habes etiam quod poſſeſſio tertij ob-
ſtat, & quod poſſeſſio præſumitur vacans niſi probetur plena, vt ibi
4 quod videtur procedere etiam in poſſeſſione capta poſt mortem Do-
mini, & ante apprehenſam ab hærede poſſeſſionem quando adſunt
Coloni, quoniam illi hæreditatis, vel hæredis nomine poſſidere vi-
dentur, & cum is poſſideat cuius nomine poſſidetur, *leg. quod meo, ff.
de acquir. poſſ.* hæres dicitur poſſidere per Colonum, *leg. peregre, §. qui-
bus, ff. de acquir. poſſ. & ſſ. Et. dec. 325. nu. 3. Tiraquell. de iure conſtituti par.
2. ampliat. 12. nu. 5. Honded. conſ. 20. nu. 17 lib. 1. & conſ. 18 nu. 23. lib.
2. Seraph. in Vrbeuetana Caſtrorum dec. 71. nu. 1. vbi additio alias aucto-
ritates adducit & num. 4.* vbi declaratio bene congruebat huic caſui

in

in quo concurrebant etiam requiſita *per Ferentill. ad Buratt. in d. Romana de Ioannonibus dec. 732 nu. 9.*

Præterea mouebat pro hac parte bonum Ius, & Iuſtitia poſſeſſionis. Et
5 licet in interdicto vti poſſidetis quæri ſoleat quis poſſideat, non autem an iuſte, vel iniuſte poſsideat, *leg. 1. ff. de itin. actuque priuat. leg. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ. Honded. conſ. 20. nu. 22. lib. 1. Poſtius de manutenendo obſeruat. 42. nu. 90. Burat. in Romana penſionis Domus dec. 360. num. 6.* id tamen videtur fallere quando cum poſſeſsione quam conſtat eſſe iniuſtam, concurrit alia iuſta, quia in concurſu iuſtior eſt præferenda, *ad tex. in cap. licet cauſam vbi Canoniſtæ de probat. & poſt Bart. Menoch & alios tradit Ludouiſ. in Senogallien. Iuriſpaſcendi dec 412. nu 2. Buratt. in Romana de Pacificis dec 730 nu. 7.*

ARGVMENTVM.

Statutum continuatiuum, an locum habeat pro hærede vſufructuarij aduerſus proprietarium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſimplex continuatiuum poſſeſſionis in hæredem, non prodeſt hæredi vſufructuarij.*

2 *Fallit in Statuto Ferrariæ, & quid ſi agatur contra proprietarium. Nulla maior authoritas, quam authoritas rationis. Authoritates non numerandæ ſolum, ſed ponderandæ ſunt.*

3 *Statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi præſertim quando non eſt odioſum. Poſito vno ex correlatiuis ponitur aliud.*

4 *In remedio recuperandæ, non admittitur exceptio dominij.*

5 *Idem in manutentione, niſi quando in continenti conſtat.*

7 *Poſſeſſio continuata per Statutum, eſt eadem quæ erat apud defunctum.*

8 *Quando ius proprietatis eſt illiquidum, tunc omnino manutenendus eſt hæres vſufructuarij, etiam in terminis Statuti ſimplicis.*

9 *Detentio eſt nuda inſiſtentia, & magis facti quam iuris.*

10 *Aliud eſt poſſidere, aliud eſt eſſe in poſſeſſione. Aliud eſt viuere, aliud in vita eſſe, vel morari.*

DECISIO CXXXXII.

1 Dixi manutenendum eſſe Paſettum contra Rolandum, quoniam licet cõſuetudo ſiue Statutum continuans ſimpliciter defuncti poſſeſsionem in heredem, non profit hæredi vſufructuarij, quia vſufructus morte finitur, & fructuarius dicitur poſsidere proprietario, *§. finitur, & §. fin. inſtit. tit. de vſu-*

fruct. gl. in leg. quiſquis C. de donat. Boer. decis. 172. nu. 29. & per tot. & post alios Tiraquell. in tract. Le mort, ſaiſit le vif, par. 3. declar. 1. per tot. id tamen fallit in Statuto Ferrariæ *lib. 2. cap. 82.* quod verbis expreſsis continuat in hæredem poſſeſsionem defuncti, etiam vſufructuarij,

2 nec videtur obſtare diſtinctio, *Menoch. conſ. 139. nu. 26. lib. 2.* ſentientis Statutum prædictum reſtringendum eſſe ad caſum in quo agatur cum tertio, & non cum proprietario, quoniam contrarium *ſenſit Rimin. iun. qui fuit vnus ex reformatoribus eiuſdem Statuti lib. 1. conſ. 91. num. 16. & fere per tot. Bertazzol. conſ. 68. num. 12. Cauagnol. ad eundem Menoch. d. conſ. 139.* Vnde ſi pugnandum foret authoritatibus, vel ponderemus illas, vel numeremus, hæc pars forte prævaleret, ſed quia nulla maior eſt authoritas, quam authoritas rationis, ideo quod Statutum prædictum ſaltem hoc in caſu procederet, etiam contra proprietarium, ſuaderi videbatur ex infraſcriptis.

Et primo quia Statutum ſimpliciter generaliter, & indiſtincte loquēs,
3 generaliter, & indiſtincte debet intelligi, *leg. 1. § generaliter, ff. de legat. præſtan. leg. fin. in fine, C. de Dot. promiſſ. Euerard. in loco à generalitate ſub initium verſic. ſecundo argumentum, Maſcard. de interpret. Stat. concluſ. 4. nu. 1. & 27.* Maxime cum non omnino videatur odioſum, ſed fauorabile quatenus inductum eſt in odium litium, & ad tollendum rixas, & odioſa iurgia, orīri ſolita in apprehendendis poſſeſsionibus hereditatum, *ad tex. in cap. finem litibus de dol. & contumac. & in leg. ſi quando C. de teſtam.* Confirmatur quoniam rectitudo intentionis ſtatuentium, & finis ſalutaris huiuſmodi Statuti videtur eludi ſi diſcutiendum eſt, & ſuper hoc ipſo facienda eſt lis, an videlicet defunctus, vel hæres habeat rei dominium, vel vſumfructum, & an proprietarius ſit, vel tertius qui ſe opponit. Accedit ratio recti ſumonis *ad tex. in leg. fin. ff. ad Trebell.* quæ ſuadet Statutum, dum continuat poſſeſsionem vſufructuarij, intellexiſſe etiam contra proprietarium, nā poſito vno ex correlatiuis ponitur aliud, *iuxta gloſſ. in Clem. vnic. in verb. Aeternaliter de ſum. Trin. & fid. Cathol.* & cum caſus hic eſſet frequentior huic maxime prouidere voluiſſe Statutum cenſendum eſt *ad tex. in leg. nam ad ea, ff. de legibus.*

Secundo Statutum hoc tribuit heredi remedium recuperandæ poſſeſ-
4 ſionis in quo ex communi quam fatetur *ipſe Menoch. de recuperan. poſſ. remed. 19. nu. 80.* non admittitur exceptio dominij, ſeu proprietatis, ergo patet Statutum nullam habuiſſe rationem proprietatis, & ſic noluiſſe in hoc à tertio differentiare proprietarium, quæ ratio placuit,

5 cuit, *Rim.iun d.conſ.91.nu.17. & 18.* Confirmatur quia generale
eſt, quod ſtante Statuto continuatiuo, & intentato eius remedio, de
dominio quæri non debet, *Bald.in rub.de cauſ.poſſ. & propriet.col.fin.*
verſ. & nota quod eſt dictum, Dec.conſ.84.num.1.ſub finem, Rim.iun.d.
6 *conſ.91.nu 21.* Accedit hic quod generale eſt etiam, quod in iudi-
cio manutentionis non admittitur exceptio dominij, *Rot.dec.477.*
nu.3. & dec.614.nu.4. & dec.685.in fine par.1.Recenſior. & coram Lu-
douiſio in Callien.fructuum dec.107.nu.3. Niſi quando in continenti
conſtaret de notorio dominio ex partis confeſsione, vel re iudicata,
Rot.in Hoſtien.littoris dec.28.num.9.par.1.Diuerſ. & coram Seraph. in
Valentina Iuriſpatronatus dec.555.nu.8. & 9. & coram Buratto in An-
conitana bonorum dec.158 nu 8.
7 Tertio poſſeſsio quæ continuatur in hęredem quo ad effectũ eſt illa
eadem quæ penes defunctum reſidebat, *Bald in cap.1.de controuerſ.*
inter maſcul. & fœm.de beneficio num.1.in vſibus feudorum, Tiraquell.in
tract.Le mort, ſaiſit le vif par.5.declar.1.nu.7. & eadem par.5.nu 1.Gra-
tian.diſcept.forenſ.cap 113.num.19. vnde ſicut defunctus vſufructua-
rius lite pendente ſuper proprietate ſi viueret manutenendus erat,
ſic & hęres illius, & eo magis hoc in caſu in quo vſufructuarius non
habebat cauſam, & non recognoſcebat vſumfructum à proprieta-
rio, ſed immo proprietarius ipſe cauſam habebat, & proprietatem
recognoſcebat ab vſufructuario.
8 Quarto, quando ius proprietatis eſt controuerſum, & illiquidum, vt
erat hoc in caſu, tunc abſque controuerſia aduerſus prętẽſum pro-
prietarium manutenendus eſt hæres vſufructuarij, etiam in termi-
nis Statuti ſimplicis, quod nõ tribuat prout noſtrum tribuit expreſ-
ſe continuationem, etiam hæredi vſufructuarij, *Gratian.diſcept.fo-*
renſ.cap.899.nu.10. & cap.954.nu.18. vbi refert ad id etiam Menoch.
Paſtius poſt alios de manutenendo obſeruat.16.nu.42. & obſeruat.55.nu.
65. & facit tex.in cap.licet Epiſc.de preb.in ſex. ibi, Cum tibi forſan ius
poſsit competere retinendi, &c.
Quinto, etiam ſi agatur aduerſus proprietarium, adhuc negari non
poteſt vſufructuarium habuiſſe ſaltem detentionem, quam etiam
Statutum expreſſe continuat in hęredem, vnde ſaltem tanquam hæ
9 res detentoris erit manutenendus cum retẽtio ſit nudi facti inſiſten-
tia, *Rebuff.in leg.abſentem, §. Abſens, ff.de verb.ſignific. Menoch.lib.6.*
præſ.68.nu.1. & de recuperanda poſſeſſ remed.1.nu.64. Et cum ad hoc
10 ſatis ſit aliquem eſſe in poſſeſsione licet non poſsideat, *iux.tex.in*
leg.

Digitized by Google

leg.ſi quis ante 10 *ff.de acquir.poſſ.* vbi dicitur,quod aliud eſt poſsidere,longe aliud in poſſeſsione eſſe ſicut aliud eſt viuere, aliud eſse in vita, vel in vita morari, *Senec.epiſt* 63. ibi non vixit iſte, ſed in vita moratus eſt,nec ſero mortuus eſt,ſed diu.

ARGVMENTVM.

Clauſula ſine pręiudicio quid operetur. Principis diſpoſitio quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio eſt ius,& an ſit vna,vel multiplex. Remiſſiue.*
2 *Clauſula ſine pręiudicio iurium intelligitur tam in petitorio, quam in poſſeſſorio,ſaltem quando à Iudice eſt appoſita.*
3 *Et eo magis quando à Principe.*
4 *Qualibet Principis diſpoſitio intelligitur ſine pręiudicio tertij.*
5 *Expreſſa Principis derogatio pręiudicio tertij,intelligitur de modico.*
6 *Indefinita Principis in priuilegijs, an & quando æquipolleat vniuerſali.*

DECISIO CXXXXIII.

IN eadem d xi non obſtare Eminentiſsimi tunc Legati prouiſionale Decretum, quoniam cōtinebat ampliſsimam Clauſulam iuſtificantem ſine pręiudicio quorumcunque iurium ambarum partium, quæ pręſeruat tam quoad petitorium, quam quo
1 ad poſseſsorium. Quicquid enim ſit de veritate illius quæſtionis. An poſseſsio ſit vnica,vel duplex, vel triplex ſpecie, videlicet ciuilis naturalis corporalis *de qua per Ceuall. in Theſauro commun.cont.commun. quæſt.640. per tot.* ſemper videtur verum dicere,quod poſſeſſio eſt aliquod ius,*leg.peregre* 44. *ff.de acquir. poſſeſſ. leg. poſſeſſio 49.in fine princ.*ibi poſſeſſio plurimum ex iure mutuatur,*ff.eodem,& in eadem leg.poſſeſſio,§.qui in poteſtate,* ibi poſſeſſio non tantum corporis,ſed & iuris eſt, *Bart.in leg.*1 *nu.6 & in leg.poſſeſſio d §.qui in*
2 *poteſtate nu.* 1 *.ff.eodem tit.de acquir.poſſeſſ.* Et quod clauſula ſine præiudicio iurium præſeruet, etiam iura poſſeſſorij quando fuit appoſita non à parte ſed à Iudice,*tradit Peregr de fideicom.art.48 nu.36. & poſt alios Beltram. ad Ludouiſ. in Pampilonen ſepulturæ dec.332.num.6. ſub medium, & prius num.5.* vbi maxime vt erat hoc in caſu quando adiecta eſt in actu ipſo traditionis poſſeſſionis. Quod ſi id procedit
3 in Iudice, fortius obtinere videtur in Principe, cuius acta,& verba decet eſſe eo magis operatoria,quo magis principalis authoritas iudicialem ſuperemmet *ad tex.in leg. Bene a Zenone, C. de quadrien. præſcript.*

ption. Et eo etiam magis quo quælibet Principis diſpoſitio etiam de
4 ſui natura, habet in ventre tacitum hanc conditionem ſine præiudicio tertij, *leg. 2. §. ſi quis à Principe, ff. Ne quid in loco publico cap. quamuis in fine de reſcript. in ſexto, cum alijs adductis per Buratt. in Ianuen. reinte-*
5 *grationis dec. 510. num. 5. & in eadem cauſa dec. 576. num. 3. & 5.* Immo etiam ſi Princeps deroget expreſſe præiudicio tertij adhuc intelligitur de modico *ad tex. in leg. quoties, C. de precib. imper. offer. Cæpoll. de ſeruit. vrban præd. cap. 60. nu. 5. Caphal. conſ. 342. nu. 73. poſt Felin. Dec.*
6 *& alios.* Et licet alias indefinita Principis in priuilegijs æquipolleat vniuerſali; id intelligitur quo ad præiudicium ipſius Principis concedentis, non vero quo ad præiudicium tertij, *Pariſ. in leg. 1. ff de leg. 1. num. 6. & 13. Rot. in Caurien. iuriſdictionis coram Cantuccio dec. 55. nu. 8. par. 2. Diuerſor.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum coram Parocho, & teſtibus quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum coram Parocho, & duobus teſtibus valet.*

2 *Quod procedit etiam in teſtamento profano in terris Eccleſiæ.*
Et valet coram quatuor teſtibus abſque Parocho.

3 *In teſtamento ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes abſque Parocho etiam in terris Imperij.*
Ad pias cauſas, prout inter liberos etiam ſchedula teſtatoris habet vim teſtamenti.
Et quando dicatur ad pias cauſas, remiſſiue.

4 *Quod etiam valeat in terris Imperij teſtamentum coram Parocho, & duobus teſtibus ſuadetur ratione. Teſtamentũ coram Iudice, & duobus teſtibus valet vbique.*

5 *Ad probandum teſtamentum coram Parocho, debent teſtes eſſe omni exceptione maiores, & an huiuſmodi qualitas ſit probanda.*
Quilibet præſumitur bonus, ſed non optimus.

6 *Et debent examinari Parochus, & teſtes, & deponere de tenore teſtamenti nec ſatis eſt ſi ſe referant ad ſcripturam.*

7 *Quando Parochus eſſet etiam Notarius, & rogatus vti talis, non requiretur aliud examen teſtium.*

DECISIO CXXXXIV.

TEſtamentum Caroli Rainerij coram ſex teſtibus,&
Parocho conditum, quod D. Iudex à quo nullum
1 declarauerat, ego pronunciaui validum, & ideo
publicandum motus quoniam quod teſtamẽtum
coram Parocho, & duobus etiam teſtibus factum
valeat, *diſponit tex. in cap. Cum eſſes de teſtam.* ibi, Te-
ſtamenta quæ Parochiani coram Præsbytero ſuo,& tribus, vel dua-
bus alijs perſonis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma de-
2 cernimus permanere. Quæ diſpoſitio ſaltem in terris Eccleſiæ lo-
cum habet etiam in teſtamento prophano, *Ruin. conſ. 14. nu. 4. lib. 2,
Couar. in d. cap Cum eſſes nu. 12. Boer. dec. 93. num. 2. & ſeq. Laurent. dec.
Auenion. 71. nu. 1. Clar. poſt alios in §. teſtamentum quæſt. 57. in princ. &
verſic. quæ quidem concluſio*, vbi quod in terris Eccleſiæ ſine dubita-
tione procedit, *Honded. conſ. 71. num. 15. & 16. lib. 1. Durand. qui poſt
Corneum* loquitur de Ciuitate Ferrariæ, *in tract. de arte teſtandi, tit. de
teſtam. ordinan. cautela 2. nu. 2.* Immo quod in terris Eccleſiæ ſine Pa-
rocho teſtamentum valeat coram quatuor teſtibus cum duo teſtes
Parochum ſuppleant, communem eſſe ſententiam, *oſtendit Clar. in
d. §. teſtamentum quæſt. 57. verſic. Sed pone, & Durand. de art. teſtan. caut.
3 2. nu. 3. d. tit. de teſtam. ordinand.* quod autem ad pias cauſas teſtamen-
tum valeat coram duobus teſtibus abſque Parocho, *tex. eſt in cap. Re-
latum de teſtam. Corn. conſ. 97. nu. 1. & ſeq. lib. 1. Bart. in leg. 1, nu. 10. C.
de ſacr. Eccl. & poſt Clar. Mant. & alios, Honded. conſ. 26. lib. 2. nu. 3* vbi
quod etiam in terris Imperij id procedit, *Buratt. in Spoletana hæredi-
tatis, ſeu confidentiæ dec. 616. num. 1.* Immo quod etiam ſchedula ſine
teſtibus manu teſtatoris cõſcripta valeat, vt inter liberos ſic ad pias
cauſas, *Dixi dec. 71. nu. 3 & 4* & quando teſtamentum dicatur con-
ditum ad pias cauſas, *docet Ferentill. ad Buratt. in Præneſtina hæredita-
tis dec. 475. nu. 17. & 18.*

4 Et quod etiam teſtamentum prophanum in terris Eccleſiæ non ſu-
biectis coram Parocho,& duobus teſtibus valeat, videretur in pun-
cto iuris ſuſtineri poſſe, quia Parochus eſt Iudex animarum, & tan-
to dignior Iudice fori, quanto digniora ſunt ſpiritu alia temporali-
bus, *can. duo ſunt 96. diſt. cap. cum ſit de ætat. & qualit.* At teſtamen-
tum coram Iudice, & duobus teſtibus conditum valet vbique, *leg.
omnium, C. de teſtamentis*, idque apud Venetos ſeruari, *dixit Bald.
conſ. 281. lib. 3. & ita ratiocinatur Durand. de art. teſtan. tit. de teſtam.
ordin.*

ordin. caut. 2. num. 2. ſub medium, verſic. Tamen ſtricto iure.

5 Et licet teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores ad probādum teſtamentum coram Parocho, *Pbriſ. conſ. 24. num. 13. & ſeq. lib. 3. Dec. conſ. 105. nu. 4. Clar. in §. teſtamentum quæſt 57. verſic quæ quidem concluſio, Honded. conſ. 77. nu. 4. lib. 1.* non tamen eſt neceſſario articulanda, & probanda huiuſmodi qualitas idoneitatis teſtium, niſi quando a lege vel Statuto exigitur idoneitas in ſuperlatiuo gradu, vt puta quod teſtes ſint optimę opinionis, quia licet quilibet præſumatur bonus non tamen præſumitur optimus, *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 2.* In alijs autem caſibus ſufficit præſumptio qua teſtis creditur idoneus donec probetur contrarium, & ita procedunt, *tradita per Maſcard. de probat. concluſ. 1348. num. 12. & ſeq. & per Beniuten. dec. Bononien 62. num. 15. & in his terminis per Honded. conſ. 77. num. 22. lib. 1.*

6 Et licet verum ſit etiam, quod debeant examinari Parochus, & teſtes, & deponere de tenore teſtamenti *adnotata in leg. Inſtrumenta, & in leg. exemplo, C de probat. & in cap. 2. de fide Inſtrum. & in hac ſpecie per Capr. conſ. 57 num. 4. & 5. & poſt Zabarell. Durand. de art. teſtam. & alios, Honded. conſ. 26. nu. 9. & 10. lib. 2.* vbi quod non eſt ſatis ſi ſe referant ad ſcripturam teſtamenti, *& num. 12. & ſeq.* vbi quod examen debet fieri coram Iudice ordinario loci, nec valet coram Eccleſiaſtico quando teſtator eſt laicus, & ſaltem quando etiam hæres eſt laicus, vt hic erat, attamen in caſu præſenti ſatis fuerat hoc ſeruatū coram ſuo Iudice, & licet aliqui ex prædictis ſex teſtibus non deponerent de toto tenore, ſed ſe referrēt ad ſcripturam, duo tamen immo, & tres bene deponebant.

7 In alio autem caſu dixi validum teſtamentum coram Parocho, & teſtibus licet nullo modo teſtes eſſent examinati, quoniam Parochus erat etiam Notarius, & rogatus vti talis, vnde credendum erat eius ſcripturæ, abſque alia teſtium depoſitione, *Pariſ. conſ. 51. num. 5. lib. 3. Couar. in d. cap. Cum eſſes de teſtam nu. 13. Honded. conſ. 26. num. 6. & 30. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

In teſtamento quando, & quomodo rogitus teſtium requiratur.

SVMMARIVM.

1 Teſtes eſſe rogatos regulariter non requiritur fallit in teſtamento.

2 Etiam in teſtamento nuncupatiuo, & militari requiritur rogitus teſtium, ac etiam in teſtamento condito ſecundum ius canonicum.

3. In

3 *In teſtamento inter liberos non requiritur rogitus teſtium.*
4 *Inter liberos teſtamentum non ſolemne valet, quo ad ipſos non quo extraneos.*
5 *Sufficit teſtes eſſe rogatos ab alio, quam à teſtatore dummodo non à ſuſpecto.*
6 *Sufficit eis dixiſſe eſtote teſtes.*
7 *Multi Doctores ſenſiunt rogitum præſumi, licet alij contrariam aſſerant.*

DECISIO CXXXXV.

IN eadem dicebam, quod licet in alijs depoſitioni-
1 bus regulariter non requiratur teſtes eſſe roga-
tos, *leg. ad fidem, ff. De teſtib.* In teſtamento tamen
nō ſufficit teſtes eſſe adhibitos niſi fuerint etiam
rogati, *leg. hæredes palam, §. In teſtamēto, ff. de teſtam.*
2 *Authen. rogati, C. de teſtibus*, quod procedit etiam
in teſtamento nuncupatiuo, *gl. in §. fin. in verbo adhibitis inſtit. tit. de
teſtam. ordinan. Boer. qui teſtatur de communi dec. 34. num. 8. Clar. in §.
teſtamen. quæſt. 18. verſic. & hæc quidem, & verſic. Item quæro.* vbi quod
idem procedit etiam in teſtamento militis, *Honded. conſ. 77. num. 9.
lib. 1.* vbi quod locum habèt etiam in teſtamento condito iuxta di-
ſpoſitionem iuris canonici.
3 Et licet in teſtamento inter liberos rogitus teſtium non requiratur,
*gl. in leg. fin. in verbo excepto teſtamento, C. de Codicillis quam communiter
approbatam dixit Dec. conſ. 610. num. 2. Clar. in §. teſtamentum quæſt.* 8.
4 *verſ. tertio infertur*, attamen diſpoſitio, *tex in leg. hac Conſultiſſima, §.
ex imperfecto, C. de teſtam.* quod ſuſtinet teſtamentum non ſolemne in-
ter liberos, intelligitur quo ad ipſorum fauorē tantum, quod autem
reſpicit fauorem extraneorum, hoc eſt qui non ſunt liberi, *prout hic
agebatur de ſubſtitutione vxoris*, non ſuſtinetur, *vt expreſſe id loquitur
tex. in d. §. ex Imperfecto*, ibi, Niſi inter ſolos liberos, & ibi quantum
ad extraneam perſonam pro nullo haberi, ſed liberis accreſcere, *&
docet poſt alios Clar. in d. §. teſtamentum quæſt. 10. in princ.* Et in ſpe-
cie, quod ſubſtitutio facta liberis in teſtamēto non ſolemni, de per-
ſona quæ non ſit de liberis non ſuſtineatur, *dixit Bart. in leg. 2. nu. 18.
ff. de vulg. & Curt. iun. qui teſtatur de communi in leg. hac Conſultiſſima,
§ ex imperfecto nu. 6. C. de teſtam. Clarus quo non eſt clarior alter in d. §.
teſtam quæſt. 10. verſic. Hinc infertur.*
5 Dicebam tamen, quod ſufficit teſtes eſſe rogatos, vt hoc in caſu, ab
alio quam à teſtatore dummodo eo patiente, *gl. 1. in Auth. Rogati, C.
de teſtam. Iaſ. in leg. ſerui electione num. 4. ff. De leg. 1. & in leg. hac Con-*

ſul-

ſultiſſima, *C.de teſtam.num.2.Socin.in leg.ſi quis,ita num.3.ff.de reb.dub.*
6 *Clar.in d.§.teſtam quæſt.58.verſ. Scias tamen* Et ſufficit teſtibus fuiſſe dictum eſtote teſtes, *Corn conſ.7.nu.3.lib.4. Honded.d.conſ.77.nu.48.lib.1.* & *num 53.* vbi plus probat ſufficere teſtes fuiſſe præſentes ſcienter, & appenſate, & non fortuito, & *probare videtur tex. in d. Auth.Rogati,C.de teſtib* ibi, Rogati, vt in teſtamentis, & non fortuiti,
7 & tranſeuntes veniant. Et quod etiam in teſtamento ſolemni Rogitus teſtium præſumatur, *ſenſerunt Dyn. Bald.Caſtren. Salicet relati per Boerium dec.33.nu.3.licet alij ibidem relati contrarium dixerint.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum ad interrogationem vel nutum, vel imperfectum ratione voluntatis an valeat.

SVMMARIVM.

Teſtamentum valet licet non ore proprio teſtator hæredem nominet, dummodo articulate reſpondeat interroganti non ſuſpecto.

2 *Teſtamentum nutu conditum non valet neq; inter liberos, & quid ad piam cauſam.*

3 *Legatum nutu relictum ab eo qui loqui poteſt, valet.*
In contractibus quando nutus ſufficiat remiſſiue, & quid in matrimonio.

4 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non valet, nec inter liberos, nec ad piam cauſam, & quare.*

DECISIO CXXXXVI.

1 IN eadem dixi teſtatorem ore proprio nominaſſe hæredem, neceſſario non requiri, ſed ſufficere ſi ad interrogationem Notarij, Parochi vel alterius reſponderit aſſentiendo, *gl in leg Iubemus in verbo quemadmodum, C.de teſtam. quam communiter approbari dixit Afflict.dec.143. nu.3. Iaſ.in eadem leg. Iubemus nu.10.Dec.conſ.489.nu.3. Crauett.conſ.117.nu.1. Ruin.conſ.12. nu.9.* & *12 lib. 2.Boer.dec.35.nu.6. Durand. de art.teſtan tit.4. caut.2. nu.2.Clar.in §.teſtam quæſt.37. verſic. Sed quid ſi Notarius,* qui licet videatur dubitare, fatetur tamen quod contra opinionem illius gloſſæ, & DD. difficile foret obtinere præſertim quando, *vt contingebat hoc in caſu;* Interrogatio non fuit facta à perſona ſuſpecta, & Reſponſio fuit articulata, *vt in verſic.Scias ergo,* & *in verſic.Item ſcias,* & licet etiam Laderchia contrariam ſententiam veriorem probare nitatur, hanc tamen communem eſſe confitetur, *conſ.39.nu.1.*
2 Secus eſſet ſi per nutum reſpondiſſet teſtator, quia teſtamentum nu-

nutu conditum non valet etiam inter liberos, *Angel.in leg. Diſcretis,*
C.qui teſt. fac.poſſ. & communiorem dixit Nat.in leg.hac Conſultiſſima,§:
ex imperfecto,C.de teſtam.nu.194.Clar.in §.teſtamentum quaeſt.8. verſic.
Vlterius quaero, licet aliud dicat in teſtamento ad pias cauſas, vt ibi
3 per eum. Et licet legatum,& fideicommiſſum nutu relictum ab eo
qui loqui poteſt valeat, *leg.nutu 21.ff.de leg.3.* Sed in contractibus,
an & quando nutus obliget, *vide tex.in leg.1.§.Si quis ita, ff.de verb.*
oblig.& gl.ibi in verbo annuiſſet,& quid in matrimonio, *vide Sanchez*
de matrim.lib.1 diſp.8.nu.12.& Ceuall.in Theſauro commun. opin.contr.
commun.quaeſt.406.nu.4. & ſeq.
4 Sic etiam teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſti-
netur etiam inter liberos, *gl.in leg. Si is qui 25.ff.de teſtam. quam com-*
muniter receptam dixit Ruin.conſ.15.nu.2.lib.2.Duran.de art.teſtan.tit.
2.caut.vlt.nu.6.Clar in §. teſtamentum quaeſt.9.per tot. prout etiam fa-
uore piae cauſae teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non
ſuſtinetur ex magis communi, *vt poſt alios probat Surd. dec.292. nu.*
15. quem ſequitur Rota coram Buratt.in Praeneſtina haereditatis dec.475.
num.9. Et poteſt eſſe ratio quoniam huiuſmodi voluntas eſt potius
praeordinatio teſtamenti quam teſtamentum, *ad tex.in d.leg.Si is qui*
alias incipit,ſi quis tum teſtamentum 25.ff. de teſtam. ibi videtur magis
voluiſſe teſtamentum facere quam feciſſe, *Iaſ conſ.155.num.6.lib.4.*
Honded.conſ.77.nu.1.lib.1.& ſi philoſophorum lingua loqui velis,di-
ces illam eſſe velleitatem potius quam voluntatem.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum coram duobus teſtibus, & Parocho ſubſtituto quando valeat. Numerus teſtium quando ſuppleat defectum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum iuxta cap.Cum eſſes non valet niſi coram proprio Parocho,nec valet coram confeſſore.*
2 *Nec coram ſubſtituto ad adminiſtrationem Sacramentorum.*
3 *Niſi ſit ſubſtitutus ad vniuerſam curam.*
4 *Teſtium contrarietas non attenditur niſi in ſubſtantialibus.*
5 *Numerus ſupplet defectum teſtium arbitrio Iudicis, & ſaltem quando eſt numerus trium etiam ſi omnes patiantur defectum.*
6 *In dubio pro teſtamento eſt iudicandum.*

De-

DECISIO CXXXXVII.

1 IN eadem dixi non obſtare, quod obijciebatur circa legitimationem perſonæ Parochi, quia licet verum ſit, quod teſtamẽtum iuxta diſpoſitionem *cap. Cum eſſes de teſtam.* non valet niſi conditum coram proprio Præsbytero, vt ibi dicitur hoc eſt coram proprio Parocho, vt exponitur, *& innuit tex. in correlatiuo verbo Parochiani, & tradit Corn. conſ. 77. num. 1. lib. 1. Durand. de art. teſtan. tit. de teſtam. ordin. caut. 2. nu. 2. Honded. conſ. 26. lib. 1. num. 2.* vbi quod nec valet coram proprio Confeſſore, prout nec

2 etiam valet coram ſubſtituto, cui per Parochum commiſſa ſit ſimplex Sacramentorum adminiſtratio, *Corn. d. conſ. 77. lib. 1. Durand. de art. teſtan. tit. de teſtam. ordin. caut. 2. num. 2. verſic. Animaduertendum.*

3 Attamen quando vt hoc in caſu ſubſtitutus eſt ad vniuerſam curam non ſolũ à Parocho, ſed ab ipſo Reuerendiſſimo Vicario generali, ita ſubrogatus ſapit naturam eius cuius in locũ ſubrogatur, & corã eo non ſecus, ac coram proprio Parocho teſtamentum valet, *ad tex. in leg. ſi Prætor, ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdictio, & in his terminis Corn. conſ. 18. ſub fin. quem ſequitur Durand. de art. teſtan. tit. de teſtam. ordin. caut. 2. nu. 2. in fine.*

Minus obſtabant obiecta contra teſtes, quia præterquam quod, quo ad

4 inſtitutionem, & ſubſtitutionem concordabant, & contrarietas in accidentalibus nõ attenditur, *Ludouiſ. in Sabinen. Alluuionis dec. 558. nu. 8. & 10. vbi Beltram.* & duo ſaltem qui in hoc ſufficiebant erant integræ fidei, quo ad perſonas, & quo ad dicta, omni etiam in caſu

5 numerus ſupplebat defectum ſi quis forte adeſſe potuiſſet, *gl. in leg. 1. §. 1. ff. de teſtib. Gabr. concl. 6 nu. 1. de teſtib. Seraph. in Romana prælationis dec. 241. nu. 2. Buratt. in Anconitana Florum dec. 601. nu. 5. & in Spoletana hereditatis, ſeu confidentiæ dec. 901. nu. 17. & in Colimbrien. matrimonij dec. 192. nu. 4.* vbi quod defectum ſupplet numerus trium arbitrio iudicantis, etiam ſi omnes defectum patiantur, & idem prius, *& plenius dixerat idem Buratt. in eadem Colimbrien. dec. 143. nu. 12. & ſeq. vbi copioſe Ferentill. nu. 18.*

6 Accedebat prædictis omnibus, quod etiam in dubio erat pro teſtamento iudicandum, *leg. ſi pars, ff. de inoff. teſtam. leg. Cancellauerat, ff. de his quæ in teſtam. delentur, cap. fin. de ſent. & re iudic. Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 2. tit. 15. nu. 1. Honded. conſ. 77. nu. 54. lib. 1.*

Ar-

ARGVMENTVM.

Quando ſententia poſſit pronunciari nulla, & vnico contextu pronunciari in meritis, vt in prima.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt ſententia declarari nulla, & vnico contextu pronunciari in meritis, vt in prima.*
2 *Pars contra quam ſententia pronunciatur nulla condemnatur in expenſis.*
3 *Idem quando cauſa pronunciatur deſerta. Amplia vt ibi.*
Aduerſus deſertionem non conceditur reſtitutio niſi refectis expẽſis, & alijs ſeruatis de quibus ibi.

DECISIO CXXXXVIII.

RECurrente D. Palmirola in cauſa de qua ſupra Dec. 125. Eminentiſſimus commiſit Rotę quæ cognoſcat de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ Vicarij Rhodigij retardata, vel non retardata exequtione eius arbitrio, & Domini vno excepto ex nouiter deductis declararunt nullam ſententiam prædictam, & amplectentes merita eodem contextu pronunciarunt liquidantes vſque ad ſummam librarum ſex millium pro tunc, in reliquis aſſignantes terminum ad vlteriorem liquidationem faciendam

1 Quod autem ſententia conſtito de nullitate poſſit pronunciari nulla, & eodem contextu conſtito de Iuſtitia pronunciari poſſit etiam vt in prima *firmauit Rota coram Aegidio dec. 925. & coram Puteo dec. 71. lib. 3. & coram Achille dec. 14. de commiſſion. & coram Seraph. in Ciuitaten. conſtructionis dec. 857. nu. 31.*

2 Ab expenſis fuit vtraque pars abſoluta, quia licet pars contra quam ſententia pronunciatur nulla, condemnetur regulariter in expenſis, *Afflict. dec. 70. num. 4. Rim. ſen. conſ. 696. nu. 3. lib. 4.* Sicut etiam

3 quando cauſa pronunciatut deſerta, *Cephal. conſ. 223. num. 25. lib. 2. Caualcan. dec. 25. nu. 24. par. 1.* vbi ampliat deberi expenſas primæ inſtantiæ deſertæ, etiam ſi Iudex procederet ſola facti veritate inſpecta, & princeps reſuſcitaret inſtantiam, *Cartar. dec. Gen. 24. nu. 3. & prius Grammat dec. 69. nu. 3. & conſonat conſtitutio Rotalis num. 29.* vbi diſponitur non eſſe concedendam à Legato, vel Prolegato reſtitutionem aduerſus peremptam inſtantiam niſi pro prima vice, & facta exequtione, & refectis expenſis vſque ad quadrantem.

4 Attamen quando ſententia contra vnam partem declaratur nulla, & ad fauorem eiuſdem partis eodem tempore pronunciatur in meritis

ritis, videtur facienda expenſarum compenſatio hinc inde *ad tradita per Barth. in Auth. quæ ſupplicatio num. 4. C. quom. & quand. Iud. cum alijs adductis per Caualcan. d. dec. 25. nu. 22. par. 1. de iudicijs.*

ARGVMENTVM.

Quæ deductiones competant grauato, & an & quando fructus in illas imputentur.

SVMMARIVM.

1 *Deductio legitimæ competit ex fideicommiſſo aſcendentium, & deſcendentium, & poteſt aliquo onere grauari.*

2 *Fructus imputantur in Trebellianicam niſi filijs primi gradus.*

3 *Trebellianica prohiberi poteſt à teſtatore, & quid in filijs primi gradus, & an tacite.*

4 *Ex diuturnitate temporis præſumitur ſolutio Legatorū, & æris alieni quando agitur inter hæredem grauatum, & fideicommiſſarium.*

5 *Fructus non imputantur in credita grauati, quæ non proueniunt ex ſola legis diſpoſitione.*

6 *Primæ alienationes pro detractionibus ſuſtinentur.*

DECISIO CXXXXIX.

DIxi relaxandam eſſe D. Bernardino Chioccano dimidiam apothecam vigore fideicommiſſi, & iuxta ſententiam D. Iudicis à quo, hoc tamen addito temperamento ſcilicet; Deductis tamen prius deducendis pro parte Illuſtriſſimi D. Comitis Herculis Cati quatenus de iure deducenda veniant, & iuxta liquidationem in exequtione noſtræ ſententiæ faciendam;
1 quia licet ex fideicommiſſo tranſuerſali non competat deductio legitimæ quæ ſolis deſcendentibus, & aſcendentibus debetur, & non poteſt fideicommiſſo, vel alio onere grauari, *leg. quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 295. per tot. & quæſt. 296. nu. 1.* neque etiam hoc in caſu competere videretur deductio Trebellia-
2 nicæ, tum quia in eam fructus à grauato percepti imputabantur, *leg. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebell. cum alijs adductis à Peregrin. de fideicom art. 49. num. 52.* vbi quod id pro regula firmatur, quæ tamen fallit in filijs primi gradus, *leg. Iubemus, C. ad Sen. Conſ. Trebell.* ibi. Non per imputationem redditum licet hoc teſtator iuſſerit, & loquitur etiam quando ad fideicommiſſum vocatus eſſet alter filius, *Gabriel concl. 12. ad Trebell. nu 1.* tum quia Trebellianica hoc in caſu often-
3 debatur prohibita per teſtatorem, prout prohiberi poterat, *Mant. de*

coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 12. num. 1. Gabr. concl. 1. ad Trebell. nu. 2. & ſeq. Ferentill. ad Burato. in Romana pecuniaria de Buſalinis dec. 480. nu. 21. vbi quod non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite, & ex coniectuſis prohibetur. Quicquid ſit in filijs primi gradus quibus non poſſe prohiberi communior videtur eſſe ſententia ceſſante particulari conſuetudine Curiarum *ad tradita per Peregr. de fideicom. art. 39. nu. 3. & per Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 396. nu. 34. & 35.* De qua quæſtione *vide Amat. dec. Ferrar. 4. num. 9. & late Caualcan. deciſionum par. 1. in verb. Trebellianica*, vbi ponit quæ opinio ſeruetur in diuerſis Tribunalibus, *Ludouiſ. in Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi dec. 421. num. 10. & ſeq. & ibi Beltram. nu. 16.* vbi quod Rota Romana ſeruat opinionem affirmatiuam, quod videlicet filijs primi gradus prohiberi poſſit etiã tacite, vt ibi.

Poterat tamen hoc in caſu competere ad fauorem grauati venditoris, & ſic authoris D. Comitis deductio Legatorum, quæ in teſtamento fideicommittentis legebantur in ſumma notabili, & licet adhuc de
4 ſolutione non conſtaret expreſſe, ea tamen ex diuturnitate temporis præſumi poterat, præſertim ad effectum de quo agebatur retinendi donec aſſignato termino ad liquidandum, veritas appareret, *vt in fortioribus conſuluit Soc. iun. conſ. 116 num 44. & 45. lib. 1. quem ſequitur Paſettus conſ. 112. nu. 13.* vbi ſubdit non ſufficere cautionem de releuando indemnem ipſum grauatum, ſtante ſolutione etiam præſumptiua, & d. cautioni locum eſſe poſſe quando conſtaret de legatis, vel alio ære alieno, & non conſtaret vllo modo de ſolutione, *Decian. conſ. 11. lib. 5. num. 18. & 20.* vbi quod omni in caſu ſufficeret cautio præſtanda ab ipſo grauato de releuãdo indemnem fideicommiſſarium.

Nec dici poterat, quod fructus etiam ſi ſuperarent Trebellianicam, imputẽtur in credita hæredis grauati, & ſic in legata per ipſum ſoluta, quia licet multi hoc ſenſerint, communior tamen, & verior videtur
5 contraria opinio, quod huiuſmodi fructus non imputentur in credita ſaltem quando illa non proueniunt ex ſola legis diſpoſitione, *ad tradita per Bertazzol. conſ. 19. num. 32. & alibi, & per Boer. dec. 44. nu. 14. Rot. Auenionen. dec. 25. nu. 6. & per Peregr. de fideicom. art. 35. nu. 10. verſic. Communis tamen* vbi probat authoritatibus, & rationibus, & reſpondet contrarijs, & teſtatur ita ſe ſæpius practicaſſe, & abſtinuiſſe in magnis cauſis.

6 Certum eſt autem, quod primæ alienationes, prout prima apparebat

bat illa de qua agebatur, vti pro detractionibus à grauato factæ tenent, & ſequentes, & poſteriores reuocantur, ſi detractiones excedunt, *Peregrin.de fideicom.art.39. nu.4. Fuſar.de ſubſtitut. quæſt.43. num. 21.*

ARGVMENTVM.

Quæ dicantur egregiæ perſonæ ad effectum mittendi ad domum, iuxta leg. ad perſonas,& cuius expenſis mittatur.

SVMMARIVM.

1 *Ad domum infirmi mulieris, vel egregiæ perſonæ mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum.*

2 *Cuius expenſis mittatur.*

3 *Egregia perſona dicitur Epiſcopus. Sacerdos Doctor,& quilibet in dignitate conſtitutus. Epiſcopus an ſit maior Cardinali. Sacerdotium eſt dignitas,& qualis.*

4 *Poetæ non gaudent immunitate.*

5 *Relinquitur arbitrio Iudicis,quæ ſit Illuſtris perſona, vel egregia.*

DECISIO CXXXXX.

1 DN. petebat mitti Notarium ad eius domum pro accipiendis reſponſionibus ſuper articulis ex diſpoſitione *tex.in leg. Ad perſonas 15.ff.de iureiur.* ibi, Ad perſonas egregias, vel quæ valetudine impediuntur domum mitti oportet ad iuſiurandum, *& conſonat Statutum Ferrar.lib.2.cap.16.* quod diſponit idem etiam in mulieribus honeſtis in quibus,& idem diſpoſitum eſt *in cap.1.incipit mulieres de Iudicijs in ſexto,*quia nõ debet trahi perſonaliter ad iudicia, immo ſubditur, quod ſi Iudex in caſu de quo ibi cauſam fingit, vt accedat ad mulierem, ipſo facto excommunicationem incurrit. Pars vero quę produxerat Articulos hac in cauſa replicabat non eſſe locum diſpoſitioni, *tex. in d. leg. Ad perſonas,* quoniam Aduerſarius non docebat ſe eſſe valetudinarium, vel egregiam perſonam. Ego quidem decreueram ſine præiudicio ambarum partium mitti ad domum, tunc expenſis petentis, poſtea vero ſuccumbentis ſiue cuius de Iure, & hoc feceram ne ſtante dubio ex facto, an Reus eſſet egregia perſona, vel ne, interim retardaretur
2 examen, ſciebam enim quód quando conſtat perſonam eſſe egregiam mittendum, eſt ad eius domum pro iuramento expenſis non ipſius egregiæ perſonæ, ſed expenſis producentis articulos, quia inducta in fauorem,non debent in odium retorqueri, *leg. quod fauore,C.*

Digitized by Google

re, *C. de legibus*, *& per illum tex. ita firmat Bart. in d.leg. Ad perſonas nu. 2. ſub finem, ff. de iureiur. Cappella Toloſan. quæſt. 100. Menoch. de arbitrarijs Iud. caſ. 228. nu. 12.* & ita expreſſe diſponit in mulieribus, *tex. in d. cap. 2. de iureiur. in ſexto*, ibi, Expenſis producẽtis: quamuis quod mittendum ſit communibus expenſis vtriuſque partis *ſenſiſſe videatur Specul. de iuram. calumn. §. Reſtat verſic. antepen. & addens ad Bart. in d. leg. Ad perſonas num. 2. in fine, Iaſ. poſt Alex. in eadem leg. num. 3.* ſaltem quando controuertitur an perſona ſit egregia, vel ne, *vt intelligit poſt alios Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 228. num. 26.* Sed quia prædictus N. prætendebat ſe eſſe perſonam egregiam ex capire nobilitatis de qua non conſtabat, & ex capite litteraturæ ego dubitabam. Et quidem *gl. in d. leg. Ad perſonas*, exemplificat in

3 Epiſcopo de quo non eſt dubium, *vt per Felin. in cap. ſi qui teſtium num. 5. & 6. De teſtibus, & per Rom. ſing. 169.* qui ponit Cardinales poſt Epiſcopos, nec mirum nam Epiſcopi cum Cardinalibus de maioritate contendunt, & maiores etiam dicuntur ratione dignitatis, licet minores ratione officij, *vt per Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 70. nu. 6. poſt Bart in leg. 1. §. Si quis, ff. de appellat. & Mant. de Concilio n. 67.* vel ſunt maiores ratione ordinis, nõ ratione iuriſdictionis *a llate tradita per Dian. reſol. moral. par. 5. tract. 2. reſol. 1.* Immo etiã Sacerdos dicitur egregia perſona ad hunc effectum, *vt poſt Speculat. firmat Menoch. d. caſ. 70. nu. 10. de arbitr. & facit text. in leg. omnes 32. C. de Epiſc. & Cleric.* vbi Imperator ipſe Sacerdotes Reuerendiſſimos appellat, ibi, Reuerendiſſimi orthodoxæ fidei Sacerdotes, *& tex. in canone de ſeruorum 54. Diſt.* vbi Sacerdotium dignitas nuncupatur, ibi, Vilis perſona Sacerdotis dignitate fungi non debet. Et Sacerdotalis dignitas non ſolum maior eſt quacunque ſæculari, ſed cum ea nulla alia dignitas eſt comparanda, *Tiraquell. poſt alios de nobilitate cap. 9. nu. 4. vbi probat etiam Clericatum eſſe dignitatem, Maſtrill. dec. 139. num. 8. & 9. Addit. Rom d ſing. 169.* quemlibet in dignitate cõſtitutum: Exemplificat etiam *gl. in d. leg. Ad perſonas, & Iaſ. ibidem nu. 10* in Doctore *per tex. in leg. Medicos, C. de profeſſor. & medic. lib. 10.* vbi expreſſe dicitur, quod Doctores legum non debẽt ad iudicium deduci, ſicut nec profeſſores alij litterarum, & in hoc littera text fa-

4 cere videbatur D. N. qui poetica quædam ſcripta typis excuſſa demonſtrabat, ſed forte obſtabat ei, *tex. in leg. poetæ, C. eodem tit. De profeſſor & Medicis*, ibi, Poetæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur, quod ampliando gl. exemplificat in ipſo inter latinos poetarum

Prin-

Principe Virgilio, quem Seneca moralium Phyloſophorum Princeps in ſuis epiſtolis ſæpe laudauit; Diſpoſitionem tamen *illius tex. in d. leg. poetæ,* miratur, *Tiraquell. de nobilitate cap. 34. num. 5. in fine,* ibi miror Philippum Imperatorem ita ſanxiſſe cum poeſim, primam eſſe phyloſophiam veteres perhibuerint; & ex poetis vtilia multa ſe dedicíſſe, *refert D. Auguſt. lib. 1. Confeſſion. cap. 16. & lib. 2. De Trinit. cap. 13.*

5 Illud autem ſatis receptum eſt, quod quemadmodum relinquitur arbitrio Iudicis declarare, quæ nam ſit Illuſtris perſona, *gl. in cap. vlt. in verb. Illuſtrium de iudicijs in ſexto, Tiraquell. in leg. ſi vmquam, C. de reuoc. donat. num. 31. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 68. num. 1.* Ita etiam diffinire quæ nam dicatur egregia perſona eiuſdem Iudicis arbitrio relinquatur, *Granut. ad veſtrium lib. 6. cap. vlt. nu. 11 Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 80. num. 2. 3. & 11.* vbi quod pro qualitate perſonæ, & loci debet id diffinire, *& num. 12.* vbi meminit Statuti Ferrariæ.

ARGVMENTVM.

An ſenes gaudeāt priuilegio, *leg. Ad perſonas, ff. De iureiuran.* & an æquiparentur valetudinarijs.

SVMMARIVM.

1 *Senes an gaudeant priuilegio leg. Ad perſonas, & nu. 14.*
2 *Senectus venerabilis eſt.*
3 *In antiquis eſt ſapientia, ſed aliquando fallit, vt ibi.*
4 *Fere idem honor ſenibus qui magiſtratibus debetur.*
5 *Perſonas quibus reuerentia debetur in ius vocare ſine venia Pretoris non poſſumus.*
6 *Senectus dicitur ætas infirma.*
Senectus ipſa eſt morbus, & qualis nu. 7. & 14.
7 *Morbus eſt habitus corporis contra naturam, vſum impeditus ad quem naturam ſanitatem dedit.*
Senectus eſt morbus naturalis permanens, & inſanabilis.
8 *Quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.*
9 *Nauigaturus ætate feſſus mortis cauſa donare cenſentur.*
10 *Statutum de infirmis locum habet in ſenibus ſecundum aliquos.*
11 *Epiſcopus ægrotus vel ſenex, poteſt impetrare coadiutorem.*
Tutius iudicatur, vt ſub vmbra ſenis Eccleſia gubernetur.
Vigor deuotionis corpore ſeneſcente non deficit.

Digitized by Google

12 Senes ſecundum alios non veniunt appellatione infirmorum niſi lato modo, vel in caſibus expreſſis in iure.

13 Regula de infirmis reſignantibus non habet locum in ſenibus, niſi forte in decrepitis.

14 Senectus eſt morbus non proprie, ſed late ſumpto vocabulo.

Proprie videtur medium inter ſanitatem, & infirmitatem.

Partus perfectus ſeptimo menſe naſci poteſt.

Odia ſunt reſtringenda fauores ampliandi.

15 Quis dicatur ſenex remiſſiue.

DECISIO CLI.

1 IN alia cauſa contigit dubitari, *an textus in d leg. Ad perſonas 15. ff. de iureiur.* diſponens perſonas egregias, vel valetudinarias non teneri in Iudicio Ciuili perſonaliter comparere, locum habeat in ſenibus. Et pro affirmatiua *eſt gl. 1. in d. leg. Ad perſonas quæ mouetur ex tex. in Auth. de hared. & Falcid. §. hinc nobis*, ibi, Si forte aut digintas, aut ætas facultatem non dat ad inuentarij præſentiam, *ſequitur Iaſ. in eadem leg. nu. 9. ſub finem*, & videtur inſiſtendo in eodem textu ex duplici capite ſenex gaudere poſſe hoc priuilegio.

2 Primo tãquam egregia perſona, quia ſenectutem venerabilem eſſe, *dixit tex. in leg. Semper 5. ff. de iure immunit.* ibi, Semper in Ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit, *& dicitur in lib. Sapien. cap. 4.* Senectus venerabilis eſt, licet non annorum numero computanda, vt ibi, *& Leuitici cap. 19.* præcipitur, Coram Cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, *& Danielis cap. 12.* Dedit tibi Deus honorem ſenectutis, *& huc etiam ſpectat tex. lib. 2. Maccabæor. cap. 6.* ibi, Senectutis eminentiam cogitans Eleazzarus dixit; Non eſt ætate noſtra dignum fingere, & ibi fortiter è vita excedendo, ſenectute dignus apparebo, & plura in honorem huius ætatis congeſſit, *Cardinalis Paleottus in opuſculo de bono ſenectutis præſertim par. 3. pag. mihi 228.* Ra-
3 tio autem rationis prædictorum eſſe videtur quoniam regulariter in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, *vt ſcribitur in lib. Iob cap. 12.* Dixi regulariter, quoniam aliquando id etiam fallit, *vt legitur apud eundem Iob cap. 32.* ibi ſperabam, quod annorum multitudo docerent ſapientiam, ſed vt video non ſunt longæui ſapien-
4 tes, nec ſenes intelligunt iudicium, *& ſtringit tex. in d. leg. ſemper ff. de iur. immunit.* ibi maiores noſtri pene eundem honorem ſenibus

5 quem magiſtratibus tribuebant, *& facit tex. in leg. generailter 13. ff.*
de ius vocando, ibi, Eas perſonas quibus reuerentia præſtanda eſt ſi-
ne iuſſu Prętoris, in ius vocare nō oportet, *iuncto tex. in can. Contra ſta-*
tuta 25. quæſt. 1. vbi quod antiquitati, vel vt legit Paleottus ſenectu-
ti Decreta patrum ſanxere reuerentiam.

Secundo ſi non tanquam egregia perſona ſenex, ſaltem tanquam vale-
tudinarius videtur gaudere poſſe priuilegio, *tex. in d. leg. Ad perſonas*
arg. tex. qui ſe ipſum gloſat in leg. Ciuitatibus 125. ff. de leg. 1. ibi quod in
6 alimenta ætatis infirmæ, ideſt ſenioribus legatum eſt, ad honorem
Ciuitatis pertinet, & quod ſenectus ipſa ſit morbus (*dixit expreſſe Te-*
rentius in Andria Act 4 Sc. 1. Et licet morbus regulariter ſit contra
naturam, *vt diffiniuit Sabinus in leg. 1. §. Sed ſciendum ff. de edilit edict.*
7 ibi, morbus eſt habitus cuiuſque contra naturam vſum impediens
ad quem natura ſanitatem dedit, ſenectus tamen eſt morbus natu-
ralis, *vt dixit Ariſtotiles lib. 5, de gener. animaliũ cap. 4.* & videtur eo gra
uior cæteris morbis quo non eſt incidens, ac tranſiens, ſed perma-
nens, *vt loquitur Cic. lib. De oratore*, & quod peius eſt quotidie magis
ingraueſcens, & eo etiam grauior quo eſt morbus quidam inſanabi-
lis, *vt inquit Seneca epiſt. 106. ad Lucillũ*, vbi laudat Virgilianum illud
8 ſubeunt morbi triſtiſq; ſenectus. *Et facit tex. Diui Pauli ad hebr. cap. 8.*
ibi, quod autem antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt, *& tex.*
9 *in leg. 3. cum ſeq. ff. de donat. cauſ. mort.* ibi nauigaturus, ætate fe-
ſus mortis cauſa donare videntur, hæc enim inſtans periculum de-
monſtrant.

10 Et quod Statutum loquẽs de infirmis locum habeat in ſenibus, *ſen-*
ſiſſe videtur Abb in cap. magnæ nu. 8. De voto arg. tex. in cap. 1. §. Sin autẽ
11 *Epiſc. de Cler. ægrot. in ſexto*; vbi diſponitur ſicut Epiſcopum ægrotan
tem, ſic etiam ſenem poſſe coadiutorem impetrare, ibi, Senio aut va-
letu line corporali grauatus, quamuis aliud ſit quo ad renunciatio-
nem, cũ tutius iudicetur, vt ſub vmbra ſenis Eccleſia gubernetur,
quam vt nouæ perſonæ committatur, vigor enim deuotionis, corpo-
re ſeneſcente, non deficit, *vt dicitur in cap. 1. de renunciat.*

12 Contrarium vero, quod videlicet ſenes non veniant appellatione
infirmorum niſi lato modo, nec infirmis æquiparẽtur niſi in caſibus
expreſſis in iure, *ſenſiße videtur Felin. in cap. quoniam frequenter, vt lit.*
non contex. num. 1. & poſt Socin. expreſſe ſenſit Menoch. de arbitr. Iudic. lib.
2. caſ. 60. nu 8. & ſeq. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & receptiorem ſen-
13 *tentiam, & num. 11.* vbi limitat in valde decrepitis. Et ita regulam

Can-

Cancellariæ de infirmis reſignantibus non habere locum in ſenibus niſi valde decrepitis, *poſt multa concludit Gomeſ. in Commentarijs ad eandem regulam, verſic. ſed prædictis non obſtantibus, & poſt Rebuffum Menoch. de arbitr. d. caſ. 60 num. 9. & ſeq. & probat tex. in leg. Cui Deus 11. ff. De edilit edict.* ibi, Cui Deus abeſt non eſt morboſus, alioquin 14 nullus ſenex ſanus eſſet. Quod autem dicitur ſenectutem eſſe morbum, intelligunt non proprie, ſed late ſumpto vocabulo, & proprie ſenectus videtur quædam debilitas, vt dixit *Felin & Gomeſ. vbi ſup.* & potius videtur medium inter ſanitatem, & infirmitatem, *vt ſenſit Galenus lib. 5. & 6. De ſanitate tuenda, quem refert Diana reſolut. moral. par. 1. tract. 9. reſolut. 20. verſic. probatur hæc opinio*, & quē Hyppocratis interpretem, & virum doctiſſimum appellat, *Diuus Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianū relatus in can. ne tales, De conſecr. diſt. 5.* prout etiam Hyppocratem longe ante doctiſſimum appellauerat, *textus depromptus ex Paulo Iuriſconſulto lib. 19. Reſponſorum in leg. ſeptimo 12. ff. de ſtat. homin.* ibi Septimo menſe naſci perfectum partum receptū eſt propter authoritatem Doctiſſimi viri Hyppocratis.

Suppoſita tamen etiam doctrina Felin. & aliorum, quod lato modo ſenectus ſit morbus, videretur hoc in caſu ſenex gaudere poſſe priuilegio *d. leg. Ad perſonas,* quoniam odia reſtringi, fauores cōuenit ampliari, *cap. odia de reg. iur. in ſexto.* Sed quicquid ſit de iure, in terminis *d. leg. Ad perſonas*, opinionem gloſæ in praxi non ſeruari, *poſt Ang. teſtatur Iaſ. ibidem nu. 9. in fine.* Adhuc tamen ſeruari poſſet in decrepito ex ſupradictis, vel in ſene malæ habitudinis, ita vt ſaltem morbus qui non ſufficeret in non ſene, ad dictum effectum, ſufficiat, ſi ſit cum ſenectute coniunctus.

15 Quis autē dicatur ſenex ad diuerſos iuris effectus, *explicat. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. caſ. 59.* vbi quod ſeptuagenarius omnino ſecūdum omnes dicitur ſenex, & quo ad excuſationem ab aliquibus muneribus perſonalibus ſenex etiam dicitur excedēs annum quinquaſimum quartum, & in reliquis Iudicis arbitrio. Et ad effectum excuſationis ab obligatione ieiunandi quis dicatur ſenex, *docet Diana reſol. moral. par. 1. reſol. 20. per tot. tract. de Ieiunio*, vbi concludit inter alias probabile eſſe ſententiam, quod ſexagenarius excuſetur quamuis ſit robuſtioris naturæ.

ARGVMENTVM.

Purgatio attentatorum quomodo ſit facienda, & quando ſufficiat oblatio.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Attentata purganda ſunt vſque ab obolum. Et debet fieri integra reductio in priſtinum.*

2 *Nec ſufficit depoſitio partis cum oblatione reſidui.*

3 *Et quid in expenſis, damnis, & intereſſe.*

4 *Et quid in expenſis iuditialibus.*

DECISIO CLII.

IN cauſa Marcheſini cum Vandino, dixi ante om-
1 nia purganda eſſe attentata vſq; ad obolũ, vt an-
te me dixit *Bald. in cap. Conquerente de reſtit. ſpoliat.
per illum tex. & poſt alios Lancellot. de attent. par. 3.
cap. 29. num. 21. Beltram. ad Ludouiſ. in Parmen. Sta-
tus deciſ. 503. num. 6. Buratt. in Ferrarien. Dotis dec.
356. nu. 4.* vbi quod requiritur omnimoda reductio in priſtinum ſta-
2 tum in quo res erat ante commiſſum attentatum. Et debet eſſe rea-
lis purgatio, nec ſufficit depoſitum vnius Iulij, cum oblatione reſi-
dui iuxta cautelam Angeli, quia in huiuſmodi iudicijs priuilegiatis
ſeruatur doctrina, *Bald. in d. cap. conquerente, & requiritur actualis,
& effectualis reſtitutio, Seraphin. in Aleſien. beneficij deciſ. 1176. num. 2.
Buratt. in d. Ferrarien. Dotis dec. 356. num. 6.* vbi quod procedit etiam
3 quo ad fructus, & quatenus non eſſent liquidi, præfigitur terminus
ad liquidandum. Quo vero ad damna, expenſas, & intereſſe quan-
do non ſunt omnia liquida fit purgatio quo ad liquida, & quo ad re-
liqua fit purgatio quando fit liquidatio, & interim proceditur in ne-
gotio principali, *vt docet Lancellott. de atten. par. 3. cap. 31. nu. 96 156.
& 166. Rot dec. 715. nu. 2. par. 2. Recenſ. Beltram. ad Ludouiſ. in d. Par-
men. Status dec 503. in litt. H. nu. 6.* vbi quod ſufficit depoſitum vnius
4 Iulij, quando ſaltem nec in genere conſtat de prædictis, & propte-
rea quod expenſæ iudiciales de quibus ſtatim conſtare poteſt, ſint
ante omnia reficiendæ, *tradit Verall. deciſ. 56. par. 1. Creſcent. dec. 1. vt
lit. penden. Buratt. in d. Ferrarien. Dotis dec. 356. num. 5. Beltram. ad Lu-
douiſ. in d. Parmen. Status dec. 503. nu. 6.*

ARGVMENTVM.

Fructus, an & quando debeantur à die occupationis, vel à die motæ litis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus regulariter debentur à die motæ, vel contextatæ litis, etiam ab habentibus titulum, & non prius etiam in iudicio manutentionis.*

2 *Etiam in iudicio ſpolij.*
3 *Fallit in ſpolio violento vel attentato, in quo debentur à die occupationis.*
Idem quando alias conſtaret de mala fide vſque à principio.

DECISIO CLIII.

1 DIxi D. Bartholomæo Vandino fructus fundi deberi à die occupationis quia licet regulariter in omni iudicio fructus debeantur ſolum à die motæ litis, *Surd. conſ. 293. num. 10. & ſeq. Rot dec. 4. de reſt. ſpoliat. in non. nu. 1. Beninten. dec. Bonon 20. num. 1. & 2.* vbi quod ſaltem debentur poſt litem contextatam etiam ab habentibus titulum, *Buratt. in Romana Domus dec. 678. num. 1.* etiam in iudicio manutentionis, *Seraph. in Licien. Redecimæ dec. 835. nu. 2. cum alijs adductis per Poſtium de manutenend. obſeruat.*
2 *73. num. 1 & ſeq.* Idque locum habeat etiam in ſimplici ſpolio, *The-*
3 *ſaur. dec. 29 nu. 8. Caualler. dec. 586. num. 4.* Attamen quando ſpolium eſt violentum, vel attentatum, vt erat in caſu, tunc fructus debentur à die occupationis, *Verall. dec. 28. nu. 1. par. 2. Rot. dec. 4. num. 2. de reſt. ſpoliat. in nou.* vbi videtur etiam firmare quod ſufficiat mala fides à principio, *Ferentill. ad Burat. in d. Romana Domus dec. 678. nu. 7.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſsio ex Statuto continuatiuo quando ſit manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi poſſeſſio defuncti non continuatur in hæredem etiam ſi ſit filius.*
2 *Statutum Ferrariæ continuat poſſeſſionem defuncti etiam in extraneum. Etiam ante aditionem, & non obſtante alterius occupatione, vt nu. 5.*
3 *Poſſeſſio à Statuto continuata licet ciuiliſſima, eſt tamen vera, & plena poſſeſſio.*
4 *Et eſt manutenibilis.*
6 *Poſſeſſio iure familiaritatis, non eſt manutenibilis, & quare: Et quando talis præſumatur.*
7 *Vſusfructus finitur morte vſufructuarij.*
8 *Poſt obitum vſufructuarij manutentio, debetur proprietario ratione ciuilis.*
9 *Statutum Ferrariæ continuat poſſeſſionem etiam vſufructuarij, & quomodo id procedat.*
10 *Poſſeſſio anterior in concurſu, & in dubio præferenda eſt in poſſeſſorio.*
11 *In dubio obtinere debet in poſſeſſorio, qui oſtendit bonum ius in petitorio.*
12 *Poſſeſſio titulata cæteris paribus præfertur.*

De-

DECISIO CLIV.

CEnſui aduerſus D. Rainaldum de Vecchis, D. Leonellam eius ſororem hæredem ex ſemiſſe D. Siluiæ communis matris vtriuſque, pro medietate manu tenendã eſſe in poſſeſſione poſſeſſionis ſiue fundi poſiti in villa Calti, qui probabatur extitiſſe penes
1 defunctam, quoniam licet ex diſpoſitione iuris communis poſſeſſio defuncti non tranſeat ſine apprehẽſione in hæredem etiam ſi ſit filius, *Tiraquell. in tract. Le mort, ſaiſit le vif in præfat. decl. 3. num. 6. Ferentill. ad Buratt. in Carpetoraten. iuris lignandi dec.*
2 *312. nu. 15.* Attamen hoc in caſu continuata erat poſſeſſio vigore Statuti Ferrariæ *lib. 2. cap. 82.* quod continuat etiam in hæredem ex-
3 traneum ſine aliqua apprehẽſione, etiam ante aditionem, quæ quidem poſſeſſio à Statuto continuata quamuis ſit ciuiliſſima, eſt tamen vera, & plena poſſeſſio, *Tiraquell. d. tract. le mort, ſaiſit le vif, in præf. decl. 1. nu. 12. & per tot. Peregrin. de fideicom. art. 46. nu. 16. Gratian. diſcept. 113. num. 19* vbi quod eſt eadem poſſeſſio, quæ erat penes de-
4 functum quo ad efficaciam. Et eſt manutenibilis, *Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 116. num. 5. Rot. dec. 692. nu. 1. par. 1. Recentiſſimarum, ſeu poſthumarum*, & in verbis diſponit Statutum prædictum, quod pro huiuſmodi poſſeſſione ſic continuata competant quælibet remedia poſſeſſoria.

Neque obſtabat probatio ex aduerſo facta per D. Rainaldum, quod videlicet D. Capitaneus Annibal pater poſſideret dictum fundum, & quod conſequenter vigore eiuſdem Statuti continuata foret eadem poſſeſſio in eũdem D. Rainaldum patris ex aſſe hæredem quia
5 vel d. poſſeſſio patris cum non haberet titulum præambulum erat occupatio, quæ ab eodem Statuto irritatur expreſſe, *Rim. iun. qui fortius loquitur conſ. 91. num. 13. & ſeq lib. 1. Gratian. diſcept. 732. nu. 27.*
6 *& ſeq.* Vel erat poſſeſſio capta iure familiaritatis, quæ non eſt manutenibilis ad tradita *per Crauett. conſ. 61. nu. 2. & per Rot. coram Coccino in Bononien. Cappellaniæ dec. 412. nu. 6.* vbi quod eſt nullius conſiderationis, quia poſſidens iure familiaritatis non ſibi ſed alteri poſſidere videtur, *Gratian. diſcept. 450. nu. 15. Beltram. ad Ludouiſ. in Romana de Balduinis dec. 572. num. 6. Rot. coram Buratt. in Spoletana bonorum dec. 169. num 6. & 13.* vbi quod præſumitur iure familiaritatis poſſidere non oſtendens titulum, quando conſtat de titulo alterius.
7 Vel erat poſſeſſio iure vſusfructus patri competentis in bonis filiæ,

qui

qui mortuo patre penitus expirauit, *§. finitur inſtit. de vſufructu*,
8 *Boer.dec.172.nu.29.* & poſt obitum vſufructuarij manutentio dē iure debetur proprietario ratione ciuilis poſſeſſionis quam habet *ad tex. cum gl. in leg. quiſquis, C. de donat. cum alijs adductis per Natt. conſ. 419.nu.3.Menoch.de retinen.poſſ.remed.3.num.22.& ſeq.Poſtius de manuten.obſeru.55.nu.64.*

9 Et licet Statutum prædictum continuet in hæredem poſſeſſionem etiã vſufructuarij, id tamen vel intelligi poteſt quando agitur contra tertium,& non quando contra proprietarium, *vt diſtinguit Menoch.conſ 139.nu.26. & ſeq.lib.2.* ſi vera eſt eius diſtinxio *de qua dixi ſup.dec.142.per tot.* vel procedit quando proprietas eſt controuerſa, ſecus quando eſt clara, vt hoc in caſu *ad tradita per Gratian. diſcept. 899.num.10. Cyriac. in terminis eiuſdem Statuti controuerſiarum forenſ. cap.12.nu.71.lib.1.Poſtius de manutenen.obſeruat.55.nu.64.*

Præterea donec neuter ex litigantibus probabat propriam poſſeſſionē actualem, ſed vterque incumbebat alienæ, & nitebatur poſſeſſione defuncti, ſcilicet Leonella poſſeſſione materna, Rainaldus vero pa-
10 terna, præferenda videbatur D. Leonella cum incumberet poſſeſſioni longe anteriori, quæ in iudicio manutentionis ſemper in concurſu præfertur, *Rot.in Barchinonen. beneficij dec.110.nu.2.par.5.Diuerſorum, Buratt.in Romana de Pacificis dec.730.nu.5.Poſtius de manutenen.obſeruat.71.nu.2.& ſeq.*

11 Demum etiam in dubio D. Leonella, quæ dabat pluſquam fumum boni iuris in petitorio, obtinere debebat in poſſeſſorio præſertim coram Iudice procedente ſola facti veritate inſpecta, *Cyriac.controu. 12.nu.12.lib.1.Gratian.diſcept.702. num 46. & 48.* vbi quod id ma-
12 gis procedit inter coniunctos, inter quos magis ex æquo, & bono procedi debet. Et omni etiam in caſu cæteris paribus poſſeſſio titulata præfertur, *vt poſt Bart.Menoch. & alios firmat Rot a coram Ludouiſ.in Senogallien.iuris paſcendi dec.412.nu.2. & coram Buratt.in Romana de Pacificis dec.730.nu.7.*

ARGVMENTVM.

Ex quibus probetur poſſeſſio ad effectum manutentionis. Statutum irritans poſſeſſionem captam hæreditate iacente ab alio quam ab hærede quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Perceptio fructuum probat veram poſſeſſionem.*
2 *Poſſidens tempore motæ litis eſt manutenendus.*

3 In

3 *In ſummariſſimo manutentionis ſufficit conſtare de poſſeſſione per vnicum teſtem.*
4 *In hoc iudicio non admittuntur exceptiones contra perſonas teſtium.*
5 *Statutum continuatiuum Ferrariæ, quod irritat occupatione, an intelligatur ſolum de poſſeſſione iniuſta, an etiam de iuſta.*
6 *Occupatio ſonat in malam partem.*

DECISIO CLV.

IN eadem dixi non obſtare poſſeſſionem actualem D. Rainaldi licet cõcludenter probatam per duos
1 teſtes deponentes de perceptione fructuum poſt obitum patris de anno 1639. quæ probat veram poſſeſſionem *ad tradita in leg. Titia, ff. de ſolut. & in leg. 2. C. de acquir. poſſeſ. Menoch. de retinen. poſſeſ. re-*
2 *med. 3. num. 564. Buratt. in Veneta donationis dec. 252. num. 3.* Et cum eſſet de tempore moræ litis, videbatur manutenenda *ad tex. in § Retinendæ inſtit. tit. de interdict. Ludouiſ. in Pamphilonen. Prioratus dec. 582. num. 1. Buratt. in Bononien. bonorum dec. 145. num. 1.* maxime cum ad
3 effectum manutẽtionis ſummariſsimæ ſufficiat de poſſeſſione conſtare, etiam per vnicum teſtem, *Menoch. de retinen. poſſeſ. Rem. vlt. nu. 34. Seraph. in Hiſpalen. iuris nominandi dec 624. nu. 5 Buratt. in Antoni-*
4 *tana Florũ dec. 604. nu. 6.* Neq; in hoc iudicio admittuntur exceptiones contra perſonas teſtiũ cuiuſmodi erant quæ obijciebantur, *Rota coram Seraph. in Hiſpalen. iuris nominandi dec. 392. num. 2. & coram Ludouiſ. in Marianen. Decimarum dec. 449. nu. 10. & coram Buratt. in Romana penſionis Domus dec. 360. nu. 5. & ibi Ferentill.*

Non inquam hæc obſtabant quoniam ſtante Statuto continuatiuo ad
5 fauorem Leonellæ hæredis matris, omnis alia alterius poſſeſſio erat occupatio expreſſe irritatam ab eodem Statuto, quod forte intelligi poteſt etiam de poſſeſſione alias iuſta, *ex traditis per Tiraquell in tract. Le mort, ſaiſit le vif par. 5. declar. 3. nu. 18. & defendit Rim. iun. conſ. 916. nu. 16. & ſeq. licet contrarium ſenſerit, Cyriacus contr. forenſ. cap. 12. num. 53. ſequens Paſettum conſ. 140. num. 8.* vbi adducit rationem, quoniam
6 occupare ſonat in malam partem *iuxta tex. in cap. fin. cum gl. de reſtit. ſpoliat.* Sed hic ceſſabat diſputatio, quoniam de titulo, & ſic de iuſtitia poſſeſſionis Rainaldi non conſtabat. Vnde dici etiam poterat occupatio, præſertim cum de titulo Leonellæ conſtaret.

ARGVMENTVM.

Poſſeſsio quanto tempore amittatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Statuti continuatiui an amittatur per annum, & nu. 2. & 3.*

2 *Ignorans alium exiſtere in poſſeſſione naturali non amittit Ciuilem niſi per Decennium. Quando alius naturaliter non poſſidet, Ciuilis nunquam amittitur.*

3 *Sciens alium poſſidere naturaliter, & patiens etiam per modicum tempus amittit Ciuilem.*

4 *Amittens facto ſuo poſſeſſionem, amittit omnia remedia poſſeſſoria.*

DECISIO CLVI.

IN eadem obſtare videbatur, quod D. Leonella per
1 ſexennium tacuerat cum patre, & fere per annum
cum fratre, & remedium Statuti continuatiui videtur ceſſare poſt annum, *ad tradita per Tiraquell. in tract. le mort, ſaiſit le vif par. 5. declar. 3. num. 14. Rim. iun. conſ. 145. nu. 32.* Sed neque hoc obſtare
2 viſum eſt quandoquidem poſſeſſio Ciuilis non ammittitur niſi per decennium alius exiſtat in poſſeſſione naturali quando habens Ciuilem ignorat, *Matteſilan ſing. 113. Tiraquell de praeſcript. §. 1. gl. 4. Beninten. dec. 10. nu. 2. cum alijs traditis per Ferentill. ad Buratt. in Anconitana Florum dec. 604. nu 18 & ſeq. & nu. 23.* vbi quod quando nullus poſſidet naturaliter, Ciuilis durat ſine præfinitione tẽporis. Quan-
3 do vero habens Ciuilem ſcit alium naturaliter poſſidere, & tacet etiam per modicum tempus, Ciuilem amittit, *gl. in leg. 3. §. Cum igitur, ff de vi, & vi armat. Crauett. conſ. 235. nu. 1.* vbi quod ſufficit taciturnitas tridui, *Ferentill. ad Buratt. in Anconitana Florum dec. 604. nu.*
4 *24.* Et generaliter quando quis habet ſe pro ſpoliato, vel facto ſuo amittit poſſeſſionem, amittit etiam omnia remedia poſſeſſoria, & nõ poteſt niſi poſſeſſorium intentare, *cap. Sollicite de reſtit ſpoliat. Paſſett. etiam in terminis huius Statuti conſ. 140. num. 20. Rota coram Seraph. in Tiburtina vineæ dec. 1039. num. 1.* Sed hoc in caſu nec factum, nec ſciẽtia ſororis probabatur quo ad poſſeſſionem fratris, quo vero ad poſſeſſionem patris cum is poſſidere poſſet iure vſufructus ex ſupra dictis in alia Deciſione, patientia filiæ non obſtabat.

ARGVMENTVM.

Statutum prohibens alienationem, & Decretum irritans, an impediant tranſlationem poſſeſſionis, & quando ex actu nullo transferatur poſſeſſio.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Habens ſe pro ſpoliato, vel conſentiens etiam tacite poſſeſſioni alterius, amittit poſſeſſionem.*
Patientia tradere debentis habetur pro traditione.
2 *Statutum de contractibus mulierum vel minorum non procedit in poſſeſſione, & quare.*
3 *Statutum prohibens alienationem, non impedit tranſlationem poſſeſſionis. Alienatio proprie quid ſit.*
4 *Poſſeſſio transfertur etiam ex actu nullo, dummodo non ſit nullus ex defectu conſenſus.*
5 *Decretum irritans, inficit titulum, & poſſeſſionem.*
6 *Non tamen inficit detentionem, vel inſiſtentiam.*

DECISIO CLVII.

1 Suppoſito quod D. Leonella acquieuiſſet poſſeſſioni fratris etiã tacite, dicebam quod amiſiſſet poſſeſſionem, nec potuiſſet vti remedio ſtatutario *ad tex. in leg. 2. C. de acquir. poſſeſ.* ibi, Si ſciente venditore in poſſeſſione fuiſti ipſa rei veritatę poſſeſſionem conſequutus es, *vbi Salicet. not.* quod patientia tradere debentis habetur pro traditione, *Paſett. conſ. 140 nu. 20. & 21.*

2 Neq; obſtaſſet Statutum de indemnitatibus mulierum *lib. 2. cap. 90.* quia non procedit in poſſeſſione *ad tradita per Imol Roman & Alex. in leg. Is cui, ff. de verb. oblig. Aretin. in leg. 1. §. Si vir, ff. de acquir. poſſeſ. Paſett. d. conſ. 140. nu. 22.* vbi adducit rationem, quoniam poſſeſſio eſt modici momenti, & *facit tex. cum Caſtren. in leg. vnic. C. ſi de moment. poſſeſ. fuer. appell. Gratian. diſcept. 704. nu. 18.* vbi loquitur de muliere, ac etiam de minore, & quod poſſunt ſibi ſine ſolemnitatibus in poſſeſſione præiudicare, & *num. 19.* vbi ampliat licet Statutum annullet traditionem, *Rot. coram Seraph. in Caualcan. ſpolij bonorum dec. 135. nu. 2.* vbi loquitur in pupillo tranſigente ſine Iudice, licet ſecus videatur dicere ſi ſine tutore.

3 Et quod Statutum prohibens alienationem non impediat tranſlationem poſſeſsionis, *docet Bald. in leg. 2. in fine, ff. de iuriſd. omn. Iudic. & poſt alios Paſett. d. conſ. 140. nu. 23.* & confert ad id ratio, quoniam alienatio propria eſt tranſlatio dominij pleni, vel ſaltem vtilis, *vt in leg. 1 C. de fund. Dot. & in Auth. de non alienan. vel permutan §. alienationis,* vel ſaltem tranſlatio iuris in re, *vt in leg. Alienationis verba 28.*

ff. de

ff. de verb. ſign. Tranſitio autem poſſeſsionis non eſt niſi improprijſſima alienatio, *leg. magis vbi D D. ff. de reb. eorum.*

4 Sed quod plus eſt poſſeſsio transfertur etiam ex contractu, vel actu quantumuis nullo, dummodo non ſit nullus ex defectu conſenſus, *Gratian. diſcept. 704. nu. 17. Seraph. in d. Caualicen. ſpolij dec. 135. num. 2. & in Ceſenaten. bonorum dec. 1200. num. 3. Buratt. in Rom. ſpolij Domus dec. 301. nu 10. & in Romana vineæ dec. 574. nu. 6. vbi refert idem fuiſſe firmatum coram Cauallerio in Ferrarien. bonorum 13. Maij 1619.*

5 Et licet Decretum irritans inficiat titulum, & poſſeſſionem, *Gabr. concluſ. 3 de clauſul. num. 15.* ſaltem quando eſt appoſitum ſuper Re certa, vt ibi, *Buratt. in Foroliuien. Cappellaniæ dec. 103. nu. 2. & in Ra-*

6 *uennaten Notariatus dec. 131, nu. 6.* Non tamen inficit detentionem nec tollit inſiſtentiam, *Rot. deciſ. 752. num. 6. par. 2. Recenſ. & eſt coram Buratt. Rauennaten. Notariatus deciſ. 131. nu. 6.*

ARGVMENTVM.

Pro detractionibus datur retentio, ſed non impeditur curſus fructuum in reliquis.

SVMMARIVM.

1 *Pro detractionibus competit retentio donec fiant.*

2 *Detractiones hæredi debitæ non retardant curſum fructuum in reliquis bonis ad fauorem fideicommiſſarij.*

DECISIO CLVIII.

1 Dixi quod licet Carrecto hæredi grauato competeret retentio pro detractionibus donec fiant *Gabr. conſ. 36. num. 10. Rota coram Buratt. in Ferrarien. de*

2 *Taſſonis dec. 659. nu. 15.* Detractiones tamen hæredi debitæ non retardabant curſum fructuum in reliquis bonis ad fauorem Piccinini fideicommiſſarij *ad tradita per Simon de Pret. de interpret. vlt. volunt. fol. 357. nu. 32. quem ſequitur Fuſar. de ſubſtit. quæſt 426. num. 47.* vbi ſubdit, quod vidit ita ſemper practicari.

ARGVMENTVM.

Gerens magiſtratum quando poſſit eo durante conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Maiorem magiſtratum gerens, eo durante non poteſt conueniri, nec conuenire.*

2 *Nec etiam per Procuratorem reſpondere tenetur.*

3 Li-

3 *Limitatur quod ad cauſas cœptas.*
4 *Poteſtatem habens excuſatur à ſuſcipienda tutela, ſed ſuſceptam ante, deſerere non poteſt.*
5 *Cæcus non poteſt iudicandi officium retinere, ſed nouum conſequi non poteſt.*
6 *Minores magiſtratus poſſunt conueniri.*
7 *Exceptio firmat regulam in omnibus non exceptis.*
8 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*
9 *Officialis ſeu magiſtratus, poteſt etiam durante officio extra locum officij conueniri.*

DECISIO CLIX.

Dominus Righettus tūc Conſul Terræ Centi (cum in eius cauſa antequam eſſet Conſul coram me contextata) terminum ad probandum aſſignaſſem inſtabat pro ſuſpenſione durante Conſulatu:
1 Dicebam quod maiorem magiſtratū gerens nec conuenire, nec conueniri poteſt eo durante, *textus eſt in leg. pars litterarum 48. ff. de iudicijs.* Ibi ſummos magiſtratus nec actores, nec reos eſſe;&c. neque etiam tanquam tutores,&c. & *tex. in leg. 2. ff. De in iu. vocand.* ibi, Magiſtratus qui imperium habēt in ius vocari non oportet, & *tex. in Can. prohibentur 2. quæſt. 1. ſub initium,* ibi poteſtates, & magiſtratus qui ſine fraude in ius vocari non
2 poſſunt, quæ ſunt verba deſumpta, *ex leg. Nec magiſtratibus 32. ff. de iniurijs.* Quod ampliatur vt tales magiſtratus conuenti neq; etiā per Procuratorē reſpondere teneantur, *Bart. in leg. 2. ff. Si quis in iudicio ff. Si quis cautionibus verſ. Aut non tenetur venire priuilegio temporali, Iaſ. d. leg. 2. ff. de in ius vocando num. 2. & ſeq.* vbi poſt ampliationes affert cēto limitationes ad Regulam prædictam quibus additur alia, quod
3 procedat quo ad cauſas inchoandas, non autem quo ad inchoatas, videtur enim, quod eas teneatur per procuratorem proſequi exiſtens in magiſtratu: *Ita ſenſit Thomat. dec Mac. 13. nu. 19. allegans Picum ad Statutum vrbis*; Et fauere poteſt huic limitationi *textus in d. leg. pars litterarum*, ibi, Nec propriam cauſam introducere, & ibi in fine actiones introducendę no ſūnt quaſi tacite videatur excludere iam
4 introductas: *facit in ſimili tex. inſtit. tit. De excuſat. tut. ſ. 3.* ibi, & qui poteſtatem habent ſe excuſare poſſunt, ſed ſuſceptam tutelam deſerere non poſſunt: *facit etiam gl. in leg. Cæcus 6. ff. De iudicijs in verbo*
5 *fungitur*, vbi textum illum diſponentem, quod Cæcus iudicandi officio fungi poſſit, intelligit in officio ſuſcepto ante cæcitatem, ſecus

in ſuſcipiendo poſt eam, *& idem ibidem ſenſit Bart. & confert Regula tex. in leg. patre furioſo, ff. De his qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

6 Magiſtratus autem minores, & inferiores, & qui non habent imperium, conuenire, & conueniri poſſunt etiam durante magiſtratu, *vt eſt tex. ſic expreſſe diſtinguẽs in leg. Nec magiſtratibus 32. ff. De iniurijs, & in leg. quemadmodum, §. magiſtratus municipales, ff. Ad leg. Aquil. gl. in leg. pars litterarum 48. ff. De iudicijs in verb. Magiſtratus, & in d. leg. Nec magiſtratibus 32. ff. De iniurijs; Idem ſentire videtur Iaſ. in leg. 2. ff. De in ius vocan. nu. 3. in tertia limit.* quatenus ait textum illum procedere in habentibus magiſtratum cum adminiſtratione exemplificans in poteſtate, & Vicario, *Butrius Imola, Abbas, & poſt illos Felin. in cap. legebatur 3. num etiam 3. de maior. & obed.* vbi expreſſe excipit à regula Iudicem inferiorem habentem ſimplicem iuriſdictionem.

Sed hæc procedere videbantur inſpecta diſpoſitione iuris communis, in caſu vero coram me pendente, dicebatur Res clarior ex inſpectione Statuti Terræ Centi *lib. 4. tit. 6. de immunitate Conſulum, & Maſſarij*, diſponentis Conſulem, vel Maſſarium durantibus eorum

7 officijs non poſſe ciuiliter conueniri exceptis oneribus Communis Centi, quæ quidem exceptio magis firmabat Regulam in alijs omnibus non exceptis, *leg. quæſitum, §. denique, ff. de fund. inſtruct. §. Vt autem, Auth. de non alienan. Ludouiſ. in Romana legati mobilium dec. 257. num. 4.* At Thomatus vere loquitur etiam ipſe in caſu in quo vigebat Statutum Recanatenſe fere idem diſponens, & tamen ſentit nõ

8 habere locum in cauſis cæptis cum illas nõ exprimat Statuta autem dubia recipere debent interpretationem à iure communi, *Crot. poſt alios in leg. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. nu 294. Maſcard de interpret.*

9 *Statut. concl. 2. num. 1.* Accedebat in caſu meo, quod etiam de iure communi officialis videtur conueniri poſſe extra locum officij, *gl. 1. in leg. ſi preces, C. de Epiſc. Aud. Alberic. in leg. Senatus in vlt. col. ibi, Secundo caſu ff. de off. Præſid. Iaſ. in leg. 2. ff de in ius vocan. nu. 3. in 4. limit. Felin. in d. cap. legebatur de maior. & obed. nu. 4 in princ.* qui loquitur in cauſa per procuratorem agitabili, & ponit etiam alias limitationes *de quibus Iaſ. in d. leg 2.* Ex prædictis credidi non eſſe ſuſpendendum terminum maxime cum eſſet aſſignatus citato Procuratore Domino litis effecto, & parte tunc non opponente *ad tradita per eumdẽ Thomat. d. dec. 13. num 23, & per me ſup. dec. 120. nu. 3 & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Quando pro appellato poſſit ſententia reformari.

Sum.

SVMMARIVM.

1 *Non appellans à ſententia, vel non adhærens infra decem dies appellationi aduerſarij, videtur ei acquieuiſſe.*

2 *Poteſt Iudex reformare ſententiam, etiam ad fauorem appellantis non adhærentis.*

3 *Quando pars appellauit in parte, & partibus, non poteſt ſententia reformari ad fauorem appellati etiam adhærentis.*

4 *Niſi cauſa eſſet indiuidua.*

DECISIO CLX.

1 Dixi quod pro Ioanne Caſtricchio ſententia reformari non poterat, quoniam à ſentẽtia non appellans videtur ei acquieuiſſe, & quo ad ipſum tranſit in rem iudicatam, *cap. Ad conſultationem de ſent. & re iudic. cap. Significauerunt de teſtib.* niſi adhæreat infra decem dies appellationi per aduerſarium interpoſitæ, *iuxta tradita per Oldrad. conſ. 290. per tot. & per Lancellot. de attent. appellat. penden. cap. 12. ampliat. 12. per tot. Magon. dec. Lucenſ. 9. nu. 28. & 29.* vnde non videtur poſſe ad ſui fauorem prætendere reformationem. Et licet quod ad fauorem appellati etiam non

2 adhærentis appellationi poſsit Iudex ſententiam reformare, *tradiderit Specul. de appellat. §. 1. nu. 13. Bart. in leg. ſi quis libellos nu. 3. C. de appellat. Magon. dec. Lucenſ. 26. nu. 31. & dec. 30. nu. 33. & poſt Bald. Anchar. & alios firmauerit Surd. dec. 143. per tot.* vbi affert pro hac parte

3 fundamenta, & reſpondet obiectis. Attamen quando pars appellauit in parte, & partibus ſibi damnoſis tantum, vt erat hoc in caſu tunc appellatus, eiam ſi adhæſerit non poteſt ſperare reformationem quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, *leg. in agris, ff. de acquir. rer. domin. Caualcan. dec. ſ. 15. num. 70. par. 1. cum qua Deciſione ſæpius tranſiſſe Senatum teſtatur Surd. d. deciſ. 143. num. 7. & 8.* vbi

4 tamen declarat id intelligendum eſſe. Quando plures ſunt articuli ſeparati, prout erant in caſu meo, nam ſi vnicus eſt articulus, vel connexus, & indiuiduus tunc omnino cauſa tota deuoluitur, *ad trad. per Dec. in cap. Bonæ num. 19. de appellat. Pariſ. conſ. 66. num. 6. lib. 1. Vant. de nullit. ex defectu iuriſdict. num. 86. & ſeq. quos ſequitur Surd. d. dec. 143. num. 8.*

ARGVMENTVM.

Bona emphyteotica, an & quando in fiſcum tranſeant.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Bona quæ tranſeunt in hæredem extraneum; Regulariter etiam in Fiſcum tranſeunt.*

2 *Alienatio Rei emphyteoticæ in perſonam potentiorem, regulariter non eſt nulla niſi volente Domino directo.*

3 *Emphyteotica ſaltem eccleſiaſtica, non tranſeunt in Fiſcum ex communi.*

4 *Præſertim Ferrariæ in terminis Bullæ Bonifacianæ, quæ ſeruanda eſt cum interpretationibus Statutarijs.*

5 *Et magis ſtante pacto de non alienando in perſonas prohibitas.*

6 *In terminis Bonifacianæ bona emphyteotica nõ tranſeunt in Fiſcum, etiam ad effectum vendendi.*

7 *Fiſcus dicitur perſona potentior, & prohibita in materia alienationis.*

Bulla Bonifaciana edita, eſt in fauorem Ciuium Ferrarienſium.

DECISIO CLXI.

DOminus Cap. Natalis Bonatus egit aduerſus DD. fratres de Honuphrijs, poſſeſſores terrarum emptarum à Sereniſsimo Ducæ Mutinæ, qui eas ex confiſcatione quæſierat, & cum Capitaneus illas tanquam emphyteoticas eccleſiaſticas confiſcari non potuiſſe, ideoque ad ſe ſpectare contederent, obtinuit à D Locumt. ſententiam relaxationis, quam & ego confirmaui quamuis enim pro parte Sereniſsimi diceretur.

1 Primo quod bona emphyteotica quæ ex vi pactorum, vel alias de ſui natura tranſeunt ad hæredes extraneos, regulariter ſunt etiam tranſitoria in fiſcum, *Dec. conſ. 442. nu. 31. Ruin. conſ. 23. nu. 33 lib. 1. & poſt Bart. Bald. Alex. Peregr. de iur. fiſci lib. 5. tit. 1. nu 70. Facchin controu. iur. lib. 9. cap. 53. Gratian. diſcept. 481. nu. 66. & ſeq.* vbi quod ſaltem id procedit ad effectum vendendi.

Secundo, quod omni in caſu poſſeſſores habentes cauſam à D. Duce cũ accepiſſent inueſtiturã ab eccleſia Domina directa videbãtur tuti,

2 quoniam alienatio in perſonam potentiorem, vel aliam etiam ex pacto prohibitam non eſt nulla niſi volente Domino directo *ad tradita per Beltram. ad Ludouiſ. in Romana Deuolutionis Domus dec. 520. nu. 14. & per Buratt. in Viterbien ceſſionis bonorum dec. 394. nu 6.*

3 Attamẽ quod bona emphyteotica præſertim eccleſiaſtica in fiſcum non tranſeant, tutiorem æquiorum, & communiorem eſſe ſententiam, *aſſerit poſt alios Clarus in §. emphyteoſis quæſt. 29. verſ. Breuiter, Ruin. conſ. 23. nu. 12. & 13. lib. 5. Magon. dec. Lucenſ. 12. num. 7. & 8. &*

poſt

poſt Boſs. Boer. & Clar. Bertazzol. conſ. ciuili 8. num. 11. qui generaliter id firmat in emphyteoſi non ſe reſtringens ad eccleſiaſticam. Et
4 quicquid ſit in terminis iuris communis, certum eſt, quod Ferrariæ vigore Bullæ Bonifacianæ, huiuſmodi bona in fiſcum non trãſeunt, *vt legitur in interpretationibus eiuſdem Bullæ ad Statutum Ferrar. nu. 8.* ibi, Statuimus quod res recognitæ ab Eccleſia, vel pio loco, aliquo caſu confiſcari non poſſint, *& in his terminis ſenſit Ruin. conſ. 52. nu. 12. lib. 1. Rim. ſen. conſ. 243. num. 81. & ſeq. lib. 2.* & quod Bulla prædicta cum interpretationibus, Ferrariæ ſit omnino ſeruanda, *conſuluit Paſett. conſ. 16. num. 3. Bertazzol. conſ. 77. num. 9. & hodie eſt indubitatum ſtante Bulla Pauli Quinti, impreſſa penes, Amat. deciſ. Ferrar. 10. num. 49.*
5 Et quod etiam in terminis iuris communis ſtante pacto prohibitiuo alienationis in perſonam prohibitam, prout aderat hoc in caſu alienatio in huiuſmodi perſonam, licet eſſet eccleſia non ſuſtineatur etiam ad effectum vendendi infra annum *probauit Aldobrandin. conſ. 40. nu. 9. Burſatt. conſ. 199. nu. 48. quos ſequitur Ludouiſ. in Caſar Auguſtana emphyteoſis dec. 529. nu. 10.*
6 Et quod in terminis Bonifacianæ, licet illa faciat emphyteotica tranſitoria etiam ad hæredes extraneos, adhuc ea non poſſit in perſonam pacto prohibitam alienari etiam ad effectum vendendi, *comprobat Rim. iun. conſ. 453. nu. 8. & ſeq. tradit Beltram. ad Ludouiſ. in Romana deuolutionis Domus dec. 520. num. 14. & firmat Rota in Ferrarien. bonorum coram Remboldo impreſſa penes Amat. ad dec. 51. nu. 74.*
7 Quod autem fiſcus ſit perſona potentior, & prohibita in hac alienationis materia, *tradunt DD. in leg. fin. C. de iur. fiſci, & in cap. potuit de locat. & in terminis Bullæ prædictæ, & confiſcationis, Ruin. conſ. 21. num. 12. & 13. lib. 1. Rim. ſen. conſ 243. num. 81. & ſeq lib. 2.* Vnde patet non obſtare primum ex aduerſo obiectum, prout nec etiam obſtat ſecundum, quoniam quod Bulla Bonifaciana edita ſit in fauorem Ciuium Ferrarienſium, *probat Rota in d. Ferrarien. bonorum coram Remboldo impreſſa penes, Amat. ad dec. 51. nu. 71.*

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator quo in loco teneatur reddere rationem adminiſtrationis.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator publicus vel priuatus ſortitur forum in loco in quo adminiſtrauit. Et quare limita vt in fine, & nu. 3.*

2 *Adminiſtrator etiam ſi alias gauderet, non gaudet electione fori extra locum adminiſtrationis.*

3 *Quando adminiſtrator eſſet potẽs in loco adminiſtrationis, & aduerſarius miſerabilis tunc poſſet extra locum adminiſtrationis trahi, & in alijs caſibus Iudicis arbitrio.*

4 *Iudicis arbitrio relinquitur quo in loco reddenda ſit ratio adminiſtrationis.*

DECISIO CLXII.

Dubitabatur an D. Dõdinus poſſet eligere peritum in Terra Centi ad reddendam rationem adminiſtrationis D. Frontoriæ viduæ, an vero teneretur eligere Ferrariæ, vbi coram Rota cauſa pẽdebat. Et pro Dondino videbatur regularis concluſio, 1 quòd adminiſtrationis ratio reddenda eſt in loco in quo fuit facta, & quod ratione adminiſtrationis adminiſtrator ſortitur forum in loco in quo adminiſtrauit, & ibi debet reddere rationes, *leg. Prætor, §. Is etiam, ff. De eden. & ibi gl. in verbo exercuit leg. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. tam publicis quam priuat. agi oport. vbi Bart. Bald. & Salicet. Abb in cap. Sacerdotibus num. 6. ne Cler. vel Monach. Riccius collect. dec.* 1 4 5. vbi quod poteſt peti, vt fiat remiſſio ad locum adminiſtrationis, *Nouar. de elect. & variat. for. ſect. 4. quæſt 34. num. 3.* vbi ampliat ſiue agatur de adminiſtratione publica ſiue de priuata, & adducit rationem quia ibi poteſt facilius, & plenius veritas inueniri, & aſſerit ità ſæpius *Rotam Romanam iudicaſſe, & coram Blanchetto, & coram Penia, vt ibi per eum quibus adde Seraph. in Romana exequtionis laudi dec.* 1 2 0 *5. num. 1.* Subdit tamen *Nouar. vbi ſupra poſt Caſtrenſ. Socin. Simon de Pret.* quod poteſt ad miniſtrator etiam in loco domicilij conueniri, dummodo libri, & cætera inſtrumenta tranſportentur ſumptibus Actoris.

2 Et procedit ſupradicta concluſio etiam in habentibus alias fori electionem, nam ea non gaudent in reddenda ratione extra locum in quo adminiſtrarunt, *Gratian. in addit. ad dec. Marth. 1 8 0. num. 6. Munozz. de ratiocinijs cap. 7. num. 16. & 17. Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 2. in fine, & poſt alios Nouar. de elect. for. ſect. 4. quæſt 34. nu. 1.*

3 Fallit autem eadem concluſio quando Iudex ex qualitate negotij, & perſonarum aliud arbitratur cum eius arbitrio relictum ſit vbi ratio adminiſtrationis reddi debeat, *ad tex. in leg. Tales pen. §. Priſcus, ff. de condit. & demon.* ibi, Veriſſimum eſt vt alias aliud ex perſona loco-

que

que ſit æſtimandum, *in quo verbo gl. & Caſtren. Menoch. de arbitr Iudic. lib. 2. caſ. 468. num. 2.* vbi quod regulariter reddendæ non ſunt rationes in loco nimis remoto, *Rot. dec. 707. par. 2. recenſ. Nouar de elect for. ſect. 4. quaſt. 34 nu. 4. in princ. & fine,* vbi exemplificat quando adminiſtrator eſſet potens, & timerentur fraudes in loco adminiſtrationis, & præſertim quando eſſet reddenda pupillo vel viduæ, vel alias miſerabili perſonæ, & teſtatur quod ita ſeruatur in praxi, & quod Regium Conſilium mandauit ex hac cauſa tutorem Aquilanũ reddere rationes Neapolis ſubdens, quod Iudices ſupremi debet eſſe propenſi ad retinendas huiuſmodi rationes in Curia.

ARGVMENTVM.

Natus in ſuburbio, an gaudeat priuilegio nati in Ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Natus in continentibus Vrbis, Romæ natus intelligitur.*
Aedificia quæ ſunt in continentibus Vrbis, Romæ eſſe dicuntur.
2 *Ciuitatis appellatio in materia fauorabili extenditur ad ſuburbia, immo etiam ad territorium. Declara vt nu. 5.*
3 *Vrbis appellatio proprie muris continetur. Declara vt ibi, & nu. 4.*
Interdicta Ciuitate, intelliguntur interdicta ſuburbia, & quare.
4 *Vrbis Romæ appellatio, continet etiam ſuburbia, & quid in alijs Ciuitatibus.*
Verbum videtur eſt nota improprietatis.
5 *Legato frumento quod eſt in Ciuitate, non venit exiſtens in ſuburbijs, niſi vt ibi.*
6 *In beneficijs, & priuilegijs ſit lata interpretatio quo ad præiudicium concedentis, ſecus quo ad præiudicium tertij.*
Non eſt liberalitas, aliena largiri.

DECISIO CLXIIII.

QVærebatur an Iſabella nata in ſuburbijs Ferrariæ eſſet capax elemoſinæ relictæ pro dotandis puellis de Ciuitate Ferrariæ, &

1 Primo pro affirmatiua cõferebat, quod nati in continentibus vrbis, Romæ nati intelliguntur, *vt inquit tex. in leg. qui in cõtinentibus 147. ff. de verb. ſignif. & conſonat tex. in leg. ædificia 139. ff eodem tit.* Ibi ædificia Romæ fieri etiam ea videntur quæ in continentibus Romæ fiunt, *Felin. in cap. Rodulphus num. 6. De reſcript. verſic. limita ſecundo, Menoch. de arbitr.*

arbitr.Iudic.lib.2.caſ.155.nu.1. vbi quod continentia Ciuitatis cenſentur pars Ciuitatis.

2 Secundo videbatur fauere Concluſio, quod Ciuitatis appellatio in materia ſaltem fauorabili, vel alias latæ interpretationis, extẽditur ad ſuburbia, *ad tex.in leg.1.§.Cum vrbem, cũ ibi not. ff.De off. præf.vrb: gl.in leg 2. ff.de verb.ſign. Bart.ibidem nu.1. & 2.verſic.Aut loquimur in beneficijs, Abb. in d.cap. Rodulphus quem refert, & ſequitur poſt alios Felin.ibi num.6. verſic.ſecundo limita,* vbi plus dicitur, quod etiam ad territorium trahitur, *Crauett.conſ.297.nu.1.Menoch.de arbitr.Iudic.lib. 1,quæſt.99.nu.12.13.21. & ſeq.*

3 Pro negatiua vero *erat tex.in leg.2.ff.de verb.ſignif.* vbi dicitur, quod vrbis appellatio muris finitur, licet appellatio vrbis Romę continentibus ædificijs, vt ibi, *Ad idem tex.in leg. vt Alphenus ff. eodem leg.nam quod liquide, §. ſi ita, ff.de pen. leg. cap. ſi Ciuitas de ſent. excom. in ſexto,* ibi, Si Ciuitas, Caſtrum villa ſubijciantur interdicto, & ipſa ſuburbia intelligi volumus interdicta ne ſententia valeat vilipendi. Licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari, & in his terminis quando eſt expreſſum nomen appellatiuum Ciuitatis, & nomen proprium eiuſdem, *Bart.in d.leg.2.ff.de verb.ſignif.nu.2.* & maxime quando appellatiuum præcedit vt hic, quod non extendatur ad ſuburbia ſequitur, *Felin.poſt Bald.in d. cap. Rodulphus num.3.* vbi quod hoc indiſtincte procedit quando eſt expreſſum nomen appellatiuum Ciuitatis, & ſiue præcedat ſiue ſequatur, licet quod debeat attendi nomen proprium, quia tanquam indiuiduum videtur qualificare appellatiuũ, & ſic quod trahatur ad ſuburbia *ſenſiat Menoch. de arbitr. d.lib.1. quæſt.99. nu.19.*

4 Neque obſtabat primum obiectum quia procedere poteſt in vrbe, hoc eſt in Ciuitate Romæ in qua ſpeciale videtur, vt continentibus ædificijs contineatur, *vt innuit tex in d.leg.2. ff.de verb.ſign.& tex. expreſſior. in d.leg.nam quod liquide, § ſi ita, ff. de pen.legat.* prout in ter vrbem Romæ, & alias Ciuitates diſtinguit, *poſt alios Bart.in d.leg.2. nu.2.& Felin.in d cap.Rodulphus num.3.* licet Diſtinxionem hanc reprobet, *Menoch.de arbitr.Iudic.lib.1. quæſt.99. num.17.* ponderans dictionem illam fere expreſſam, *in d. §.ſi ita:* vel procedit quando eſt expreſſum ſolum nomen proprium Ciuitatis, vt Bononia, Ferraria, tunc enim ad ſuburbia trahitur, ſecus quando eſt expreſſum etiam nomen appellatiuum, vt Ciuitas Bononiæ, vel Ferrariæ, vt hic quia tunc ad ſuburbia non extenditur, *ita poſt alios Felin.in d.cap.*

Ro-

Rodulphus de reſcript. num. 3. verſic. Et ad hanc differentiam, vel etiam verius forte dici poteſt, quod nomen Ciuitatis aliquando trahitur ad ſuburbia ex interpretatione, ſed proprie nunquam comprehendit ſuburbia, *vt indicant tex. in d.leg. qui in continentibus*, ibi Romæ nati intelliguntur, *& in d.leg. Aedificia*, ibi Romæ fieri videntur, quæ in continentibus fiunt. Nam verbum intelligitur, & verbum videtur improprietatem importăt, *ad tex in leg. qui non facit 163. ff. de reg. iur. leg. hæreditatem, ff. ad leg. Falcid. Rip. in leg. Rem quæ nobis num. 4. ff. de acquir. poſſeſſ.*

5 Vnde etiam in legatis in quibus non eſt recedendum à proprietate ſermonis niſi de contraria voluntate teſtatoris appareat, *leg. non aliter, ff. de leg. 3.* Si teſtator alicui legauerit frumentum, quod habet in Ciuitate, vel in vrbe non intelligitur legaſſe, quod habet in ſuburbijs, *Bald. in cap. Rodulphus de Reſcript. nu. 8. Felin. ibidem nu. 3. Bart. in leg. 2. nu. 3. ff. de verb. ſignif. Crauett. conſ. 297. ante nu. 1.* licet aliud ipſe ſenſiat in caſu in quo fuerant legatæ domus exiſtentes in Ciuitate, coniunctæ perſonæ, & verbis vniuerſalibus, & geminatis, *vt ibi nu. 1. & ſeq. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 99. nu. 6.*

6 Non obſtat ſecundũ quia procedit in beneficijs proprie dictis quatenus videlicet non niſi concedentis præiudicium, & intereſſe concernunt, tunc enim latiſſime ſunt interpretanda, *iuxt. tex. in leg. fin. cum ibi traditis per ſcribentes, ff. de Conſtit. princip.* Secus eſt quatenus reſpiciunt præiudicium, & intereſſe tertij, quia tunc ſunt reſtringenda, *ad tex. in cap. ſuper eo de off. deleg. Rot. in Caurien. iuriſdictionis dec. 55. nu. 8. par. 2. Diuerſ. & ſenſit in his terminis Felin. poſt Imol. in d. cap. Rodulphus de Reſcript. nu. 3. verſic. Idem dicit eſſe.* Sed hoc in caſu agebatur de præiudicio puellarum quæ intra Ciuitatem naſcuntur, nam incluſio etiam cumulatiua ſuburbanarum eſſet aliquando excluſio Ciuitatenſium. Et cauendum eſt, quod reprehendit *Tullius lib. 1. de officijs*, ibi; Sunt quidam cupidi ſplendoris, & gloriæ qui alijs eripiunt, quod alijs largiantur, quo nihil magis officio poteſt eſſe contrarium, & vt argute, & moraliter more ſuo; loquitur *Seneca lib. 1. de clementia*, non eſt magni animi qui de alieno liberalis exiſtit, ſed qui ſibi detrahit quod alteri donat.

Ex quibus cum eſſem ego præſes domus Dei dixi puellam hanc non eſſe capacem elemoſinæ Dotalis niſi in ſubſidium, deficientibus videlicet natis intra Ciuitatem, & ita cum anno illo ex quindecim vna defecerit, fuit illa ſubrogata. Fauebat in argumentum huius tem-

peramenti, *text. elegans ex Greco in leg. fin. C. de Sacr. Eccl.* incipit quoniam in pleriſque, ibi ſi in illa Ciuitate, vel vicinia eius.

ARGVMENTVM.

Priuilegium *leg. vnica, C. quando Imper. int. pup. & vid.* quando debeat, & poſſit allegari.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio nouo Iudici an conceſſa cenſeatur cumulatiue, vel priuatiue quo ad ordinarium.*

2 *Virgo gaudet priuilegio leg. vnicæ.*
Priuilegium d. leg. vnicæ debet allegari, vt ſuffragetur.
Procurator id non poteſt ſine ſpeciali mandato, vel generali cum libera.

3 *Poteſt allegari etiam poſt concluſum in cauſa.*

4 *Nec poteſt ei renunciari.*

5 *Ad validandum iudicium retro actum ſufficit ex poſt facto mãdatum produci ſi vere aderat ab initio.*

6 *Facta ſunt potentiora quam verba ad indicandam voluntatem.*
Et affirmatiua plus poſſunt quam negatiua.

7 *Collitigans non præſumitur ignorare conditionem collitigantis.*

8 *Contrahens vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius cum quo contrahit.*

9 *Valet argumentum à contractibus ad iudicia.*

10 *Et à contractibus ad quaſi contractus.*
In iudicijs quaſi contrahitur.

DECISIO CLXIV.

LVcia, & Bartholomæa de Emanuellis, obtinuerunt à D. Locumt. pronunciari eueniſſe caſum fideicommiſſi quon. D. Pompei ad earum fauorem, & ideo relaxanda ei fore bona petita, & poſſeſſa à Franciſco Fabro qui appellauit, & de nullitate dixit, & ſuper ea ante omnia pronunciari poſtulauit ex eo, quod cum ipſe eſſet Argentarus, non poterat in prima inſtantia conueniri Ferrariæ tam de iure communi, quam ex priuilegio Põtificio Cle-
1 mentis Octaui argentarijs conceſſo, quod intelligitur priuatiuum, quo ad Iudicem ordinarium Ciuitatis, ſeu Prouinciæ, *ad tex. in §. Iudicare, Auth. de defenſor. Ciuitat. Rom. conſ. 393. num. 10. Crauetta conſ. 411. nu. 28. & poſt prædictos, & Angelum Menochius de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18. nu. 11.* licet alias in dubio iuriſdictio præſumatur cumulatiue conceſſa *ad late tradita per eumdem Menoch. lib. 2. præſ. 18. nu. 25*

vbi

vbi teſtatur, & probat hanc eſſe receptam opinionem veram, & ſequendam, & non obſtare dicebatur prætenſum aduerſariarum pri-
2 uilegium *ex leg. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* cum altera eſſet vidua, altera virgo, quæ gaudet eodem priuilegio *d. legis vnicæ, Franc. dec. 200. nu. 3. Maſtrill. dec. 302. nu. 14. cum alijs adductis per Nouar. de elect. for. ſect. 2. quæſt. 13. nu.* 1. quia non fuerat allegatum, vt requiri videbatur *ex tex. in leg. ſi quis ex aliena 5. ff. de Iudic. & in leg. 2. ff. Si quis in ius vocatus non ierit, & in eadem leg. vnica in verb. orauerint, Ludou. in Carpen. ſeu nullius bonorum dec. 43. nu. 3.* vbi quod ſi non fuerit oppoſitum, & petita remiſſio cauſæ, iudicium valebit, *& poſt alios Nouar. de elect. for. ſect. 1. quæſt. 18. num. 15. in fine, & prius eadem ſect. 1. quæſt. 7. nu. 5. & ſeq.* vbi quod in procuratore ad id opponendum requiritur ſpeciale mādatum, vel generale cum libera, & pro hac parte mouebat etiam, quod ſi priuilegium *leg. vnic.* fuiſſet allegatum, Reus forte feciſſet ſuas defenſiones in meritis quas nō fecit inſiſtendo in defectu iuriſdictionis, vnde non videbatur æquum, Reum decipi ex taciturnitate actoris.

3 Ex aduerſo vero pro ſententia dicebatur priuilegium *leg. vnica* in quacunque parte iudicij, ac etiam poſt concluſum in cauſa allegari non poſſe, *Afflict. in Conſtit. Regni Statuimus quæſt. 114. Franc. dec. 100. num. 2. & dec. 214. nu. 2. Giurb. dec. 28. nu. 7. Trentacinq. variar. reſol. reſol. 1. nu. 39. tit. De his quæ vi metuſque cauſa fiunt, Nouar. d. elect. for. ſect. 1. q. 15. nu. 4. & ſeq.* & poteſt omni in caſu ad id concedi reſtitutio in integrum, *ad tradita per Odd. in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 10. art. 2. nu. 5. & melius artic. 6. num 34. Viuius dec. 65. qui refert ita fuiſſe ſæpius indicatum, Nouar. d. ſect. 1. quæſt. 15. nu. 5.* & nō ſolum tacite per
4 allegationem, ſed nec etiam expreſſe poſſet renunciari priuilegio, *d. leg. vnicæ, Scaccia de appellat. quæſt. 9. nu. 115. Theſaur. dec. 177. num. 5. Franc. dec. 192. nu. 7.*

5 Addebatur in ſimili, quod mandatum produci poteſt quandocunque ad validādum iudicium retroactum, dummodo appareat, quod vſque ab initio mandatum aderat, *ad tex. fortiorem in leg. licet 56. ff. De iudicijs*, vbi etiam ratihabitio retrotrahitur ad validandum, & ſuſtinendum iudicium à non procuratore peractum, *Lancellott de attent. cap. 12. limit. 50. num. 23. Scaccia de appellat. 5. nu. 7. verſic. prima oppoſitio.*

Accedat quod vidua, & virgo in hac facti ſpecie non erant Reæ, quo caſu videntur obiecta procedere ſi taceant, ſed erant actrices, & cū inſti-

inſtituiſſent iudicium, quod non poterat niſi ex capite viduitatis, &
6 virginitatis ſuſtineri, ſatis videbantur facto ipſo declaraſſe, velle ſe vti dicto priuilegio, & certum eſt, quod facta ad indicandam voluntatem ſunt potentiora quam verba *ad tex. in cap. Dilecti p. de appellat. leg. ſi tamen, §. ſi ei qui ff. de edilit. edict. Dec. in leg. ſemper qui non prohibet num. 8. ff. de reg. iur.* & facta etiam affirmatiua ſunt ad id afficaciora quam negatiua, *ad tex. in leg. ſi mora vbi not. ff. ſol. matrim. leg. procula ff. de prob. Dec conſ. 206. nu. 1. & conſ. 267. nu. 2. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. vlt. tit. vlt. nu. 32.*
7 Prætcrea licet non fuerit allegata viduitas non præſumebatur ignota collitiganti qui creditur non ignorare conditionem illius, cum
8 quo litigat *ad tradita per Martam de iuriſd. par. 3. cent. 2. caſ. 3.* ſicut qui cum alio contrahit vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditio-
9 nis eius, *vt inquit tex. in leg. qui cum alio ff. de reg. iur.* Valet autem argumētum à contractibus ad iudicia, *gl. in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. cum aliis adductis ab Euerard in loco à contract. ad iu-*
10 *dicia*, vbi adducit rationem rationis, quoniā ſcilicet in iudiciis quaſi contrahitur, *leg. 3. §. Idem ſcribit ff. de peculio*, & valet argumentum à contractibus ad quaſi contractus, *leg. ſi pupilli, §. ſi quis ita, ff. de neg. geſt.* Ex quibus cum ſaltem turbida redderetur prætenſa notoria nullitas, vt tamen illeſa remanerent iura ambarum partium aſſignaui eis terminum ſtatutuarium ad probandum incumbentia ſaluis hinc inde deductis, & exceptis.

A R G V M E N T V M.

Sententia lata poſt inhibitionem quando reuocari, vel ſuſtineri poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Inhibitio Iudicis ad quem ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo.*
2 *Proceſſus factus à Iudice recuſata poſt appellationē eſt nullus, licet recuſans. Non ſit appellationem proſequutus.*
Oppoſita declinatoria fori, ſuſpendit iudiciis iuriſdictionem.
3 *Per comparationem coram Iudice à quo cenſetur renunciatum appellationi & recuſationi, licet Iudex nihil decreuerit.*
4 *Appellatio, vel recuſatio in calculo ferendæ ſententiæ tanquam calumnioſa non ſuſpendit Iudicis iuriſdictionem.*

De-

DECISIO CLXV.

1 IN eadem dicebatur nulla ſententia tanquam lata poſt appellationem, & inhibitionem Iudicis ad quem quæ ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo *cap. ſuper eode appellat. cap. per tuas de ſent. excom. late Giurb. dec. 36. nu. 15.* Et proceſſus factus
2 à Iudice recuſato etiam per ſolam appellationem a proceſſu ad vlteriora eſt nullus, *Oſaſch. dec. 84. num. 3. & ſeq. Gabr. concluſ. 1. de iudicijs nu. 1. vbi in fine de magis communi, Scaccia de appell. quæſt.* 14. *num. 82.* vbi ampliat etiam ſi appellatio non fuerit proſequuta, *Nouar de elect. for sect. 1. q. 18. num. 4. & prius nu. 1. & 2.* vbi in his terminis quod propoſita fori declinatoria, eo ipſo remanent alligatæ manus Iudicis. Sed videbatur quod appellatio cum inde ſequtis non obſtaret ex quo poſt eam procurator comparuerat coram Iudi-
3 ce à quo producendo priuilegium Clem. VIII. & alia vnde videbatur renunciaſſe appellationi, & recuſationi *ad tex. in cap. ſollicitudinem de appellat. Lancellott. de attent. cap. 12. in præfat. nu. 16. Gabr. concluſ. 2. de appellat. nu. 1. &* 3. vbi ampliat etiam ſi Iudex nihil decreuerit;
4 Noua vero recuſatio, & appellatio interpoſita in calculo ferendæ ſententiæ tanquam ſuſpecta de præſumpta calumnia videbatur non afficere *ad tradita per Gabr. concluſ. 1. de Iudic. num. 8. & per Rot. in Papien. bonorum dec. 163. nu. 9. par. 1. Diuerſor. & dixi dec. 80. nu. 24.* Vnde credidi non eſſe recedendum à Decreto.

ARGVMENTVM.

Nepos ex filio ſpurio quando poſſit hæres inſtitui.

SVMMARIVM.

1 *An nepos legitimus ex filio ſpurio poſſit inſtitui. Communis contra communem, ſed affirmatiua communior.*
2 *Fallit quando conſtat fuiſſe inſtitutum nepotem contemplatione filij.*
3 *Quando nepos erat infans, præſumitur inſtitutus contemplatione filij.*
4 *In dubio non præſumitur nepos inſtitutus contemplatione filij.*
5 *Etiam ſi facta ſit mentio filij in inſtitutione.*

DECISIO CLXVI.

IN caſu pendente coram me tanquam ſpoliorum ſubcollectore, & commiſſario generali in Diœceſi, & Legatione Ferrarienſi, qui fuit compoſitione cum Reu. Ca-
1 mera terminatus dicebam, quod An nepos legitimus ex filio à Sacerdote ſuſcepto poſt ordines ſacros inſtitui

poſſit hæres ab auo controuertunt Doctores, & communem in hoc articulo contra communem, *refert Cenall. in Theſauro communium opinionum contra communes, quæſt. octingenteſima quæ eſt vltima illius operis, & ante eum plenius, Craſſ. de ſucceſſion. §. Inſtitutio quæſt. 8. num. 6.* vbi oſtendit affirmatiuam eſſe communiorem. *Idem firmant Peregrin. de iur. fiſci lib. 3. tit. 18. nu. 47. Gabr. concluſ. 3. de hæred. inſtit. nu. 12.*

2 Fallit tamen dicta communior concluſio, quando ex coniecturis colligitur nepotem inſtitutum fuiſſe contemplatione filij, *Gabr. d. concl. 3. de hæred. inſtit. num. 6. Craſſ. de ſucceſſ. §. Inſtitutio quæſt. 8. num. 2. Peregr. de iur. fiſci lib. 3. tit. 18. num. 48. Ludouic. deciſ. Peruſ. 18. num. 33. & ſeq.*

3 Præſumitur autem nepos inſtitutus contemplatione filij quando vt hoc in caſu filius ipſe erat infans tempore inſtitutionis, *vt poſt Rofred. docet Bart. in leg. Gallus, §. quod ſi is, ff. De lib. & poſthum. Peregr. de iur. fiſci lib. 3. tit. 18. nu. 48. in fine,* vbi dicit hanc eſſe notabilem coniecturam, *& ſenſit Ludouic. d. deciſ. Peruſ. 18. nu. 36.*

4 In dubio autem nepos non cenſetur inſtitutus contemplatione filii ſpurij, *vt poſt Bart. & alios tradit Craſſ. de ſucceſſ. §. Inſtitutio quæſt. 8. nu. 3. vbi de magis communi teſtatur, Gabr. d. concluſ. 3. de hæred. inſtit. nu. 10. vbi etiam ipſe teſtatur de communiori, Clar. in §. teſtamentum quæſt. 32. Peregrin. de iure fiſci lib. 3. tit. 18. nu. 49.* vbi duplicem rationem adducit quia ſcilicet capienda eſt præſumptio in dubio pro validitate actus, & pro excluſione delicti.

5 Quod ampliatur etiam ſi in inſtitutione ipſa facta ſit mentio filij, vt erat hoc in caſu in quo fuerat ſcriptus hæres etiam amore Dei Hieronymus filius legitimus Ioannis filij legitimati, *Bart. in leg. Gallus, § quid ſi is, verſic. tertius caſus eſt, ff. de lib. & poſthum. & poſt alios Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 28. nu. 6. verſic. quartus eſt caſus.*

ARGVMENTVM.

Ex quibus inducatur, vel excludatur tacita communio vniuerſalis.

SVMMARIVM.

1 *Ad inducendam communionem vniuerſalem requiruntur, copulatiue cohabitio, communicatio lucrorum, & non reddita ratio.*

Communio non præſumitur niſi probetur.

2 *Inducitur etiam ſi vnus plus altero conferat ſaltem quando magna non eſt inæqualitas.*

3 *Ex acquiſitionibus factis nomine proprio excluditur communio vniuerſalis niſi fructus rei communicentur.*

4 *Contractus ſimpliciter celebratus, cenſetur celebratus nomine proprio, & ex pecunia propria non ex communi.*

5 *Tacita communio non præſumitur inter mercatorem, & Clericum.*

DECISIO CLXVII.

1 IN cauſa compoſita in qua præmotor meus Fiſcalis pro parte Reuer. Cameræ prætendebat communionem Clerici cũ fratre mercatore, dicebã quod ad inducendam communionem vniuerſalem exigitur concurſus trium requiſitorum, videlicet cohabitatio. Communicatio lucrorum vndecunque quæſitorum. Et quod nunquam fuerit reddita ratio datorum, & acceptorum, *Anchar. conſ. 149. nu. 2. & conſ. 302. num. 2. & ſeq. & poſt alios Menoch de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 16. nu. 37. Rota coram Lancellott. in Romana bonorum de Cruciarijs dec. 169. num. 10. par. 2. Diuerſ. & coram Seraph. in Ceſenaten. pecuniaria dec. 1079. nu. 1. & coram Buratt. in Romana librariæ dec. 391. nu. 1.* vbi quod nunquam præſumitur niſi probetur, *& coram eodem in eadem cauſ. ſed dec. 408. num. 2.* vbi conſiderat conuictum ad vnam menſam, ad vnum panem, & vnum vinum, *& coram eodem Buratt. in Ferrarien. bonorum dec. 908. nu. 6.* Quæ quidem
2 tacita ſocietas ſiue communio concurrentibus requiſitis prędictis induci videtur etiam ſi vna pars plus, altera minus conferat in commune, *ad tradita per Anchar. d. conſ. 302. nu. 9. Rim. iun. conſ. 280. nu. 12. Menoch. lib. 3. præſumpt. 16. num. 42. Buratt. in Romana exequutionis dec. 159. nu. 9. & 10.* vbi tamen limitat quando magna eſſet inæqualitas.
3 Sed quando vnus ex fratribus, vel præter ſis ſocijs emit, vel alias acquiſiuit, vel contraxit, vt hoc in caſu nomine proprio excluditur præſumpta & tacita communio vniuerſalis, *Anchar. d. conſ. 302 nu. 7. verſic. venio ad ſecundam qui tamen nu. 8.* limitat quando fructus rei emptæ nomine proprio communicantur, *quod tradit etiam Rim. iun. conſ. 280. nu. 24.* & hoc in caſu prætendebatur, *Caphal. poſt Bald. conſ. 340. nu. 2. Natta conſ. 264. nu. 20. Riminal. d. conſ. 280. num. 6.* vbi quod ſufficit vnicus actus, geſtus, nomine proprio ad excludendum vniuerſalem communionem, *licet arguat contra num. 22. & 24. Menoch. lib. 3. præſumpt. 26. num. 41. & 46* vbi tamen videtur excludere communionem ſolum in ſic acquiſitis nomine proprio, *Rota in d. Romana bonorum de Cruciarijs dec. 169. num. 9. par. 2. Diuerſor.* Emptio autem facta ſimpliciter intelligitur facta nomine proprio, & de pecunia propria non de communi *Bart. in leg. ſi Defunctus, C. arbitr. tutel. & in*

leg.

leg. ſi patronus nu. 4. C. commun. diuid. Ancbar. conſ. 149. num. 4. Rot. in d. Romana bonorum de Cruciarijs dec. 169. nu. 9. par. 2. Diuerſor.

5 Excluditur etiam tacita, & præſumpta ſocietas ſeu communio ex qualitate perſonarum, quia ex actibus dubijs non inducitur inter mercatorem ſeu negociatorem, & Clericum, nam cum ei prohibita ſit negociatio, non eſt præſumendum eum voluiſſe delinquere aduerſus canones, *Rim. iun. conſ. 280. nu. 14.* qui tamen limitat quando contrarium probaretur ex actibus expreſſis, *vt num 45. & ante Menoch. lib. 2 præſumpt. 56. nu. 8. licet nu. 24. videatur exemplificare Burat. in d. Ferrarien bonorum dec. 908. nu. 7.*

ARGVMENTVM.

Miles an poſſit donare, vel relinquere concubinæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona militis abſque hærede decedentis de iure ſpectant ad legionem in qua militabat.*

2 *Clericus, Doctor, miles non poſſunt relinquere concubinæ, & relictum debetur fiſco ſaltem.*

Quando vt ibi, & niſi quando ob benemerita, vel cauſa dotis relictum ſit.

Et an id procedat in militibus noſtri temporis.

3 *Filij nati ex damnato coitu ſunt incapaces non indigni, vnde ab eis fiſcus relicta non aufert.*

4 *Fallit quando clam fuit eis relictum.*

DECISIO CLXVIII.

1 IN alia cauſa Camerali dicebam, quod bona militis abſque hærede defuncti ab ſtrahendo à diſpoſitione Bullarum, de iure communi ſpectarent ad legionem in qua militabat *ad text. in leg. ſi quis filio 6. §. eius in fine, ff. de iniuſt. rupt. & irrito fac. teſtam.* ibi Cognatis, aut ſi non ſint, Legioni, *& in leg. 2 C. de hæredib. Decurion.* ibi, Ad vexillationem in qua militauit Res eius neceſſario peruenire, *Bart. in d. §. eius qui nu. 1. Peregr. de iur. fiſci lib. 4. tit. 3. nu. 13.*

2 Dicebam etiam, quod miles armatæ militiæ non poterat Concubinæ ſuæ inter viuos donare, vel in vltima voluntate relinquere, *leg. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* ibi milites meos à focarijs ſpoliari nolo, *leg. miles ita 42. §. mulier, ff. de milit. teſt.* ibi mulier in qua turpis ſuſpicio cadere poteſt, nec ex teſtamento militis aliquid capere poteſt, *leg. mulierem 14. ff. de ijs quæ vt indig. aufer.* ibi mulierem à milite ſtupro cognitam ad teſtamentum iure militiæ factum non admitti, & reli-

relictum ad fiſcum pertinere, tibi reſpondi, *Bart. Iaſ. Rip. in leg. Affectionis, ff de donat. & poſt alios Peregr. de iur. fiſci lib. 2. tit. 9. nu. 3.* vbi in fine quod talis concubina reputatur non ſimpliciter capax, ſed indigna ſaltem quando fuit à milite ſtuprata, *& num. 4. & 7.* vbi idem firmat in milite cæleſtis militiæ, ideſt Clerico, & in milite litteratæ militiæ ſeu iuſtitiæ, ideſt Doctore de quo fuſius Euerard in loco à milite armatę militiæ, *idem Peregr. ibidem nu. 8.* vbi extendit etiam ad milites noſtri temporis, *& latius Farinac. in fragment criminal. par. 1. in litt. C. in verb. Concubinæ nu 565.* vbi quod miles non poteſt Concubinæ donare, vel legare, *& num. 569.* vbi quod procedit etiam in militibus noſtri temporis, licet num. antecedenti referat cõtrarium ſenſientes, & atteſtantes de communi, *& num. 570.* vbi quod ſic donatum, vel legatum fiſcus aufert, *& num. 593.* vbi limitat quando ob benemerita fuit relictum, vel ex cauſa Dotis, *vt num. 600.*

3 Filij autem nati ex damnato coitu non reputantur indigni, ſed ſolũ incapaces, ideo ab eis fiſcus per patrem relicta non aufert, ſed pro non ſcriptis habentur, & deferuntur ad legitimos ſuccedentes, *leg. ſi qua pęna, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. leg. ſi poſt mortem, §. liberi, ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab. Bart in leg. Aufertur ſub initium ff. de iur. fiſci, & poſt alios Peregr. de iur. fiſci lib. 3. tit. 1. num. 1. & 2.* Fallit tamen ſupradicta Concluſio quando non palam, ſed clam relinquitur incapacibus in fraudem legis, quia tunc ab illis fiſcus aufert tanquam ab indignis, *leg. 1. leg. edicta leg. non intelligitur, Peregr. ff. de iur. fiſci lib 3. tit. 17. nu. 9. & eodem lib. 3. tit. 15. in princ.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio quando ſit manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens tempore motæ litis eſt manutenendus.*

2 *Iuſte poſſidet qui authore Prætore poſſidet.*

3 *Poſſeſſio titulata præfertur in concurſu.*

4 *Etiam ſola detentio, & inſiſtentia eſt manutenibilis.*
Decretum irritans inficit poſſeſſionem non autem detentionem.

5 *Donec dubitatur an titulus inueſtituræ ſit legitimus, inueſtitus manuteneatur. Idem quando de deuolutione diſputatur.*

6 *Poſſeſſio mortuo beneficiato non vacat ſed remanet penes Eccleſiam.*

7 *Fallit quando etiam beneficio vacante poſſeſſio fuit apprehenſa per alium. Declara vt ibi.*

Digitized by Google

DECISIO CLXIX.

IN cauſa in qua Eminentiſſimus tunc Legatus requirebat votum ab Excellentiſſimo Collega meo D. Brancaleone acutiſſimi ingenij viro, & à me dicebam D. Caſtionum videri manutenendum.

1 Primo, quia reperiebatur in poſſeſſione tempore motæ litis quæ manutenenda eſt, *ad tex. in § Retinendæ inſtit. tit. de interdict. Rota coram Ludouiſ. in Pamphilonen. Prioratus deciſ. 588. nu. 1.*

2 Secundo, quia cæperat poſſeſſionem authore Prætore quæ tanquam iuſta eſt multo magis manutenibilis, *ad tex. in leg. Iuſte poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ. Hōded conſ. 20. nu. 1. lib. 1. Rot. dec. 513. nu. 2. par. 2. Recenſ. & coram Ludouiſ. in d. dec. 582. nu. 2.*

3 Tertio; quia erat poſſeſſio titulata tutilo videlicet inueſtituræ, quæ etiam in cõcurſu præfertur in manutentione, *cap. licet cauſam de prob. vbi Can. & poſt alios Ludouiſ. in Senogallien. iuris paſceudi dec. 412. nu. 2 Buratt. in Romana de Pacificis dec. 730. nu. 7.*

4 Quarto, quia licet non habuiſſet veram poſſeſſionem, ſed ſimplicem inſiſtentiam vel detentiouem, adhuc illa manutenibilis erat, *Rot. in Rauennaten. Vicariatus dec. 752. nu. 6. par. 2. Recenſ.* vbi etiam quod licet Decretum irritans inficiat titulum, & poſſeſſionem, non tamen inficit detentionem quæ ſola ſufficit ad manutentionem, *Buratt. in Rauennaten Notariatus dec. 131. num. 7. & in Neapolitana iuris exigendi dec. 378. nu. 6.*

5 Quinto, quia donec dubitatur an titulus inueſtituræ ſit validus, vel nullus ex parte Rei litigioſæ, vt dicebatur ex aduerſo, vel ratione temporis ex quo ſcilicet celebrata ſit in Articulo mortis ab Anteceſſore in beneficio, manutenendus eſt inueſtitus, *ad tradita per Ludouiſ. in Mediolanen. bonorum ſiue emphyteoſis dec. 105. nu. 15. & ſeq. & ibi Beltram. in litt. A.* vbi fortius dicitur, quod Dominus directus nõ poteſt intentare remedium poſſeſſorium niſi quando deuolutio eſt clara, & indubitata ſed quãdo eſt dubia, & poteſt probabiliter controuerti, tunc non poteſt niſi iudicio petitorio experiri, *vt dictum fuiſſe aſſerit ibi Beltram. in Ariminen. Deuolutionis coram Sacrato, impreſſa penes Marcheſan. de commiſſ. par. 2. fol. 595 & in Romana Deuolutionis coram Andrea, & in Conimbren. prædij coram Donuzetto,* & loquitur etiam ſtante pacto facultatiuo apprehendendi poſſeſſionem propria authoritate.

6 Obij-

Digitized by Google

6 Obijciebatur quod poſſeſſio ſaltem ciuilis mortuo Rectore non vacabat ſed remanebat penes Eccleſiam, *Felin. in cap. Conſtitutus num. 19. De reſcript. Rot. coram Caſſad. dec. 7. nu. 13. de cauſ. poſſ. & propr. & coram Seraph. dec. 390. nu. 3. par. 1. Diuerſ. & coram Donuzetto dec. 78. nu. 13 par. 6. Diuerſ. & coram Coccin. dec 226. num. 38. eadem par. 6. Poſtius*
7 *de manutenend. obſeruat. 55. nu. 9. & ſeq.* Sed reſpondebatur concluſionem prędictam limitari quando poſſeſſio fuit apprehẽſa per tertium etiam beneficio vacante, *Rota coram Seraph. in A. benſi plebis de Doliano dec. 1127. nu. 4. vbi refert idem prius deciſum coram Rubeo, & coram Blanchetto, & idem deciditur in Lucana optionis coram Menzanedo dec. 171. num. 2. par. 2. Recenſ.* Quæ quidem limitatio omnino procedit ſaltem quando dubitatur an res de qua agitur ad Eccleſiam ſpectet, *vt declarauit Rota in Colimbrien. præſtimoniorum coram Donuzetto dec. 78. nu. 15. 27. & ſeq. par. 6. diuerſorum, & coram eodem in eadem Colimbrien. dec. 139. nu. 45. & 46. eadem par. 6. diuerſ. & ſunt etiam impreſſæ poſt Poſtium dec. 327. nu. 15. & dec. 330. nu. 35.* Cum D. Cardinalis tunc Legatus cauſam reliquiſſet indeciſam, ita fuit iudicatũ ab Eminentiſſimo eius ſucceſſore.

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius an priuetur vſufructu ob non præſtitam cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius non facit fructus ſuas donec præſtet cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & conficiat Inuentarium.*

2 *In ijs quæ vſu minuuntur an præſtanda ſit cautio de reſtituendis rebus ipſis, prout erunt tempore reſtitutionis, an vero de reſtituenda æſtimatione iuxta tempus cautionis.*

3 *Vſufructuarius ob non præſtitam cautionem non priuatur vſufructu.*

4 *Priuatio non eſt inducenda niſi in caſibus expreſſis in iure.*

DECISIO CLXX.

IN cauſa Rotali dixi D. Annam Vltramariam matrem vſufructuariam abſoluendam eſſe à petitis pro parte D. Iacobæ eius filiæ, & proprietariæ, nam quo ad prætenſam caducitatem, & priuationem vſusfructus ex quo Anna non præſtiterit cautionem, huiuſmodi priuatio non reperitur
1 iure cauta, iure quidem cauetur, quod vſufructuarius donec pręſtet cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & reſtituendo

fini-

finito vſufructu, non faciat fructus ſuos, *leg. Si cuius Rei 11. leg. vſufructus 16. ff. de re vſufruct. leg. 1. C. de vſufruct. & tot. tit. ff. vſufruct. quem adm. caueat Dec. conſ. 607. num. 1. Surd dec. 141. nn. 1. Theſaur. dec. 180. num. 3.* vbi quod ſub eadem pœna debet inuentarium confici
2 *Gabr concluſ. 1. de vſufruct. num. 1. & ſeq.* vbi congerit ſex ampliationes, & octo limitationes. An autem in ijs quæ vſu minuuntur præſtanda ſit cautio de reſtituendis rebus ipſis, prout erunt tempore reſtitutionis, an vero de reſtituenda æſtimatione iuxta tempus præſtitæ cautionis controuertunt Doctores, & pro ſecunda ſententia *decidit Theſaur. dec.* 80. *num. 1.* pro prima vero *Reſoluit Marius Antoninus in ſuis reſolutionibus Canonicis reſol. 1. lib. 2.* & ante prædictos, pro vtraque refert authoritates, *Ant. Gabr. concluſ. 1. de vſufruct. num. 20.*
3 Sed in iure cautum non reperitur, quod ſi vſufructuarius non præſtiterit cautionem prædictam, ex toto etiam in futurū priuetur vſufructu hoc eſt iure vtendi, & fruendi, immo quod non priuetur, *docet poſt Bart. Caſtren. in d. leg. 1. in fine, C. de vſufruct. Dec. conſ. 418. num. 18. Gabr. d. concluſ. 1. de vſufruct. in octaua limitatione nu. 51.* Et gene-
4 rale eſt, quod priuatio non eſt admittenda tanquam odioſa niſi in caſibus expreſſis in iure, *§. cum igitur, § non eſt lex Auth de non eligen. ſec nuben. Tiraquell. in leg. ſi vmquam, C. de reuoc donat. in verb. reſtituatur num. 249. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 276. nu. 11. & 20. Surd. dec. 78. num. 6.*

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius quādo faciat fructus ſuos, etiam non præſtita cautione.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius facit fructus ſuos, etiam non præſtita cautione quando cautio non fuit petita, & ipſe bona fide poſſidet.*
2 *Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum.*
3 *Item probatur ex partis expoſitione dicentis aduerſarium intruſum.*
4 *Lex requirens cautionem, intelligitur parte petente.*

DECISIO CLXXI.

1 IN eadem quo ad prætenſam reſtitutionem fructuū pro tempore præterito, quo mulier non præſtitit cautionem dixi quod cum cautio non fuerit petita, poſſidens bona fide fecit fructus ſuos, *Pariſ. conſ. 61. in fine lib. 3. Dec. conſ. 607. num. 3. & conſ. 608. nu. 2. & poſt alios multos cōprobat Gabr. concl. 1. de vſufruct. num. 13. 40. & 49. Marius Antoninus reſolut. canon. lib. 2. reſol.*

Digitized by Google

reſol. 1. Ceuall. qui de communi teſtatur in Theſaur. commun. cont. comm.
quæſt. 508. num. 10.
2 Poſſeſſio autem colligebatur ex perceptione fructuum, *Gabr concl.*
4. nu. 2. & 3. de locat. Buratt. in Peruſina bonorum dec. 446. num. 1. Dixi
3 *dec. 68. nu. 15* Item ex confeſſione partis exponentis in iudicio vſu-
fructuariam ſe intruſiſſe in bonis, *Ludouiſ. in Rauennaten. Magazzeri*
dec. 200. nu. 2. Buratt in Verducen. Abbatiæ dec. 100. num. 19. Dixi deciſ.
113. nu. 2. Bona fides autem ex multis deducebatur in facto, & præ-
ſertim ex quo vſufructuaria omnia fere geſſerat cum aſſenſu exequ-
4 torum teſtamentariorum. Et generale eſt, quod quando lex requi-
rit cautionem, intelligitur parte petente, & non alias, *tex. eſt in leg. 2,*
§. quod ait Prætor, ff. quorum legatorum, ibi, vt ſatisdetur ſic accipimus
ſi paratus ſit ſatisdare, non ergo offerre debet ſatisdationem, ſed pe
tenti moram non facere, *& tex in leg. 1. §. non exigit ff. vt in poſſ. legat.*
& in leg. Si quis filium, §. Stipulatio, ff. de collat. bonor. Caſtr. in leg. peto, §.
fin. per illum tex. ff. de leg. 2 & poſt alios Dec. conſ. 607. nu. 3.

ARGVMENTVM.

Minori an ſuccurratur aduerſus non petitã cautionem ab vſufructua-
rio ad effectũ priuationis fructuum. Et alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio minori datur ne damnum patiatur, & ne lucrum amittat.*
2 *Mulier non per omnia habenda eſt loco minoris.*
3 *Fauore minoris mora committitur ipſo iure.*
4 *Si non fuerit petita cautio etiam à minore proprietario, vſufructuarius facit fructus ſuos.*
5 *Fortior præſumptio tollit debiliorem etiam vna contra plures, & quæ dicatur fortior.*
6 *Plures præſumptiones vincunt vnam cæteris paribus.*
7 *Quælibet etiam iniuſta cauſa excuſat à dolo.*
8 *Quælibet cauſa credendi excuſat à caducitate.*
9 *In dubio pro non priuatione iudicandum eſt.*

DECISIO CLXXII.

IN eadẽ opponebatur, quod hęres proprietaria tan
quã minor nullum ſibi præiudicium generare po-
tuerit non petendo cautionem, & quod omni in
1 caſu erat in integrum reſtituenda. Et videbatur
quoniam minori competit reſtitutio in integrum
non ſolum ne damnum patiatur, ſed etiam ne lu-

crum amittat, *tex. eſt in leg. Ait prætor 7. §. fin. ff. de minor.* ibi, Hodie certo iure vtimur, & in lucris, minoribus ſuccurratur, *& Bart. ibidem docet*, quod minoribus deceptis in eo, quod non ſunt lucrati, ſuccurritur, *Buratt. in Romana hæreditatis Paragij dec. 120. num 26.* vbi quod minor reſtituitur aduerſus emolumentum amiſſum. Quid-
2 quid aliud ſit in muliere quæ non eſt habenda per omnia loco minoris, *vt inquit tex. in leg. mulier 32. ff. Ad Sen. Conſ. Velleian Tiraquell. in in leg. Si vnquam, C. de reuocan. donat. in præfat. nu. 101. Old. de reſtit. in integr. par. 1 quæſt. 10. art. 6. nu. 33. tex. in leg. Aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. in fine*, ibi nō enim pro lucro fouemus mulieres, ſed ne damnum patiantur. Accedit quod fauore minorum mora committitur ipſo
3 iure, *leg. 3. C. in quibus cauſ. in integrum reſtit. non eſt neceſſ Dixi dec. 125. num. 6.* Vnde hoc in caſu videbatur vſufructuaria teneri ad cautionem etiam non petitam à proprietaria minore.
4 Sed tamen hæc viſa ſunt non obſtare, quia etiam ſi minor immo, & pupillus agat, adhuc ſi cautionem non petijt, vſufructuarius bona fide poſſidens facit fructus ſuos, *vt probauit Senatus Pedemontanus coram Theſauro dec 80. nu. 3. verſ. quari poteſt poſt Dec. conſ. 607. & alios* vbi etiam reſpondetur contrarijs. Nec obſtiterunt alia allegata ad indicandum præſumptum dolum vſufructuariæ, quia excludebantur ex adductis præſumptionibus bonæ fidei, nam vna præſumptio
5 tollit aliam, & fortior vincit debiliorem, *leg. Diuus, ff. de in integr. reſt. min gl. fin. in Can. tranſmiſſæ qui filij ſint legitimi, Iaſ. in leg. Titia, §. Idem reſpondit num. 8. ff. de verb oblig. Menoch. lib 1. præſumpt. 50. nu. 1. & 5.* vbi ampliat etiam ſi præſumptio efficacior eſſet vnica contra plures debiliores. Quæ autem dicatur fortior præſumptio, *explicat magiſtraliter idem Menoch. lib. 1. præſumpt. 29. per tot. & num. 5.* vbi quod etiam benignior præſumptio cenſetur potentior, & cæteris paribus ſaltem plures præſumptiones ſuperant vnam, *leg. Cum de indebito, ff. de prob. cap. Illud de præſumpt. Dec. conſ. 470. nu. 10. Paſett. conſ. 162. nu. 11. Menoch. lib. 1. præſumpt. 30. nu. 4.*
7 Accedebat quod quælibet etiam alias iniuſta cauſa excuſat à dolo, *leg. Igitur ff. de liber. cauſ. gl. fin. in leg. 1 ff. de Abigeis & poſt Bart. Bald. & Fulgoſ. in ſimilibus terminis, Dec. conſ. 418. nu. 23.* vbi conſiderat in caſu ſuo quod agebatur, prout hic de muliere quæ erat mater hære-
8 dis, & vxor teſtatoris. Et quælibet cauſa credendi excuſat à cadu-
9 citate, *vt dixi dec. 68. nu. 5.* Et in dubio etiam pro non priuatione eſt iudicandū *Honded. conſ. 58. nu 43. lib. 1. Burat. in Fauentina fideicom. de Caſtellanis dec. 184. nu 27.* Ar-

ARGVMENTVM.

Oſtendens ſe ſoluiſſe tribus annis, an & quando in præteritum ſoluiſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 Oſtendens ſe tribus annis continuatis ſoluiſſe, præſumitur in præteritum ſoluiſſe.

2 An ad id requiratur, quod ſolutiones ſint pro vltimis tribus annis.

3 Non proſunt ad dictum effectum ſolutiones factæ ad bonum computum.

DECISIO CLXXIII.

1 IN cauſa D. Iulianæ cum D. Zaffarino ſolutio fructuum totius temporis prætendebatur probata ex tribus receptis exhibitis pro tribus annis continuis, *iuxta tex in leg. quicunque, C. de Apochis publ. Gabr. concluſ. 11. de præſumpt. num. 1 & ſeq.* vbi affert vndecim ampliationes, & tres limitationes, *Maſcard. de probat. concluſ. 1326. num. 1. & ſeq.* vbi quinque ampliationes, & tres limitationes, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 139.* vbi tredecim extenſiones, ſeu declarationes.

2 Sed primo reſpōderi poſſe videbatur, quod præſumptio *ex d. leg. quicunque*, ceſſat quando ſolutiones non ſunt pro vltimis annis, ſeu terminis ante motam litem immediate præcedentibus, *vt innuit tex. in eadem leg. quicunque in verbo coherentibus, & ibi ſenſit Gloſa, & Bart. in ſummario, & probat late Crauetta per tot. conſ. 313. in lib. meo licet Maſcard. citet conſ. 314. & Franch. conſ. 318. & decidit Conſilium Neapolitanum apud d. Vinc. de Franch. dec. 137 num. 2. & ſeq. & ſequitur Maſcard. concluſ. 1320. nu. 14.* Licet contrarium ſentientes, *referat idem Franchus d. dec. 137. nu. 1. & Gabr. concluſ. 11. num. 10. de præſumpt. & latius contrarium probet Menoch. lib. 3. præſumpt. 139. nu. 14.*

3 Secundo viſum eſt dictas ſolutiones, & receptas non afficere, quia non erant pro integris terminis, ſed fere omnes ad bonum computum, & ſic cum ſaltem tacita proteſtatione, & reſeruatione præteritorum *ad tradita per Crauett. d. conſ. 313 nu. 5. Maſcard. de prob. concluſ. 1326. nu. 13. Menoch de præſumpt. lib. 3. præſ. 139 nu 30. & decidit Rota Maceraten. coram Tomato dec. 2. nu. 6. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

An & quando ſententia poſſit pro parte exequtioni demandari.

SVMMARIVM.

1 Sententia eſt indiuidua, ideo non ſuſtinetur pro parte.

2 Nec videtur poſſe pro parte exequtioni demandari.

3 Fal-

3 *Fallit quando continet Capitula ſeparata.*
4 *Tot. dicuntur capita quot. termini.*
5 *Sententia exequtioni non demandata reformari poteſt ad ſummam vere debitam.*
6 *Iudex procedens ſola facti veritate inſpecta exequtionem exceſſiuam ſuſtinere poteſt pro ſumma debita.*

DECISIO CLXXIV.

1 IN eadem cauſa quoad ſummam pro qua producebantur iura licet nõ recognita aſſignaui terminum ad probandum quo vero ad reliquum, mandaui exequi ſententiam D. Locumt. Obſtare autem videbatur huic meo Decreto, quod ſententia eſt de ſui natura indiuidua, & ſi ſit exceſſiua, de iuris rigore non ſuſtinetur, etiam quoad ſummam debitam, *ad tex. in leg. 1. §. hac verba, ff. ne vis fiat leg. ſi nõ ſortem 26. §. Si centum, ff de condict. indebit. Gratian. diſcept. 926. num. 26. Ludou. in Romana Spolij dec. 198. num. 1. Buratt. in Romana Laudi dec. 29. nu. 15. Dixi latius dec. 27. nu. 2. & ſeq.*

2 Ideo non videtur exequi poſſe pro parte, & pro parte non *vt dixit Oſaſch. dec. 129. n. 15. Burat. in Ferrarien. Dotis dec. 173. nu. 5. & dixi ſup. dec. 33. num.* 8. licet contra, quod poſſit ſententia pro parte exequi *videatur ſentire Neuizzan. conſ. 77. num. 7. allegans ad id tex. in cap. veniens de teſtib & ibi Guid. pap. in 1. not.*

3 Sed quicquid ſit, concluſio ſupradicta fallit quando ſententia continet capita ſeparata quia tunc quot. ſunt capita, tot ſententiæ reputantur *ad tex. in leg. etiam § ex cauſa ff. de minor. Ludouiſ. in Romana mercedis dec. 552 num.* 1. *Buratt. in Ferrarien. compromiſſi de taſſonis dec. 50. num 13* Hoc autem caſu cum fuiſſet actum pro diuerſis, &
4 ſeparatis paghis ſeu terminis, tot. videbantur capita quot termini *ad tradita per Rebuff. de exeq. ſent. art. 16. gl. 5. nu. 2. Carauit. ſuper ritu 257. nu. 10. queſt. 3. Scaccia de appell. quæſt. 17. limit. 6. memb. 9.*
5 *nu.* 17. Sed quod non obſtante indiuiduitate quando ſententia non eſt exequtioni demandata poſſit ad ſummam vere debitam reformari *ſenſerunt Rom. conſ. 66. in fine Verall dec. 138. par. 3. Put. dec. 315. lib. 1. Rot coram penia in Peruſina exequtionis 18. Decembris 1595. apud Marcheſan. de commiſſ. par. 3. fol. 114. & coram Durano par 2. dec.*
6 *388. num 4.* Vltimo magis fallit concluſio coram Iudice procedente ſola facti veritate inſpecta is enim ſententiam etiam exequtioni demandatam poteſt pro parte vere debita ſuſtinere, & reuocare

quo

quo ad exceſſum refectis expenſis pro rata exceſſus *ad tradita per Neuizzan. d. conſ. 71. num. 10. & ſeq. & melius per Coſtam de ratione, Rota quæſt. 137. num. 16. in fine verſic. rurſus reſpondeo.*

ARGVMENTVM.

Quando cõtrahens cenſeatur contrahere nomime proprio vel alieno.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens nomine procuratorio, non tenetur nomine proprio.*
Procurator generalis quando cenſeatur contrahere nomine procuratorio.
Conſtitutus procurator ad emendũ rem ſimpliciter eam emens, cenſetur emere procuratorio nomine.
Tutor ſuper re pupilli contrahens, cenſetur contrahere nomine pupilli.
Contrahens nomine officij acquirit eis quorum nomine officium gerit.
2 *Contractus, & actus quilibet, in dubio cenſetur factus nomine proprio potius quam alieno niſi probetur contrarium.*
3 *Præſumptio cedit probationi.*
4 *Probatio cedit confeſſioni.*
5 *Confeſſio cedit veritati.*
Confeſſio erronea non afficit.
6 *Liber in parte verus præſumitur in totum verus.*
7 *Nomen in diſpoſitione præcedens cenſetur diſpoſitiuum, & quod ſequitur, demonſtratiuum.*
8 *Procurator habens generale mandatum, ſimpliciter contrahens, cenſetur contrahere nomine proprio.*
9 *ſimpliciter ſoluens, cenſetur ſoluere nomine proprio, & de proprio.*

DECISIO CLXXV.

Mag. Antonius Tricchius obtinuit a D. Loc. grauari Blaſium Valentinum pro lib. 110. debitis pro reſiduo prętij ferramentorum ei venditorum vt in libro in quo ſic ſcriptum legebatur. Il Mag. Biagio Valentino fattore del Sig. Marcheſe N. deue dare &c. oppoſuit in prima inſtantia Blaſius debitum non eſſe ſuum ſed D. Marchionis cum ipſe tanquam agens, & factor, & negotiorum geſtor D. Marchionis acceperit ferramenta quæ fere omnia fuerant pro curribus, & quadrigis, & ſic veriſimiliter verſa erant in vſum eiuſdẽ D. Marchionis. Et certum eſt in iure quod
1 ſi quis nomine procuratorio contrahat non tenetur ipſe nomine proprio quoniam actus agentium operari nõ debent vltra ipſorum intentionem *leg. non omnis ff. ſi cert petatur Menocch. lib. 3. præſ. 49.*

Digitized by Google

num. 25. vbi poſt Rom quod procurator etiam generalis contrahens ſuper re Domini, vel ſub commemoratione officij cenſetur procuratorio nomine contrahere; Et procurator conſtitutus ad emendum talem rem, ſi eam etiam ſimpliciter emat præſumitur emiſſe nomine procuratorio, *ad tex. in leg. pignori, § fin. ff. de vſucap leg. qui ſeruum, vbi Bart. ff. de interrog. action. Iaſ. in leg. poſt Dotem num. 75. ff. ſol. matrim. Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli num. 117. Menoch. lib 3. præſumpt. 49. num. 1.* Et generaliter contrahens nomine officij, præſumitur contraxiſſe, & acquiſiuiſſe illis quorum nomine officium gerit, *Alciat. de præſ. reg. 2. preſ. 24. nu. 4. Menoch. lib. 3. præſ. 46. nu. 90.*

2 Et quamuis contractus, vel actus quilibet qui geri poſſit & nomine proprio, & alieno, præſumatur potius geſtus, nomine proprio, *Bart. in leg. gerit num. 9. ff de acquir. hæred. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 24. nu. 5. Menoch. lib. 3. præſumpt. 46 nu. 5.* Id tamen fallit quando probatur contrarium, *ad tradita per Bald. in leg. ſi patruus nu. 4. & ſeq. C. Commun. vtriuſque iudicij, & per Menoch de præſumpt lib. 3. præſumpt.*

3 *46. num. 8 & ſeq.* Nam generale eſt, quod præſumptio cedit probationi, *Dec conſ. 400. nu. 8. Crauett de antiq. temp. par. 3 nu. 28. Menoch: de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 31. nu. 2. & 5.* vbi quod neminem reperit

4 ab hac traditione diſſentientem. Sicut probatio cedit confeſſioni, immo partis confeſſio ſuperat omne genus probationis, *ad tex. in leg. generaliter, C. de non num. pec. cap. per tuas de prob. Ludouiſ. in Braccaren. beneficij dec. 143. nu. 3. & in Leodien. bonorum dec. 375. nu 3.* vbi quod præualet mille teſtibus, *Coccin. in Leogionen. Canonicatus dec. 68. nu. 6.* vbi quod præualet publico Inſtrumento, *Buratt. in Bononien. bono-*

5 *rum dec 292. nu. 10.* Et confeſſio cedit veritati, *leg pen. §. mulier, ff. de probat. Bald. in leg. filium nu. 4 ff. de ijs qui ſunt ſui, vel alien. iur. Menoch. lib. 1. præſumpt. 31. nu. 4.* vbi quod veritati omnia cedunt, *& probatur Eſdræ lib 3. cap. 4.* ibi omnes populi clamauerunt magna eſt veritas, & præualet. Et quod veritas confeſſionem ſuperet, patet ex eo, quod erronea vel ſimulata confeſſio conſtito de veritate ſimulationis, vel erroris nō afficit, *leg. 1. & ſeq. C. plus val. quod agitur, quā quod ſimulate concipitur, leg. non fatetur, ff. de confeſſis, Ludouiſ. in Romana bonorum dec. 522. nu. 14.* vbi quod nec confitenti præiudicat, *Buratt. in Rurgi S. Sepulchri iuriſdictionis dec. 912. num. 10* vbi quod non eſt attendenda, & veritati non præiudicat.

His tamen non obſtātibus credidi Blaſium fuiſſe recte condemnatum ad ſoluendum.

Pri-

Primo, quia ipſe erat deſcriptus debitor in Libro, quod ſi procuratorio, vel inſtitorio nomine Marchionis accepiſſet ferramenta, deſcriptus fuiſſet debitor ipſe D. Marchio ob ferramenta data ipſius inſtitori, prout ita communiter eo in caſu formari ſolent partitæ librorum. Fides autem libri controuerti non poterat attentis priuilegijs, & non controuertebatur quo ad ſubſtantiam debiti, ſed ſolum
6 quo ad qualitatem debitoris, & cum in parte verus probaretur, cenſebatur verus in totum, *vt probaui dec. 41. nu. 6.* Accedebat quod ſi Blaſius qui deſcriptus erat debitor non tenebatur ſoluere vtique, nec Marchio qui non erat deſcriptus debitor, conueniri potuiſſet, vnde creditor iſte remanſiſſet eluſus, quod non videbatur ferēdum Blaſius vero ſi ſoluebat poterat á *Marchione* repetere ſi vere in eius vſum ferramenta couuerterat.

7 Secundo, quia cum in libro deſcriptum prius eſſet nomen proprium Blaſij, deinde appellatiuum inſtitoris ſeu factoris videbatur attendendum in dubio, quod præcedebat tāquam diſpoſitiuum, & quod ſequebatur, demonſtratiue adiectum cenſeri poterat, *iux. tex. notabilem in leg. ſi communis ſeruus 37. ff. de ſtipul. ſeruor. Medices in tract. Mors omnia ſoluit par. 2. concluſ. 31. nu. 83.* vbi inducit ad quæſtionem ſuper commiſſione cauſæ alicui facta ſub nomine proprio ſimul, & ſub nomine dignitatis.

8 Tertio, quia etiam habens generale mandatum (de quo tamen neque hoc in caſu conſtabat, vnde hoc ſolo, tota ceſſare poterat difficultas) contrahendo ſimpliciter, cenſetur contrahere nomine proprio, *leg. 3. §. Sed quod de Tutore, ff. Iudicat. ſolu. Bart. in leg. gerit. nu. 12. ff. de acquir. hæred. Alex. & Iaſ. in leg. poſt Dotem, ff ſolut. matrim. Alciat. de præſumpt reg. 2. præſumpt. 24. num. 5. Menoch. lib. 3. præſumpt. 49. num. 22.*

Quarto, demum ceſſabat dubitatio, & ſcrupulus, quoniam Blaſius cognouerat debitum tāquam proprium, ſoluerat enim maiorem eius
9 partē ſimpliciter nō expreſſo nomine Marchionis. Soluens autem ſimpliciter, cenſetur nomine proprio, ac de propria pecunia ſoluere *leg. & magis, ff. de ſolut. Menoch. de præſ. lib 3. præſ. 46. nu. 4.*

ARGVMENTVM.

Cui competat manutentio in iure piſcandi.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtenti in quaſi poſſeſſione iuris piſcandi competit manutentio.*
2 *Preferenda eſt poſſeſſio quæ per plures teſtes, & clarius probata eſt.*

3 *Quan-*

3 *Quando poſſeſſiones ſunt compatibiles, & æqualiter probatæ, datur vtrique parti manutentio, & in ſpecie in iure piſcandi vel paſcendi.*

DECISIO CLXXVI.

1 QVamuis competat manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione iuris piſcandi, *Aretin. in §. Retinendæ inſtit. tit. de Interd. Paſett. conſ. 15. nu. 16. Rot. in Hoſtien. littoris maris deciſ. 33. per tot par. 1. Diuerſ. Poſtius de manutenen. obſeruat. 10. num. 51.* Et in con-
2 curſu præferenda ſit poſſeſſio per plures teſtes, vel alias clarius probata, *Ruin. conſ. 28. num. 5. lib. 4. Gratian. diſcept. 402. nu 14. Beninten. dec. Bonon. 73. nu 8. Poſtius de manutenen. obſeruat. 71. nu. 77. & 81.* Attamen in cauſa coram me pendente probatio quæ ſupponebatur clarior pro parte D. Comitis, mihi non viſa eſt talis, vnde cum non conſtaret de priuatiua, ſed potius de cumulatiua poſſeſſione, vel quaſi vtriuſque partis, dixi vtramque manutenendam
3 eſſe donec de potioritate diſcuteretur, quia mandatum de manutenendo poteſt vtrique parti cumulatiue concedi quando poſſeſſiones ſunt compatibiles, & æqualiter probatæ, *ad tradita per Tiraquell. de iur. primogen. queſt. 17. nu 9. & per Menoch. de retinenda poſſeſ. remed. 3 nu. 755. & ſeq. Boccac. de Interdict. vti poſſidetis cap. 8. nu 7. Rot. in d. Hoſtien. littoris maris dec. 33. nu. 2. par. 1. Diuerſ.* quæ loquitur in puncto de iure piſcandi, *& coram Vbaldo in Meliten. præeminentiam deciſ. 198. nu. 4. in impreſſis apud Poſtium de manutenendo: Idem Poſtius in eod. tract. obſeruat. 72. nu. 20.* Et quod idem ſit in iure paſendi, *ſenſit Caſtrenſ. conſ. 115. nu. 2 & firmat Rot. in Sabinen. Terrarum dec 382. nu. 3. par 4. Diuerſ. & probat Poſtius de manutenen. obſeru. 72. nu. 15.*

ARGVMENTVM.

Producens ſcripturam quomodo eam cenſeatur approbare.

SVMMARIVM.

1 *Alueus relictus à flumine eſt eorum qui prope ripam prædia poſſident ſecundum latitudinem.*

2 *Locatio licet ad longum tempus ſemper differt ab emphyteoſi.*

3 *Producens ſcripturam cenſetur illam approbare, & omnia in ea etiam enunciatiue contenta fateri.*

4 *Producens etiam per procuratorem teſtamentum, cenſetur approbare omnia in eo contenta, ac etiam perſonam Notarij.*

5 *Productio actorum quamuis informium inducit probationem contra producentem ex communiori.*

De-

DECISIO CLXXVII.

1 DIxi terram ſcalpiuam de qua agebatur ſpectare ad D. Adelardum locatorem, quoniam alueus quem Bart. ventrem, Bald. lectum fluminis vocat, relictus à flumine eſt eorũ qui prope ripã prædia poſſident pro modo latitudinis cuiuſque agri, *§. quod ſi naturali alueo 23. Inſt. tit. de rer. diuiſ. & ibi Oinot. nu. 3. leg. Adeo 6. §. ſi toto alueo, ff. de acquir. rer. dom. Bart. in tract. de alueo in princ. Cępoll. de ſeruitut. ruſtic. pręd. cap. 34. nu. 3.*

2 Neque obſtabat prętenſus à Paganello titulus emphyteoſis, quoniã locatio quantumuis ad longum tempus locatio eſt, & non emphyteoſis, *leg. 1. & 2 ff. ſi ager. vectigal. vel emphyteot pet. Alex. conſ. 17. & conſ. 28. & poſt eum Ruin. conſ. 108. nu. 8. lib. 2.*

Magis tamen obſtare videbatur D. Adelardo ſcriptura quædam Paganelli ab ipſo D. Adelardo producta, in qua idem Paganellus fatebatur; Che teneua ad affitto dal Sig. Adelardi vn Caſalino con ſua Schiappa, & ita ſcriptum erat in originali, licet in proceſſu erranter ſcriptum legeretur, ſenza la ſua Schiappa. Vnde durante ſaltem

3 affictu non videbatur moleſtandus Paganellus nam producens ſcripturam cenſetur illam approbare, & fateri omnia in ea, etiam enunciatiue contenta, *cap. cum venerabiils vbi Canon. de except. Crauett. conſ. 134. nu. 8. Ruin. conſ. 141. nu. 13. lib. 5. Buratt. in Tiraſonen. beneficij*

4 *dec. 622. nu. 3.* Sic etiam producens teſtamentum cenſetur approbare omnia in eo contenta, ac etiam perſonam Notarij de eo rogati *d. cap. cum venerabilis vbi Felin. nu. 22. de except. Menoch. lib. 2. prȩſump. 45. num. 1. & 2. Rot. coram Buratt. in Lunen Sarzanen. iuriſpatronatus dec. 611. num. 11. & 12.* vbi ampliat etiam ſi à procuratore fuerit fa-

5 cta productio, ſic quoque productio actorum, vel aliarum ſcripturarum quamuis informium inducit probationem contra producentem, *Bald in leg. alia nu. 3. & ſeq. C. de his quibus, vt indig. Crauett qui de communi teſtatur de antiq temp. par. 1. §. viſo de verbis nu. 36. Oſaſch. dec. 39. nu. 23. Buratt. in Lucerina cenſus dec. 831. num. 1. & ibi Comprouincialis meus, & Vmbriæ gloria Ferentillius nu. 11.* vbi hanc partem eſſe veriorem, & communiorem oſtendit, licet referat authoritates etiam pro contraria, quod videlicet producens ſcripturam quæ non ſit in forma probanti ſibi non præiudicet niſi quatenus illa probet. Sed hæc quoque difficultas ſublata mihi fuit ex nouis actis, & teſtibus deponentibus de expreſſa, & poſteriori confeſſione Paga-

 nelli,

nelli, quod terra controuerſa non eſſet ſub locatione comprehenſa: Ideo cenſui vt ſupra.

ARGVMENTVM.

Legitimatio perſonæ quando requiratur. Exceptio non implementi quando obſtet.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio perſonæ requiritur in omni iudicio etiam ſummario, & executiuo, & poteſt opponi in quauis eius parte.*

2 *Obſtat agenti ex eodem contractu exceptio non implementi. Immo & agenti ex diuerſo correſpectiuo.*

3 *Ob non implementum non eſt locus reſciſſioni contractus nominati, ſed agitur ad implementum.*

4 *Regula filius ergo hæres procedit quando agit, vt hæres.*

5 *In executiuis parte non opponente non requiritur legitimatio perſonæ.*

6 *Fructus compenſatiui debentur ab emptore, licet venditor pro ſua parte non adimplerit.*

7 *Prior in ſorte, eſt etiam prior in vſuris.*

8 *Fructus compenſatiui debentur ne quis locupletetur cum alterius iactura.*

9 *Recipiens ſortem etiam abſque preſeruatione fructuum decurſorum adhuc illos petere poteſt quando debentur iure actionis.*

DECISIO CLXXVIII.

Domini Alexander, & Aloyſius vti filij, & hæredes D. Hieronymi Flaſchi, qui domum vẽdiderat D. Petro Cantono cum reſeruatione dominij, donec pretium ſolueretur, petierunt, & obtinuerunt contra filium Petri à D. Locumt. immitti in poſſeſſionẽ D. Domus pro lib. 2616. reſiduo veræ ſortis, & pro lib. 2083. pro fructibus recompenſatiuis. Appellauit ad me Cantonus, & pro eius parte.

1 Primo dicebatur non fuiſſe legitimatas hinc inde perſonas, & tamen in omni iudicio etiam ſummario legitimatio perſonarum neceſſario requiritur, *Vant. de nullit. ex defect. inhabil. nu. 3 Rot. deciſ. 18. nu. 3. par. 1 Recenſ. ac etiam in iudicio exequtiuo Rot. dec. 76. num. 6. penes Zacchiam de oblig. Cam. Beltram ad Ludouiſ. in Rom. Vineæ dec. 264. nu. 1.* Et poteſt opponi in quacunque parte iudicij, & reddit iudicium nullũ, *ad tex. cum & ibi not. in leg. ſi quæramus, ff. de teſtam. Ludouiſ. in Romana hereditatis de Bonellis dec. 223. nu. 3.*

Secundo opponebatur, actores non docuiſſe de obtenta diſpenſatione ſuper

2 ſuper derogatione fideicommiſſi iuxta formam Inſtrumenti, vnde obſtabat eis exceptio non implementi, *leg. Iulianus, §. offerri, ff. de action.empt Buratt.in Romana Concordiæ dec 54. nu.1.* vbi quod omnino procedit quando agitur, prout hic agebatur ex eodem contractu, *Ferentill. ibidem nu.17.* vbi quod procedit etiam quando agitur
3 ex diuerſo contractu, correſpectiuo tamen. Et donec impleretur videbatur locus eſſe retentioni, licet non eſſet locus reſciſſioni contractus ob implementum non ſequutum, ſed agendum foret ad implementum vel ad intereſſe, *ad tex.in leg.ea conditione, C.de reſcin.vendit. Bart.in leg.fin.num.5 ff.de cond.cauſ.dat.cauſ.non ſeq. Surd.dec.220. nu.17. Buratt.in Maceraten.predij dec.110.nu.1.*

Sed ad primum dixi quo ad actores ſatis eſſe, quod conſtaret ipſos eſſe filios creditoris, nam dictum illud Diui Pauli filius ergo hęres etiam in humanis omnino procedit quādo filius agit, vt hęres, *Aretin.conſ. 136.in princ. Mantica de coniect.vlt.voluntd.lib.12.tit 12.nu.13. Buratt. in Romana hereditatis ſeu Paragij Dotis dec.270.nu.5.& 6.* Quo vero ad Reum, præterquam quod conueniebatur non ſolum vt hæres, ſed vt poſſeſſor, accedebat quod cum ipſe non oppoſuiſſet in toto
5 iudicio ſe non eſſe hæredem, parte non opponente non videbatur requiri alia legitimatio in exequtiuis ſaltem, *ad tradita per Rot. dec. 307.num.7.par.1. Recenſ.& in Ferrarien.bonorum 30.Martij 1605.coram Vbaldo, Beltram ad Ludou.in Romana Vineæ dec.264.nu.5.& 6.*

Quo vero ad exceptionem implementi, quia quo ad ſortem erat legi-
6 tima, ſed quo ad fructus compenſatiuos, illos non percutiebat, nec impediebat interim illorum curſum ſecundum receptiorem ſententiam, *de qua teſtatur Ludou.in Romana Cenſus ſcutorum 18.millium num. 2.& ibi Beltram.nu 12.& dixi dec.32. num 13.* Ideo mandaui exequi quo ad fructus, & aſſignaui terminum ad probandum quo ad ſortem.

Et licet in Auditorio Eminentiſſimi, prima fronte durum viſum fuiſſet aſſignari terminum quo ad ſortē, & exequi quo ad fructus, quia ſi ſors non debetur, Regulariter nec fructus debentur cum ſint acceſſorij, & ſequantur eius naturā, *ad tex.in leg.Lucius, ff.qui potior. in*
7 *pignor. habeantur*, vbi quod prior in ſorte eſt etiam prior in vſuris, *Riccius Collect. deciſ. 102.* Re tamen perpenſa in contradictorio iudicio ab Eminentiſſimo D. Cardinali Ginetto, cuius ingenium dignitates quaſcunque ſupereminet, fuit dictum me bene iudicaſſe ex ſupradictis, & quoniam hoc in caſu fructus debiti, non erant fru-

ctus

Digitized by Google

ctus pretij, quod non debebatur donec impleretur, ſed fructus ex re
8 vendita percepti qui omni in caſu interim debebantur, *ex leg. curabit, C. de action. empt.* ne cum iactura venditoris emptor locupletaretur, *vt dixi dec. 92. num. 6. & prius deciſ. 32. num. 13.* Sed & dari poteſt alius quoque caſus in quo fructus debentur, & ſors non debetur, vt ſi ſors fuerit ſoluta ſine præiudicio fructuum decurſorum, vel
9 etiam ſi abſque præſeruatione ſors fuerit ſimpliciter ſoluta, adhuc fructus ante decurſi debentur, & peti poſſunt quando non ſolo Iudicis officio, ſed iure actionis debebantur, *Ludouiſ. in Rauennaten. fructuum dotis dec. 93. nu. 3. & 4. & dixi dec. 92. nu. 8. & 9.*

ARGVMENTVM.

Libris mercatorum an credatur contra Clericos ſtante Priuilegio Ducali à Pontifice confirmato.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi libris Mercatorum non creditur ſine adminiculis.*
Priuilegium Principis ſecularis, vt credatur libris Mercatorum, non ligat Clericos etiam in foro ſæculari.
2 *Statuta per confirmationem Papæ efficiuntur Papalia, intellige vt nu. 4.*
3 *Confirmatio in forma communi, non alterat diſpoſitionem.*
5 *Confirmatio Statutorum in forma communi, non comprehendit Statuta contra ius.*
6 *Confirmatio in dubio, intelligitur in forma communi.*
7 *Clerici non ligantur conſuetudine laicorum, niſi probetur inducta de communi ipſorum Clericorum conſenſu.*
8 *Clerici vnde dicuntur.*
Non veniunt appellatione populi niſi in fauorabilibus.

DECISIO CLXXIX.

MAg. Hieronymus Fruſca obtinuit à Reuerendiſs. D. Vicario grauari V. R. D. Cæſarem in ſumma lib. 44. pro naulis ſaccorum ei locatorum decurſis, ac etiam pro decurrendis vſque ad reſtitutionem eorumdem. Appellante Reo fuit mihi cauſa delegata, & quia de credito non conſtabat niſi
1 ex libro Mercatoris cui de iure communi non credebatur, cum probata non eſſent adminicula requiſita *per Guid. Pap. & alios quos retuli dec. 41 nu. 1. & ſeq.* Ideo creditor incumbebat priuilegio Ducali tribuēti fidē libris illius artis, pro parte Reu obijciebatur priuilegiū Domini tunc Ducis, vt credatur libris Artificis, vel Mercatoris, ex

defe-

defectu poteſtatis non ligaſſe Clericos, tanquam non ſubiectos iuriſdictioni priuilegiantis, *vt poſt Abbat. Alex. & Capr. oſtendit Maſcard. de interpret. Statut. concluſ. 1. nu. 32.* vbi quod id procedit etiam in foro ſæculari, *& poſt alios plures copioſe probat Cyriacus controuerſ.*
2 *forenſ. lib. 1. cap. 140. per tot.* Et licet pro actore adduceretur confirfirmatio Pontificis per quam priuilegia ante Ducalia dici poterant effecta Papalia, vt dicitur de Statutis, *Curt. iun. conſ. 342. nu. 20. Maſcard. de interpr. Statut. concl. 1. nu. 246. vbi refert Bald.* loquentem de Statutis Ciuitatis Spoleti patriæ meæ, *Honded. conſ. 5. in fine lib. 2. Rot. coram Seraph. in Narnien. Legati dec. 153. num. 1. & in Romana Caſalis Marſiliani deciſ. 794. nu. 26.* vbi quod ideo Statuta vrbis ligant etiam
3 Clericos. *Idemque probat Ferentill. ad Buratt. in Romana Domus deciſ. 197. nu. 4.* Attamen confirmatio Pontificia non videbatur ad hunc effectum vere ſuffragari poſſe, quia cum eſſet in forma communi nō alterabat ſtatum rei confirmatæ, ſed conualidabat in ea ſpecie in qua res erat, *Ruin conſ. 12. num. 16. lib. 3. quem cum Croto Peregr. Surd. ſequitur Rota coram Ludou. in Romana Dotis de Trincijs dec. 276. num. 1.* Et ſatis ex confirmatione priuilegia conſequūtur, vt quæ alias nunc nihil valerent, valeant tamen quantum valebant tempore Ducum, vnde ſi tunc temporis Clericos non ligabant ex ſupradictis, neque hoc tempore ligabunt, & in ſimilibus terminis, quod Statuta confirmata generaliter à Papa non dicuntur Papalia, & Clericos non ligant, *tradit Mart. de iuriſd. par. 3. cent. 2. cap. 99.* neque obſtat obie-
4 ctum, quod confirmatio Pontificia efficiat Papale, quod confirmat, quia procedit ſolum quando confirmatio eſt in forma ſpecifica, *& ita loquitur relatus à Maſcardo Bald. quem in fon te vidi in leg. ex placito, C. de rerum permut. num. 6.* vbi dicit, quod ſi Papa confirmet Statuta Ciuitatis Spoleti tāquam cauſa ſpecifica, vt puta (inquit) Statutum quod pater poſſet relinquere ſpurijs. Quod illa amplius non dicuntur Statuta Spoletana, ſed Statuta Papalia, ſed ſi cōfirmat tanquam cauſa vniuerſalis, vt ipſe loquitur tunc Statuta ſic confirmata non efficiuntur Papalia. Idem dicendum in Statutis Vrbis quæ ligant Clericos, quia habent ſpecificam confirmationem Papæ, qui mandauit ea recognoſci indiuidualiter per Cardinales, vt patet ex ſupra
5 allegatis ante quam confirmaret. Immo, & generalius, quod confirmatio in forma communi non comprehendat Statuta quæ ſunt contra ius commune, *dixit Pariſ. conſ. 19. num. 14. lib. 1. Beltram. ad Ludou in d. Romana Dotis dec. 267. nu. 14. Buratt. in Feretrana bonorum*

6 *dec.6 num.5*. Accedit quod etiam in dubio. Confirmatio intelligitur in forma communi, *Gratian poſt Rip.diſcept.foreñſ. cap.241.num. 39. Buratt.in d.Feretrana bonorum dec.6. nu.4.*

Nec fundari poterat actor hoc in caſu in conſuetudine credendi libris

7 Mercatorum quatenus adeſſet quod firmare non audeo, quia Clerici non ligantur conſuetudine laicorum niſi probetur inducta etiam ex communi ipſorum Clericorum cõſenſu, *Bald.in cap.cum venissent nu 6. De eo qui mittitur in poſſ.Marta de iuriſd.par.3.cent.1. caſ.64.* vbi limitat in conſuetudine iudicij ſæcularis quando in eo litigant, *Buratt.in Leodien.Canonicatus dec.3.nu.8.* Et confert ad hoc ratio quia Clerici à laicis, & laici à Clericis ſunt omnino diſcreti atque diſtin-

8 cti; Et dicuntur laici à laos, ideſt populus, & Clerici à Græco verbo Cleros, ideſt ſors quaſi in ſortem Domini vocati, *ad tex.in can.Clericus 12.queſt.1.* vbi Diuus Hieronymus ait Clericus vocabulum, & diffinitionem ſui nominis interpretetur, & nitatur eſſe, quod dicitur; Vnde & Clerici proprie non veniunt appellatione populi, & interdicto populo, non intelligitur interdictus Clerus, nec è conuerſo, *cap.ſi ſententia 16.De ſent.excomm.* quamuis quod in fauorabilibus Clerici veniãt ſub populi appellatione, *dixerit Rim.iun.conſ.368.nu. 2.poſt Oldrad. conſ 32 per tot.* vbi probat quod veniunt appellatione vniuerſitatis, & quod veniãt in fauorabilibus appellatione Ciuium, *probat tex.in can.ſi in adiutorium 10 Diſtinx* ibi, Paulus aduerſus iniurioſos Romanum Ciuem ſe eſſe teſtatur, *& ſcripſit Rim.iun.d.conſ. 368. num. 2.* Quia hæc obiecta non fuerunt mihi ſublata pro parte actoris nolui pro eo pronunciare.

ARGVMENTVM.

Proprietas non accreſcit vſufructui. Vſufructuarius dato cohærede cenſetur legatarius.

SVMMARIVM.

1 *Finitus totus vſufructus accreſcit proprietati, pars vſusfructus aliquando accreſcit vſufructui.*

2 *Proprietas non accreſcit vſufructui.*

3 *Vſufructuarius dato cohærede cenſetur ſimplex legatarius, & hæres tranſmittit.*

De-

DECISIO CLXXXX.

Dominus Peregrinus Nannius inſtituit hæredes proprietarias Moniales S. Luciæ, hæredem vero vſufructuariam D. Nicolam Maruffam eius vxorem. V.R. Archibresbyter Vogheriç inueſtiuit eius fratrem de Caſali hæreditario d. Nannij, emphyteotico illius Eccleſiæ tanquam alienato in incapaces, & ex alijs cauſis deuoluto, Maruffa vero obtinuit à Reuerendiſſimo tunc Vicario Campio pronunciari inueſtituram ſibi deberi tanquam hæredi, & cum in ſecunda inſtantia fuiſſet mihi cauſa delegata, dubitaui ego de Iuſtitia ſententiæ non enim videbam quomodo hæres in ſolo
1 vſufructu, petere poſſet inueſtituram proprietatis, qiua licet vſusfructus quocunque modo finiatur totus cum proprietate conſolidetur, & proprietati accreſcat, *§. fin. Inſt, tit de vſufruct.* ubi reuertitur ad proprietatem, & aliquando pars vſufructus vſufructuui accreſcat,
2 *vt in leg. 1 §. pen. ff. de vſufruct accreſcen.* Attamen quod proprietas accreſcat vſufructui non reperitur in iure, & impoſſibile reputatur, *Bald. conſ. 273. verſic. ſexta ratione impoſſibilitatis lib. 4 Rot. decif 102. par. 2. Recenſ. & coram Merlino in Camerinen. hereditatis dec. 22. nu. 19. par. 6. Diuerſ.*

Nec dicatur quod mulier non erat hic ſimpliciter vſufructuaria, ſed
3 hæres vſufructuaria, quia indiſtincte verius eſt, quod mulier inſtituta etiam hæres vſufructuaria dato cohærede proprietario poſt mortem, adhuc reputetur ſimplex legataria, adeo vt proprietarius interim decedens tranſmittat, *vt firmat Rota coram Merlino in d. Camerinen. hereditatis dec. 22. nu. 44. & per tot. par. 6. Diuerſorum, & latiſſime Ferentill. ad Buratt. in Romana fideicommiſſi de Ioannombus dec. 721. in litt. A.* Hæc ratione dubitationis excitaui aduerſus Inſtantem pro confirmatione ſententiæ quibus cum ille nõ ſatisfecerit, cauſa apud me remanſit indeciſa.

ARGVMENTVM.

Priuilegium legis vnicæ, *C. quando Imper. int. pup. & vid.* quando competat pupillo, & an minori.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus contra pupillum non gaudet priuilegio legis vnicæ, C. quando Imper.*

2 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

3 *Pupillus quis dicatur.*

4 Im-

4 *Impubes habens patrem, non gaudet priuilegio d. leg. vnica.*
5 *Idem ſi habeat Auum paternum.*
6 *An minor annis 25 ſi eſt adultus gaudeat priuilegio d. leg. vnica.*

DECISIO CLXXXI.

DOminus Cæſar de Rubeis, & DD. Franciſcus, & alij de Terzanis, obtinuerunt à D. Locumt. condemnari D. Ioannem, & alios de Riminaldis ad reſtituenda Scuta duo millia, & alia de quibus in ſententia. Appellarunt Riminaldi ad Sanctiſſimũ qui remiſit cauſam ad Ciuitatem Ferrariæ, vigore priuilegiorum de cauſis ab ea non auocandis, & Aud Cam. ſuam reuocauit inhibitionem parte citata. Poſt hæc cum Rubeus, & Conſortes citarent coram me tunc Rotæ Prætore ad quem vigore Rotalis Conſtitutionis num. 19. cauſa tanquam primæ appellationis deuoluebat, vnus ex Riminaldis tanquam pupillus tentabat appellationem introducere coram Rota tanquam gaudens electione fori, *ex leg. vnic. C. quando*
1 *Imper. inter pup. & vid.* Sed cum alia ex parte etiam Rubeus eſſet pupillus, ceſſabat priuilegium, *iuxta tradita per DD. in Auth. quas actiones, C. de ſacr. Eccl. & in his terminis per Nouar. de elect. fori ſect. 4. quæſt.*
2 *62. num. 2.* quia priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus pariter priuilegiatum, *leg. Sed & milites, ff. de excuſat. tut. leg. verum, §. item quæritur, ff de minor. cap. cauſam de præben. Peregr. de fideicom. art. 49. nu. 87 Nouar. de elect for. ſect 4. quæſt 62 num. 2.*
3 Hac occaſione adnotaui, quod licet impubes etiam habens patrem lato modo poſſit dici pupillus cum ſit in ætate pupillari, *leg. fin. §. pupillus. ff. de verb. oblig. gloſ. 1. in d. leg. vnic. C quando Imper. inter pup. & vid. Alciat. in leg. pupillus, ff de verb. ſign.* Propriè tamen pupillus dicitur qui eſt impubes, & patre caret, *leg. pupillus 239. ff. de verb. ſign.* ibi
4 pupillus eſt qui cum impubes ſit deſijt in patris poteſtate eſſe. Ideo quod priuilegio legis vnicæ loquentis de pupillo, non gaudeat impubes habens patrem, *ſenſit gloſ. in eadem leg. vnica in primo verbo, Franch. dec. 100. num 15. & 17. vbi quod de hoc non dubitatur Nouar de elect fori ſect. 2. quæſt. 4 nu. 5. & eadem ſect. 2. quæſt. 13. nu. 3.* Et quod
5 idem ſit in exiſtente in poteſtate Aui, *decisum appareat coram eodem Vinc. de Franch. decis. 671. per tot. & ſenſit Paſchal. de patria poteſtate par. 2 cap. 2. num. 92. & Nouar. alios allegans de elect. fori ſect. 2. quæſt. 3. num. 7.*
6 An autem adultus qui ſcilicet exceſſit pupillarem ætatem, minor

ia:

tamen annis vigintiquinque gaudeat priuilegio d. legis vnicæ, queſtio eſt, & affirmatiuam ſentit *Paſchal. de patr poteſt. par. 2. cap. 2. nu. 91* motus ex authoritate *Couar. pract. quæſt. cap. 6. num. 2.* & ex eo quod priuilegia conceſſa pupillis, ſint etiam communia cæteris qui per adminiſtratores reguntur; negatiuam tamen firmat *Cauen. in pragmatic. curſu dilationum nu. 32. Viſcont. in Addit. ad Franc. d. dec. 100. nu. 17.* vbi quod ita iudicauit Regia audientia Calabriæ, *Palma in Diuerſor. iur. com. & Regn. gloß 10. num. 1. Nouar. de elect. fori ſect. 2. num. 5. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Carceratus quomodo, & quando excuſetur ab appellando, & proſequendo.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus ab appellando, & proſequendo excuſatur.*

2 *Et quando eſt in carceribus ſecretis non tenetur mittere procuratorem.*

3 *Et ſaltem competit ei reſtitutio in integrum quando Iudici de carceratione non conſtabat, ſed quando conſtabat, acta ſunt nulla. Amplia vt ibi.*

DECISIO CLXXXII.

1 CRedidi non conſtare de re iudicata contra D. Andream licet appellaſſet extra tempora, quia cum eſſet carceratus excuſabatur ab appellando, & proſequendo *ad tradita per Anton. de Butr. in cap. ex ratione 8. De appellat. nu. 6. Scacc. de appellat. quæſt. 12.*
2 *nu. 48. & quæſt. 15. nu. 54.* & cum detineretur in ſecretis carceribus, nō tenebatur mittere procuratorem, *ad tex. in leg. Papinianus à contrario ſenſu ff. de minoribus, Caſtren. in leg. quæſitum vbi Zaz. num. 10. ff. de re indicat. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 30. num. 28.*
3 & omni in caſu ex Clauſula ſi qua mihi competebat ei in integrum reſtitutio, *ad tex. in leg ſuccurritur, ff. ex quibus cauſ. maiores,* ibi, Succurritur etiam ei qui publica cuſtodia coercetur, *Bald. in leg. 2. §. Si quis in iudicio nu. 3. ff. ſi quis caution. Alex. ibidem nu. 10. poſt Io: de Imol. Bart. in tract. de Carceribus nu. 7. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 28. nu. 51.* vbi quod Carceratus, immo Bannitus etiam ex culpa ſua, de qua tamen hic non conſtabat reſtituitur, *& prius quæſt. 7. art. 3. & 5. nu. 28. & 29.* vbi ampliat etiam ſi quis non intra carcerem, ſed ſub fideiuſſionibus detineatur, *& num. 36.* vbi quod carceratus non indiget reſtitutione quando Iudici de carceratione conſtabat, tunc enim acta ſunt nulla, ſed quando non conſtabat tunc reſtituitur.

ARGVMENTVM.

Soluens procuratori, vel ei cum quo contraxit quando liberetur.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio mandato comparatur, & ſit verbis, & facto.*
Agens ex contractu cenſetur ratificare contractum. Amplia vt ibi.
Recipiens partem pretij totam venditionem ratificare cenſetur.
2 *Venditio, & locatio fraternizant.*
3 *Procurator Eccleſiæ fiſci vel minoris ad vendendum, non poſſunt habere fidem de pretio.*
4 *Regulariter procurator ad vendendum poteſt habere fidem de pretio quando non eſt conſtitutus ad vendendum pro certo pretio, & ad certam cauſam.*
5 *Procurator ad vendendum, vel locandum, an poſſit exigere pretium, vel penſionem.*
6 *Soluens negotiorum geſtori, an & quando liberetur.*
7 *Soluens ei cum quo contraxit liberatur. Amplia, & limita vt ibi.*

DECISIO CLXXXIII.

Dominus Aloyſius Franchinus obtinuit à D. Locumt. pronunciari ſibi debitorem D. Andream Rubeum in ſcutis 180. debitis pro penſione Domus, detracta tamen quantitate librarum 146 petita per Rubeum pro rebus fundacalibus præcedente tamen taxationem Maſſarij

Appellauit Rubeus, & cauſa mihi commiſſa cum Clauſula ſi quid exequendum, oſtendebat ſe ſoluiſſe petitam penſionem D. Andreæ Albareſano qui Domum ei locauerat nomine Franchini tunc minoris, & cum promiſſione de rato qui quidem expreſſe non ratificauerat locationem, ſed ſolum forte tacite per patientiam triennalem, &
1 per petitionem eiuſdem penſionis in locatione promiſſæ, *ad tradita per Dec. in leg. ſemper qui non probibet, ff. de reg. iur. num. 9.* vbi quod recipiens cenſum cenſetur ratificare contractum cenſus, & agens ex contractu cenſetur ratificare contractum, *qua poſt alios tradit, & Surd dec. 229. nu. 4. & s. Rota dec. 262. nu. 6. par. 1. Recenſ.* vbi quod recipiens etiam partē pretij, & obſeruans in parte contractum, totam venditionem, & totum contractum cenſetur approbare, & ratificare, & hæc dicitur expreſſa ratificatio. Ratihabitio autem mandato comparatur *d. leg. ſemper qui non probibet ff. de reg. iur.* & poteſt fieri nō ſolum verbo ſed facto, *leg. Paulus 5. ff. Rem rat. hab.* ibi non ſolum verbis

bis ſed actu. Immo plus eſt, facto ratificare quam verbo, *leg. Si tamen §. ei qui ff. de edilit. edsc cap. Dilecti 1. de appellat.*

Suppoſita ergo facultate locandi in Albareſano videbatur, etiam adeſ-
2 ſe facultas exigendi penſionem pro re looata, quia venditio, & locatio fraternizant, *Inſti. tit. de location. in princ. leg. 2. ff. locati.* Sed procurator ad vendendum non ſolum videtur quod poſſit exigere pretium, ſed etiam quod multis in caſibus non poſſit non exigere:
3 Vnde procurator Eccleſiæ fiſci, vel minoris ad vendendum conſtituti, non poſſunt habere fidem de pretio, ſed indiſtincte vendere debent præſente pecunia, *leg. ſi procurator 5. in fine, ff. de iure fiſci, & ibi gloſſ. in verbo ſoluto, & gl. fin. in fine, Bart. in leg. à Diuo Pio nu. 3. ff. de*
4 *re iudic.* Licet regulariter procurator poſſit habere fidem de pretio quando non eſt conſtitutus ad vendendum pro certo pretio, & ad certam cauſam *iuxta Theoricam Bart. in d. leg. à Diuo Pio §. Sed ſi emptor nu. 2. ff. de re iudic.*

5 Sed in ſpecie, quod procurator conſtitutus ad vendendum, vel locandum poſſit exigere pretium rei venditæ, vel penſionem rei locatæ abſque alio ſpeciali mandato, *videtur tex in leg. quod Seruus 21. in fine ff. de ſolut. ibi, & accepere, & ſoluere, & in leg. 1. §. Igitur, ff. de exercit. action* ibi, vel ſi ad locandum non ad exigendum, *& tradunt Pariſ. conſ. 122. nu. 1. lib. 4. Surd. conſ. 129. nu. 8. Straccha de mercatura par. 4. §. mandati nu 23. Vinc. de Franch. dec. 699.* aſſerens hanc eſſe ſententiam æquiorem, licet contraria forte de iuris rigore ſit verior, *Seraph. in Romana Domus del Cauallett o dec 548. nu. 4. Beltram. ad Ludouiſ. in Romana Dotis dec. 139. nu. 8. Surd. dec 229. nu. 8.* vbi quod præpoſitus ad contrahendum, cenſetur præpoſitus etiam ad recipiendam ſolutionem. Licet contrarium, quod ſcilicet procurator ad vendendum, vel locandum non poſſit exigere pretium, vel affictum, *poſt Gugliel. ſenſerit Roman. ſing. 23. incipit quod habens mandatum, & idem Roman. pluribus probare contendit conſ. 461. nu. 1. & ſeq.* Incipit omnipotenti Deo, &c. In eo quod quæritur an per exactiones, cuius tamen ar-
6 gumentis reſpondit *Straccha de mercatura loco ſupra citato.* Et licet ſoluens pretium negotiorum geſtori vendenti, non liberetur quando recipiens non eſt ſoluendo, & ſoluens ſciebat pretium ad eum non pertinere, *ad text. in leg. filia 38. in fine, ff. de ſolut. Bart. ibidem num. 2.*

7 Regulariter autem ſoluens ei cum quo contraxit. Licet non ſit Dominus recte ſoluit, & liberatur, *leg. ſi Vrbana 55. ff. de condict. indeb. leg.*

filius

Digitized by Google

filius C.de pact.vbi Bart.Iaſ.& alij,ampliāt licet recipiens non ſit Dominus, *Surd.conſ.43.nu.2. & dec.60.num.8.cum alijs adductis per Beltram.ad Ludouiſ.in Romana cenſus ſcutorum 18.millium dec.511.nu.32.* vbi quod Depoſitarius recte reſtituit Monacho pecuniam per ipſum depoſitatam licet pecunia eſſet Monaſterij, *& decidit Rota dec. 487.nu.4.par.1.Recenſ.& dec.660.nu.1.par.1.Recentiſſimarum,ſeu poſthumarum*, vbi ampliatur etiam ſi ex cōtractu ſit alteri ius quæſitum, *Adde Burattū in Anconitana pecuniaria dec.2.nu.2.& 6.* vbi etiam de Monacho, *& ibi Ferentill.num.18.* vbi quod ſoluens ei cum quo contraxit ſemper liberatur ſiue ignoret, ſiue ſciat pecuniam ad alium pertinere, *quod probat etiam Surd.d.dec.229.num 11.& 12.* vbi ampliat etiam ſi is cui ſoluitur contraxerit nomine alterius, vt erat hoc in caſu, *Cancer variar reſolut.par.2.cap.6.de ſolut.nu.34.& 37.* vbi tamen limitat quando ſoluens ſciebat eum cui ſoluit non eſſe Dominum, quia tunc non liberatur ſi ille non eſt ſoluendo, *& facit tex. in d.leg.filiæ 38.ff.de ſolut.in fine*, ibi ſi ſciebant non liberantur,ſcilicet ſi mater ſoluendo non ſit; Ex prædictis credidi non eſſe locum exequtioni, ſed aſſignandum eſſe terminum Statuti partibus ad probandum prout aſſignaui.

ARGVMENTVM.

Captura nulla vel iniuſta,quando ſuſtineri poſſit ex nouis actis.

SVMMARIVM.

1 *Exceſſus etiam minimus vitiat totam exequtionem, quando eſt etiam in ſententia.*

2 *Carceratus nulliter vel iniuſte tanquam libertate ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus.*

3 *Captura nulla vel iniuſta, an validetur docto de credito poſt capturam.*

4 *Ex form. Stat. Ferrar. captus nulliter vti de fuga ſuſpectus, detinetur pro ſumma vere debita*

DECISIO CLXXXIV.

DOminus Gregorius Sanguinettus tanquam creditor D. Silueſtri Brixienſis in ſumma Ducatonorum 577. obtinuit eum carcerari vigore grauaminis ſuſpicionis fugæ relaxati à D Locumt.iuxta form Stat.lib.2. cap.23. ex ſolo Iuramēto Ciuis creditoris ſuper credito, & ſuſpicione aduerſus debitorem forenſem. Sed quia grauamen fuerat relaxatū pro lib. octo millibus,& poſt capturam D. Sanguinettus melius liquidando dixit ſe creditorem in

d. Du-

d. Ducatonis 577. & pro eis inſtetit debitorē retineri. Idem D. Locumt. pronunciauit capturam nullam, & Silueſtrum debitorem in ſumma prædicta pro qua mandauit eum riteneri. Cauſa ad me de-
1 uoluta non dubitabam de nullitate capturæ, quoniam exceſſus in in exequtione etiam minimus eam vitiat, & ex toto nullam reddit, *Bart. in leg. ſi non ſortem*, §. *ſi centum ff de condict. indeb. Afflict. dec. 218. nu. 3. Ludouiſ. in Romana ſpolij dec. 198. nu. 1. & in Romana Cenſus deciſ. 480. num. 5.* quod omnino procedit quando exceſſus non eſt ſolum in ipſa exequtione, ſed etiam in ſententia ſeu mandato, vt hic erat *Ruin. conſ. 160. num. 26. & 27. lib. 2. Beltram. ad Ludou. in d. dec. 198. in litt. A. Buratt in Romana ſpolij dec 49. nu. 12.*

Sed de retentione etiam pro ſumma debita, & poſt comprobata vide-
2 batur poſſe dubitari, quoniam nulliter vel iniuſte captus tanquam ſua libertate ſpoliatus eſt ad eam ante omnia reſtituendus, *vt poſt Bart. Lap. Soc. Caſtr. Capoll. Nicell. probat Gabr. concluſ. 1. de reſtit. ſpoliat. nu 20. Buratt. in Ferrarien. bonorum dec. 908. nu. 11.*

Et captura nulla nō videtur validari poſſe etiam docto de credito poſt
3 capturam, *Bald. conſ. 223. nu. 1.* qui mouetur ea ratione, quia captura ſeu mandatum de capiendo eſt ſententia interloqutoria quæ non poteſt de ſui natura iuſtificari ex nouis actis, *ſequitur Natta conſ. 430. nu. 26. Maſcard. poſt alios de probat. concluſ. 428. nu. 18. Amat. deciſ. Ferrar. 2. nu. 1.* licet contrarium ſenſiſſe videatur, *Ang. in leg. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Imol. in leg. 2. ff. ſolut. matrim. Buratt in d. Ferrarien. bonorum dec. 908. nu. 9.*

Sed hoc in caſu ceſſare videbatur diſputatio ſtāte Statuto *lib. 2. cap. 23.*
5 quoniam in mandato ſuſpicionis fugæ contra forenſem pro Ciue admittit nouam debiti probationem, & retētionem pro ſumma debita non obſtante nullitate capturæ, ibi Iudex ſtatuat terminum decem dierum vtrique parti ad probandum per omne genus probationis, etiam quo ad veritatē debiti, & ſuperuenientiam deterioris conditionis, & ibi. Et vbi pronunciaretur capturam nullam eſſe, & captum eſſe debitorem, tunc captus detineatur in carceribus, donec ſoluerit, vel cautionem idoneam præſtiterit de ſoluendo. Ego tamen non pronunciaui quia partes concordarunt.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis quid operetur. Quarta funeralis, & decimalis quomodo præſcribantur.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis habet vim tituli etiam in ijſque iuri communi repugnant, & habet vim priuilegij.*

2 *Etiam Cathedraticũ, quod Epiſcopo ſoluitur in ſignum ſubiectionis præſcribitur per immemorabilem.*

Idem in cæteris iuriſdictionalibus.

3 *Quarta Decimalis, & funeralis Epiſcopo debita, præſcribitur ſpatio quadraginta annorum.*

Epiſcopus non manutenetur niſi doceat de aliqua quaſi poſſeſſione exigendi quartam Decimalem, licet ſecus ſit in iuriſdictione.

DECISIO CLXXXV.

DIxi Parochialem Eccleſiam S. Romani non teneri ad ſolutionem quartæ funeralis inexactæ, & ideo prætenſæ Epiſcopali ſede vacante à Reuerendiſs. Vbaldino tunc ſpoliorum ſubcollectore, quoniam omiſſis alijs prærogatiuis, & exemptionibus eiuſdem Eccleſiæ. Actionem in exceptionem retorquebam nam ſatis erat, quod à tempore cuius initij memoria non extabat nun-
1 quam fuerat ſoluta. Poſſeſſi autem, vel quaſi poſſeſſio immemorabilis ſufficit ad præſcribendum etiam ſine alio titulo, ac etiam in ijs in quibus ius commune repugnat, *cap. 1. in fine de præſcript. in ſexto Card. Alex. Iaſ. Rom. Archidiac Imol. Dec. Pariſ. & alijs plures quos refert Ant. Gabr. concluſ. 1. nu 9. & nu. 44. de præſcript. quibus adde Felin. conſ. 2. num. 3.* Et habet vim priuilegij, *leg. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſtiu. cap. ſuper quibuſdam §. preterea de verb ſign. Dec. conſ. 85. nu. 2.* vbi quod nec requirit ſcientiam ſuperioris.

2 Et in ſpecie quod etiam Cathedraticum, quod Epiſcopo ſoluitur in ſignum ſubiectionis per immemorabilem præſcribatur, *poſt Abbat. in cap. fin. de conſuet. Dec. d. conſ. 85. & plures Rotæ Romanæ deciſiones comprobat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 620. nu 5.* Et idem in cæteris iuriſdictionalibus firmatum à Sacra Congregatione Concilij, & ab eadem Rota, *refert Seraphin. in Taurinen. decimarum deciſ. 1449. num 1. juncto 3.*

3 Sed in puncto, quod quarta Decimalis, & funeralis præſcribantur, ſi ſpatio quadraginta annorum ſolutæ non ſint, detracto tamen tempore ſedis vacantis quo præſcriptio non currit, *decidit text. expreſſus in cap. de quarta 4. De præſcription. gloſſ. in cap. 1. De ſtat regular. Cardin. conſ. 26. Incipit pro euidentia in fine Io: Andr. in d. cap. 1. de ſtat. regular.*

Ho-

Hoſtien. in ſumma De ſepult. §. & quota ſit, & §. An licite, Innoc. in cap. Requiſiſti de teſtam. Abb. in cap. certificari num. 7. De ſepult. & conſ. 31. nu 3. in fine, vbi de communi teſtatur, & conſ. 94 nu. 4 in fine lib. 1. & in d. cap. De quarta num. 3. vbi refert ſe idem pluries conſuluiſſe, & inuehit aduerſus eos qui præſcriptione non obſtante tentant huiuſmodi quartas exigere, quo libro viſo D. Vbaldinus ceſſauit à moleſtijs.

Sed nulla etiam præſcriptione deducta pro parte Eccleſiæ, adhuc Epiſcopus non eſt de iure manutenendus in huiuſmodi quartis exigendis, niſi doceat de aliqua quaſi poſſeſſione eaſdem exigendi, *vt reſoluit Rota in d. Taurinen. decimarum coram Seraph dec. 1449. num. 3. & ſeq.* licet aliud eſſe fateatur quo ad iuriſdictionalia in quibus Epiſcopus magis fundatam habet intentionem in clara diſpoſitione iuris communis, & ideo manutenetur licet nullam probet poſſeſſionẽ, *vt ibi, & apud Verall. deciſ. 201. par. 2.*

ARGVMENTVM.

Author laudatus tenetur ſuſcipere iudicium in foro conuenti. Epiſcopus an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſuæ menſæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſſit eſſe Iudex in cauſa menſæ.*
2 *Author laudatus tenetur defendere iudicium in foro conuenti. Secus eſt in eo qui nominatur in Dominum.*
3 *Iuriſdictio etiam delegata contra laudantem, extenditur contra laudatum. Rota Auditores, & Prætor in ſuis cauſis ſunt Iudices ordinarij.*

DECISIO CLXXXVI.

Cum conuentus coram me actione reali laudaſſet in Authorem Illuſtriſſimum Epiſcopum N. à quo aſſerebat ſe cauſam habere, & contenderet Iudiciũ trahere ad illius curiam, dicebatur, id ei non
1 licere, nam quamuis quod Epiſcopus, vel ſaltem eius Vicarius poſſit eſſe Iudex in cauſa Mẽſæ Epiſcopalis, *comprobet Rim. ſen. conſ. 139. per tot.* contrarium tamen *defendit Surd conſ. 50. pariter per tot. & quamuis Rota coram Coccino in Lucana iuriſpatronatus dec. 79. nu. 1.* admittat Epiſcopum iudicare poſſe in cauſa ſuæ Eccleſiæ, videtur tamen etiam admittere *num* 2. eum poſſe recuſari, ſed quicquid ſit de hac quæſtione, ceſſare videbatur hoc
2 in caſu diſputatio, quoniam Author laudatus non poteſt ex ſua propria perſona declinare forum, ſed tenetur ſuſcipere, & defendere iudi-

iudicium in foro conuenti laudantis, *leg. venditor 49. ff. de Iudic.* ibi, Venditorem, emptoris Iudicem ſequi, *& ibidem gloſſ. in verbo ſolere,* duplicem eius rei rationem adducit, *& ibidem etiam Bart.* generaliter firmat, quod qui venit ad alium defendendum, non poteſt allegare priuilegium ſui Iudicis, *Ad idem eſt text. in leg. 1. C. vbi in Rem actio.* vbi quod iuriſdictionis forma ob authoris perſonam non immutatur, *Afflict. dec. 227. num. 2. Marant. de ord. Iudic. par. 7. memb. 4. num. 6.* qui exemplificat in Clerico Authore laudato per laicum reum conuentum, licet aliud ſit in eo qui nominatur in Dominum, *vt docet idem Marant. membr. ſeq. num. 1.* Ad idem fortius confert
2 quod iuriſdictio etiam delegata quæ alias de ſui natura non eſt prorogabilis de perſona ad perſonam, *cap. 1. & gl. in fine de off. deleg.* extenditur tamen ratione connexitatis ad Authorem laudatum, licet in reſcripto, & delegatione non ſit expreſſus, *Caſtren. in d. l. venditor, ff. de Iudic. Abb. & Barbat. in d. cap. 1. & 1. de off. Deleg. & ita deciſum in Conſilio Neapolitano refert Afflict. d. deciſ. 227. nu. 2. & 3.* Vnde facilius id obtinere poterat coram huius Rotæ Pretore cum tam Auditores quam Prætor in ſuis cauſis Iudices ordinarij deputentur in Conſtitutione Pontificia Clementis VIII. fundatoris eiuſdem Rotæ num. 34. Quæ omnia ſine ſcrupulo procedere videbantur, quia tunc adhuc non conſtabat rem controuerſam ad Eccleſiam pertinere.

ARGVMENTVM.

Cedens, vel alienans nomen debitoris ad quid teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Alienans creditum tenetur illud manutenere Reale, non exigibile. Declara vt ibi,*

2 *Si nomen in ſolutum datum non ſit verum, agitur de euictione, ſed non competit actio primæua. Secus ſi ſit ſimpliciter ceſſum.*

DECISIO CLXXXVII.

1 Dicebam D. Marcum Antonium videri recte fuiſſe abſolutum quoniam alienās ſimpliciter creditum tenetur illud manutenere reale non autem exigibile, *leg. ſi nomen 4. ff. De hæredit. vel act. vendit.* ibi, Debitorem præſtare, ſed non locupletē, *vbi Bald.* ait, quod vendens nomen debitoris tenetur facere bonum de iure, ſed non de facto, *M. Ant. Eugen. conſ. 73. nu. 3. Rota coram Buratto in Veneta ſequeſtri dec. 476. nu. 4. Magon. deciſ. Florent. 39. num. 1.*

Digitized by Google

num. 1. vbi quod indubitati iuris eſt, *& num.* 2. *&* 3. vbi declarat quod ſi ex facto cedentis obſtet exceptio, vel factus ſit non ſoluendo debitor ceſſus, tunc cedens tenetur.

2 Et ſi nomen in ſolutum datum, appareat non eſſe verum, & reale, non tamen poteſt creditor experiri actione primæua extincta per dationem in ſolutum, ſed ſolum poteſt agere de euictione, *ad tradita per DD in leg. ſi quis aliam, ff. de ſolut. Surd. conſ. 22. num. 33. & ſeq.* vbi diſtinguit inter ſimplicem ceſſionem, & dationem in ſolutum, *& conſ. 145 num. 13.* vbi infert quod fideiuſſores liberati, moleſtari amplius non poſſunt, *Beccius conſ. 105. nu. 25. & ſeq. Scaccia de commercijs §. 2. gl. 5. num. 288. & ſeq. Buratt. in d. Veneta ſequeſtri dec. 476. num.* 8. *Ferentill. ibidem in litt. B. in fine.*

ARGVMENTVM.

Relictum ſub conditione vel modo caſte, & vidualiter viuendi quando cum fructibus reſtituendum ſit in caſu inobſeruantiæ.

ARGVMENTVM.

1 *Relictum ſub conditione vidualiter, & caſte viuendi, ſi non ſeruetur conditio, reſtituendum eſt vna cum fructibus perceptis, & percipiendis vſq; ab initio:*

Et in foro conſcientiæ debetur reſtitutio ante Iudicis declarationem.

Si fuit relictum ſub modo vel verbis temporalitatem importantibus, fructus non debentur niſi à die inobſeruantiæ.

2 *Defectus conditionis habet oculos retro, & reſpicit tempus diſpoſitionis.*

3 *In hæreditatibus ſi non ſeruetur conditio vel modus, indiſtincte fit omnium fructuum reſtitutio.*

4 *An ob vnicam fornicationem amittatur relictum ſub conditione caſtitatis.*

DECISIO CLXXXVIII.

DIxi quod cum N. mulier non ſeruauerit vitam caſtam, & vidualem, tenebatur reſtituere hæreditatem ſibi ſub tali conditione relictam, etiam cum fru-
1 ctibus perceptis vſque ab initio, *vt probat textus in Auth. cui relictum, C. de indict. viduit. tollen.* ibi, Ac ſi ei relictum non eſſet, *& Iaſ. ibidem num. 7. Ruin. conſ. 170. num. 7. & 11. lib. 3. Peregrin. de fideicomm. art. 11. num. 122. Sanch. de matrim. lib. 7. diſput. 91. num.* 1. vbi quod talis pena incurritur ipſo facto in foro conſcientiæ abſque alia Iudicis declaratione, *& num. 6.* vbi ampliat etiam quo ad fructus percipiendos *poſt Manticã de con-*

iect.vlt, volunt.lib.11.tit.19.num.22. & Molin.lib.2. de primogen.cap.
12.num.21. firmauit Rot. in Rauennaten. hæreditatis coram Rubeo, & in
Anconitana fideicommiſſi coram Lancelloto, & refert Beltram.ad Ludou in
Romana redditionis rationum dec.187, nu 3. vbi idem firmatur, & dici-
tur Res eſſe extra difficultatem quando nõ fuit appoſita dictio do-
nec vel alia temporalitatem importãs, ſed fuit proceſſum per viam
2 conditionis, quia defectus conditionis habet oculos retro, & reſpi-
cit tempus diſpoſitionis, *Signorol.conſ.227.num.6.Purpurat.conſ.447.*
num.7.Menoch.conſ.134.nu.31. Ludouiſ.in d. Romana redditionis ratio-
num dec.187.nu.5.

3 Immo quod prædicta diſtinxio inter conditionem, & modum tem-
poralitatem importantem procedere poſſit in legatis, ſed in hæredi-
tatibus indiſtincte debeatur reſtitutio fructuum vſq; ab initio, quia
inſtitutio non poteſt intelligi facta ad tempus, *docet Peregrin.de fidei-*
com.art.11.num.122.& ſeq.& firmauit Rota in d. Anconitana fideicom-
miſſi coram Lancellot. & in alia Imolen. bonorum coram Coccino, vt re-
fert Beltram. ad Ludouiſ. in d. Romana redditionis rationum deciſ.187.
num.13.

4 An autem ob vnicam fornicationem amittatur ſub prædicta condi-
tione relictum diſputat, *Sanchez de matrim.lib 7. reſp.91.queſt 2.&*
num.31.& ſeq. vbi oſtendit affirmatiuam eſſe communem etiam
legiſtarum licet ipſe eam temporet quando relictum fuit à viro, vel
conſanguineo ſecus ſi ab extraneo, *vt num.33.*

ARGVMENTVM.

Quando mulier cenſeatur conſtituere camdem Dotem ſecundo viro
quam dederat primo.

SVMMARIVM.

1 *Dos data primo viro cenſetur conſtituta ſecundo, etiam ſi nulla dotis men-*
tio facta ſit.
2 *Fallit quando mulier tempore ſecundi matrimonij eſt minor. Declara vt ibi.*
3 *It. fallit quando extarent liberi ex primo matrimonio. Amplia vt ibi.*

DECISIO CLXXXIX.

IN cauſa Pagani cum Viadana, dixi quod licet Dos
1 conſtituta primo viro, cenſeatur etiam regulari-
ter, & in dubio conſtituta ſecundo, *ad tex. in leg. ſi*
mulier leg. Dotem, leg. Diuus, ff. De iur. Dot. leg. pen.
§. vxor ff. ſol.matrim. Pariſ conſ.34.nu.1.lib.3.Ro-
lan.de lucro Dotis quæſt.75.nu 1. & ſeq. & num.7.

vbi

vbi quod ab hac ſententia non eſt in iudicando recedendum, *& firmauit Rota in Romana fideicommiſſi ſeu ſupplementi legitimæ dec 156. nu. 10 par. 2. Diuerſ. coram Cantuccio, vbi quod procedit etiam ſi nulla promiſſio vel Dotis mentio facta ſit, & coram Ludouiſ. in Taurinenſi matrimonij dec. 188. num. 2. & coram eodem in Fauentina bonorum deciſ. 173. num. 10*

2 Fallit prædicta concluſio quando mulier tempore ſecundi matrimonij erat minor annis 25. quia cum non poſſit ſine ſolemnitatibus expreſſe alienare multo minus tacite poteſt, *Bart. in ſeptima Diſput. Incipit mulier habens amplum patrimonium, late Mantica de tacitis, & ambig. conuent lib. 12. tit. 15. nu. 13 Surd. dec 287. num. 3. & num 17.* vbi quod ſaltem procedit quando Dos conſiſtit in bonis immobilibus, *Beltram. ad Ludou. in d. Taurinen. matrimonij dec. 188. nu. 10.*

3 Fallit etiam quando extant filij ex primo matrimonio ſi conſtituta eadem Dote ſecundus vir plus lucraretur quam vnus ex dictis filijs nam cum mulier non poſſit expreſſe recedere à diſpoſitione, *leg. Hac edictali, C. de ſecun. nupt.* nec tacite id poterit, *Alex. conſ. 144. nu. 3. & 4. lib. 5. Campeg. poſt Bart. de Dote par. 1. quæſt. 39. ſub initium Menoch. lib. 3 præſumpt. 6. nu. 32. Oſaſch. dec. 21. num. 22.* vbi quod in hanc ſententiam Senatus deſcendit, *Rota coram Ludouiſ. in Fauentina bonorum dec. 173. num. 11.* vbi ampliat etiam in terminis Statuti derogatorij diſpoſitioni *d. leg. Hac edictali*, vt adhuc locum non habeat in Dote tacita, & præſumpta, ſed ſolum in expreſſa.

ARGVMENTVM.

Alienatio reſeruato, & non petito conſenſu Domini directi quando indicat caducitatem.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio Rei emphyteoticæ facta ſine conſenſu Domini, etiam cum reſeruatione inducit caducitatem quando fuit tradita poſſeſſio eo non obtento.*

2 *Ad hoc tamen non ſufficit translatio poſſeſſionis per conſtitutum.*

DECISIO CLXXXX.

1 CRedidi Morettum abſoluendum eſſe à caducitate prętēſæ pro parte D. Comitiſſæ, quia licet ex alienatione rei emphyteoticæ facta non petito licet reſeruato conſenſu Domini directi, incurratur caducitas quando fuit tradita poſſeſſio rei alienatæ, quia tunc proteſtatio remanet contraria facto,

2 Atta-

Grammat.dec.49.num.5. Franch.dec.267.num.1. Clar.in §.emphyteoſis quæſt.13.verſic.Item quæro.

2 Attamen id intelligitur quando fuit facta traditio actualis, & naturales adeo vt non ſufficiat verbalis vel ciuilis, nec etiam translatio facta per conſtitutum, quod legebatur hoc in caſu, *Guid Pap. deciſ. 101. Rodoan.de reb.Eccl.non alien.tit.de caducitate ob rei alienationem,§. quid in emphyteota, Clar.in d. §. emphyteoſis quæſt.13. verſic. Sed quid ſi non interuenit*, vbi ſubdit, quod licet contraria opinio de iuris rigore videatur verior, hæc tamen æquior eſt, & ſeruari poteſt in iudicando præſertim vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, *& firmauit etiam Rota Romana coram Ludouiſ. in Romana deuolutionis Domus ſeu Palatij dec.520.nu.6.& in Ferrarien. bonorum de Schianchis coram Pamphylio, & in Vrbeuetana hæreditatis coram Menzanedo, in qua receſſit ab alia, vt refert Beltram. ad Ludou. in Romana fideicommiſſi de Iacobatijs dec.388.num.9.*

ARGVMENTVM.

In iudicio manutentionis quæ probationes ſufficiant, & quæ Iura præſeruentur.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio manutentionis ſufficiunt leuiores probationes, & quare nu. 2.*
Sufficit ſemiplena probatio.
Non admittuntur exceptiones contra perſonas teſtium.
2 *Præſeruantur iura in petitorio, & in poſſeſſorio plenario.*
3 *Ac etiam quo ad nouam manutentionem.*
Decretum manutentionis nunquam tranſit in iudicatum quo ad Iudicem.

DECISIO CLXXXXI.

1 Dixi ſatis conſtare de poſſeſſione Caballetti ad effectum eam manutenendi, quoniam ad effectum manutentionis ſufficiunt leuiores probationes, *Alex conſ.103. num.3. lib.3. Ludou. in Beneuentana Parochialis dec.285. nu.3. & in Romana reſponſionis deciſ.324. num.5 Buratt.in Romana penſionis domus deciſ. 360. num. 2. vbi quod ſufficit ſemiplena probatio, & num.5.* vbi quod nec admittuntur exceptiones contra perſonas teſtium. Ratio
2 eſt quia non agitur de magno præiudicio cum intelligantur præſeruata iura non ſolum in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio plenario plenius diſcutienda, *Neuizzan. poſt Caſtr.& Felin.conſ.81.nu.17.Lu-*
3 *douiſ.in Piſtorien. penſionis deciſ.275. num.14* Immo videntur etiam

præ-

præſeruata iura in eodem poſſeſſorio ſummarijſſimo quo ad nouam manutentionem, quoniam Decretum manutentionis nunquã tranſit in iudicatum quo ad Iudicem quin poſſit illud retractare, & alteri manutentionem concedere ſi melius ſuam poſſeſſionem probauerit *Seraph. in Valentina Decimarum dec. 129 5. num. 5.* vbi quod id in Rota quotidie practicatur, adeo vt mirum ſit id per informantes in controuerſiam deduci.

ARGVMENTVM.

Nomine intereſſe veniunt fructus. Ad quam rationem taxentur, & à minore qui debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Sub pęna Statutaria octo pro centenario includuntur damna, & intereſſe. Nomine intereſſe veniunt fructus.*

2 *Fructus ſtabilium taxantur in rationem quinque pro centenario.*

3 *Poteſt ſententia ferri de conſenſu partium.*

4 *Minori competit reſtitutio in integrum aduerſus contrauentionem etiam in committendo quando non eſt in dolo, & agit de damno vitando.*

5 *Regula quod nemo locupletur cum alterius iactura comprehendit etiam pupillos, & eccleſiam.*

DECISIO CLXXXXII.

1 Diximus D. Naſellos à die interpellationis non debere alios fructus, ſed ſolum intereſſe Statutariũ ſub quo fructus comprehenduntur (*nam Statut. lib. 2. tit. 20. ſub finem* expreſſe diſponit, quod ſub pęna octo pro centenario ſoluenda per debitorem moroſum includantur damna, & intereſſe creditoris, quod autem ſub nomine intereſſe veniant, & includantur fructus, *tex. eſt in leg. loci corpus 4. § pen. ff. ſi ſeruit. vindicetur, Honded. conſ. 30. num. 29. lib. 1. Ludouiſ. in Bononien. Cenſus dec. 156. num. 9. Ferentill ad Buratt. in Romana ſocietatis dec. 567. nu. 12.*

2 Diximus etiam fructus ſtabilium taxari poſſe in rationem quinque pro centenario, *ad tradita per Iaſ. in leg. ſi fundum per fideicommiſſum nu. 5. ff. de leg. 1. Tiraquell. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 6. nu. 19. Buratt. in Aſculana fideicommiſſi dec. 65. nu. 2.* Sed ex tacito partium conſenſu fuit taxa modificata in rationem quatuor cum tribus quartis pro quolibet centenario.

3 Poterat autem in hoc ferri ſententia de conſenſu partium, *vt iudicatum fuiſſe refert Magon. deciſ. Flor. 78. nu. 10. & 11.* quia non debent

conuentionalia partium in dubiũ reuocari, *Soc.in cap.querelam nu.6. de Simon.* & id per quod partes à lite receſſerunt debet Iudex ratum habere cum nihil magis agere debeat Prætor quam lites dirimere, *vt inquit text. leg. 1 §. ſi inde quæritur ff. de oper. nou. nunt. Rebuf ſuper Conſtit. Regn. tit. de recuſat. art. 2 gloſſ. 1. in fine, & mihi videtur textus melior in leg. Si conuenerit 26. ff de re Iudic.* ibi, Si conuenerit inter litigatores quid pronuncietur, non abs Re erit Iudicem huiuſmodi ſententiam proferre, *vbi Bart. ait,* quod Iudex debet in hoc ſequi partium voluntatem.

Prout ex eodem partium conſenſu fuit facta liquidatio vniformis pro toto tempore in rationem fructuũ nulla habita ratione ad octo pro centenario, quod viſum eſt etiam iuris æquitati conſonum, nam quantitas illa quatenus excedit veram fructuum perceptionem, & æſtimationẽ eſt pœna contra debitorẽ moroſum, & ita Statutum ibi eã appellat, pæna autẽ à minore præſertim ex omiſſione non videtur
4 incurri ceſſante dolo cum ei competat reſtitutio in integrum aduerſus contrauentionem, etiam in committendo quando non eſt in dolo, & agit de damno vitando, *Bart. in leg. ſi ex cauſa, §. nunc videndum num. 3. ff. de minor. Cæphal. conſ. 356. num. 6 Old. de reſtit. in integ. par. 2. quæſt. 82. nu. 58. & ſeq. Buratt. in Fauentina fideicommiſſi de Caſtellanis dec. 182. num. 21* Sed quatenus quantitas illa octo pro centenario non excedit fructus perceptos, minores etiam tenentur, quia nec ipſi debent cum alterius iactura locupletari, nam regula illa natu-
5 ralis comprehendit etiam minores, & pupillos, *§ nunc admonendi Inſtit. tit. quibus alien. lic. vel non leg pupillo. ff. de ſolut. Buratt. in Romana nullitatis contractus dec. 814. nu. 4. & ibi Ferentill. nu. 5.* vbi quod comprehendit etiam Eccleſiam.

ARGVMENTVM.

Venditor quando teneatur de euictione, & quãdo ad pretium non obſtante pacto.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur de euictione licet non promiſerit, quia id eſt ex natura contractus.*

2 *Valet pactum quod non eſt contra ſubſtantiam, ſed ſolum contra naturam contractus.*

3 *Pactum quod venditor non teneatur de euictione non liberat eum à reſtitutione pretij, ſed ſolum ab intereſſe. Immo nec pactum ſuper pretio prodeſt ei quando ſciebat, & doloſe tacuit.*

4 Et

4 *Et non liberat ab obligatione ſuſcipiendi iudicium, & liberandi à moleſtijs niſi vt ibi.*

5 *Obligatio euictionis eſt diuerſa ab obligatione tradendi rem liberam.*

DECISIO CLXXXXIII.

1 Diximus D. Azzium teneri ſuſcipere iudicium motum D. Naſello re ei vendita, quia venditor tenetur ad defenſionem, & euictionẽ rei venditæ licet eam non promiſerit quoniam huiuſmodi obligatio prouenit ex natura contractus venditionis, *leg. non dubitatur 6. C. de euiction. & ibi Bald. Tiraquell. de retract. conſang. §. 29. gloſſ. vlt. nu. 4. Ferentill. ad Buratt. in Lucerina Cenſus dec. 381. nu. 9.*

Neque obſtabat pactum, quod in Iuſtrumento legebatur, quod ſcilicet venditor non teneretur de euictione niſi de facto, & culpa ſua

2 tantum, quod cum non eſſet contra ſubſtantiam, ſed ſolum contra naturam contractus ſuſtinebatur, & valebat, & non vitiabat nec vitiabatur, *ad tex. cum ibi traditis per ſcribentes in leg. pacta conuenta 72. de contr. empt. & in cap. 1. de commodato, & in cap. fin de condit. appoſit. Magon. deciſ. Florent. 117. num. 47.* vbi quod pacta immutant naturam rei.

3 Nam reſpondetur quod pactum quo venditor nolit de euictione teneri, liberat eum à pœna dupli, & obligatione reficiendi intereſſe nõ autem à reſtituendo pretio, *vt decidit tex. in leg. emptorem 12. § fin. ff. de action. empt.* vbi in fine plus dicitur quod nec etiam pactum expreſſum, quod non teneatur ad pretium prodeſt venditori quando fuit in dolo, ſciendo, & tacendo vitium rei venditæ *Iaſ. in l. ſtipulatio iſta num. 11 ff de verb. oblig. Surd. conſ. 36. num. 22. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4 tit. 24. nu 4. Riccius collect. deciſ 382. & authoritate tex. in d. leg. emptorem decidit Rot. Romana coram Buratt. in Romana Vineæ deciſ.*

4 *507. nn. 1.* vbi tanquam iniuſta reuocatur ſententia extra Rotam lata quæ ob ſimile pactum abſoluerat venditorem ab obligatione ſuſcipiendi iudicium, & liberandi à moleſtijs, *& idem prius, & latius firmatum fuerat in eadem Romana Vineæ coram eodem Buratt. deciſ. 392. nu. 2. &* 4. vbi dicitur indubitata hæc concluſio quando non concurrit aliqua ex tribus limitationibus ex quibus ſicut ibi, ita hic nulla

5 la concurrebat. Et quod diuerſa ſit etiam obligatio euictionis ab obligatione tradendi rem liberam, patet nam euictio reſpicit proprietatem, traditio autem rei liberæ reſpicit hypothecas, & alia,

Bart.

Bart. in leg. Mæuius 68. §. fundo nu. 6. ff. de leg. 1. Gozzadin. conſ. 24. nu. 3. Buratt. in d. Romana Vineæ dec. 399. nu. 2.

ARGVMENTVM.

Minor annis 25. & Doctor, an reſtituatur in integrum, & an poſſit eſſe Tutor.

SVMMARIVM.

1 *Minor annis 25. datus in teſtamento tutor, erit tutor quando erit maior. Sic furioſus ceſſante furore.*

2 *Lex indiſtincte, & generaliter loquens, generaliter debet intelligi niſi ab alia lege reſtringatur.*

3 *Minoribus licet res ſuas bene gerentibus earum adminiſtratio non committitur.*

4 *Qui in rebus proprijs non reputatur idoneus, minus idoneus creditur in alienis.*

5 *Doctor minor annis 25. non reſtituitur in integrum.*

6 *Fallit in his quæ concernunt ſcientiam facti, magis quam iuris.*

7 *De poteſtate Principis diſputare. Immo & dubitare ſacrilegum exiſtimatur.*

8 *Mulier poſt 18. an. maſculus poſt 20. poteſt à Principe impetrare veniam ætatis qua obtenta, reputatur maior præter quam quo ad alienationem ſtabilium, in reliquis non reſtituitur etiam ſi male adminiſtret.*

9 *Quare mulier citius pubeſcat quam maſculus.*

10 *Quare citius infundatur anima maſculi quam fœminæ.*

DECISIO CLXXXXIV.

QVærebatur an maior 20. annis, ſed minor 25. relictus in teſtaméto tutor poſſit tutelam ſuſcipere, & legitime adminiſtrare ex quo erat vtriuſq; Iuris Doctor, & ſane.

1 Pro negatiua *erat textus clarus in* §. *furioſus inſt. tit. qui teſt. tut. dar. poſ.* ibi, Minor vigintiquinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit cum maior annis factus fuerit. Idemque ſtatuitur ibi in furioſo dato tutore, vt ſcilicet admittatur ceſſante furore, ita vt tutela non auferatur, ſed differatur, & interim detur alius à Iudice tutor. Ad idem textus fortior in *leg. fin. C. de legitim. tutel.* ibi, Nemo neque frater neque alius legitimus in tutelam vocetur antequam quintum, & vigeſimum ſuę ætatis an-
2 num impleat, certum eſt autem quod lex indiſtincte, & generaliter loquens, eſt etiam indiſtincte, & generaliter intelligenda, *leg. 1. §. ge-*

nera-

Digitized by Google

neraliter ff. de leg. præſt. leg. non diſtinguemus ff. de recept arbitr. leg. de pretio ff. de publ. in rem action leg. fin C. de dot. promiſſ. niſi per aliam legem diſtinguatur, vel reſtringatur, *vt in leg. ſeruus Vrbanus ff. de fund. inſtruct. & in leg. in toto ff de reg. iur.* Sed tantum abeſt vt reperiatur lex
3 reſtrictiua illius legis, quod immo reperitur textus ampliatiuus *in leg. 1. in fine ff. de minor.* ibi, Minoribus vigintiquinque annis licet rem ſuam benegerentibus, rei ſuæ adminiſtratio committi non de-
4 bet. At qui ad res ſuas adminiſtrandas idoneus non eſt, minus erit ad alienas, *arg. tex. in Auth. multo magis C. de ſacr. Eccl. iuxta leg. in re mandata 21. C. mandati*, ibi, Aliena negotia exacto gerentur officio, nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum, ac declinatum culpa caret ſuæ quiſque rei moderator atque arbiter pleraque ex proprio animo facit, *& eſt arg. eiuſdem rei apud Diu. Paul. ad Timot. epiſt. 1. cap. 3.* ibi oportet Epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, nam qui domui ſuæ præeſſe neſcit quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit, *& in his terminis tex. in d. leg. fin. C. de legit. tutel.* ibi tutores fiant ij qui talis ætatis ſunt cui ſuarum rerum adminiſtratio committitur. Et hic eſt gradus, & ordo quidam non ſolum legalis
5 ſed naturalis, vt quis primum per moralem ſeipſum ſecũdo per economicam, domum propriam. Tertio per politicam, Ciuitatem regat, *quod ex parte innuit Tacitus in vita Agricolæ cap. 8.* ibi, Primam domum ſuam coercuit, quod pleriſque non minus arduum eſt quam prouinciam regere.

Pro affirmatiua vero adduci poterat, quod Doctor quamuis minor annis videtur reputari, & haberi pro maiore ex eo, quod non habet beneficium reſtitutionis in integrum, minoribus à lege conceſſum, *vt probat Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 23 artic. 7. num. 24. Buratt. in*
6 *Brunduſina pecuniaria deciſ. 20. num. 6. & ibi Ferentill.* Sed concluſio prędicta limitatur, vt procedat in ijs quæ iuris peritiam concernunt, in alijs autem concernentibus ſcientiam facti minor quamuis Doctor reſtituitur, *Sarmiẽt. ſelectar. interpret. cap. 12. nu. 10. Odd. de reſtit. in integ. par. 1. q 23. nu. 31. & ita Burat. etiã in allegata dec. 20.* loquitur in caſu in quo agebatur de ignorãtia iuris quo ad certiorationem beneficiorum legalium, & ideo in his Doctor non reſtituitur, vt ibi vel quia præſumitur in eo ſcientia legum, vel quia earum ignorantiã allegare ei turpe eſt, *iuxta tex. in leg. 2. ff. de origin. iur.* ibi turpe eſt viro ius in quo verſatur ignorare, fuit ergo dictum quod licet Doctoratus non ſuppleret per omnia defectum minoratis ad effectum præ-

dictum, videbatur tamen tribuere iuſtam cauſam impetrandi confirmationem, vel diſpenſationem à Principe, prout fuit impetrata, & præterquam quod cum de Principis voluntate conſtat ſacrilegij
7 inſtar eſt de illius poteſtate diſputare, immo & dubitare, *vt loquitur textus in leg. 2. C. de crim. ſacrileg.* Concurrebat in dicto minore maior integritas, & ſolertia, maior *quam requirit tex. in leg. 1. & 2. C. de ijs qui ven. ætat. impetr.* & erat omniuo ex ijs quos exigit *Diuus Bernard. lib. 4 de conſiderat. ad Euge. cap. 9.* fidelis, & prudens qui nec fraudabit nec fraudabitur,

8 Accedebat in argumentum fortius quod Princeps ex poteſtate ordinaria, & ex quacunque cauſa ſibi bene viſa poteſt de iure concedere veniam ætatis mulieri poſt 18. & maſculo poſt 20. annum, *vt in leg. 2. C. de ijs qui ven. ætat. impetr.* Quæ quidem venia ſic impetrata operatur, vt minor non reſtituatur in integrum, licet minus idonee res ſuas adminiſtrare videatur, *vt inquit tex. in leg. 1. C. eodem,* quia quo ad omnia reputatur maior, vt ibi præter quam quo ad alienationem immobilium ſine Decreto, *vt in leg. 3. C. eodem tit. de ijs qui ven. ætat. impetr,* quæ quamuis peri ſoleat pro rebus proprijs adminiſtrandis, & hic agebatur de alienis. præceſſerat tamen conſenſus Domini teſtatoris qui dederat in teſtamento tutorem vnde nec noua conſtitutio exigebatur, ſed ſola confirmatio quæ videbatur longe facilior *ad tex. in §. primo inſtit. tit de Curatoribus,* ibi, Curator teſtamento non datur, datus tamen confirmatur Decreto Prætoris, vel Præſidis præſertim accedente conſanguinitate quæ poterat & ipſa aliquid ſupplere, *ad tex. in leg. 1. & 2. C. quando mulier tutelæ officio fungi poſſit,*

9 Cur autem mulier citius impetrare poſſit prædictam veniam ætatis, & cur citius pubeſcat quam maſculus, *gl. in d. leg. 2. C. de ijs qui ven. ætat. impetr. in verbo decimum reſpondit quoniam herba mala citius creſcit, ſed Bart. in eadem leg. nu. 3.* more non ſuo phyloſophice reſpondit quia mulier cum ſit breuioris vitæ citius perficitur, prout contingit in quolibet animali, *& docet Ariſt. licet eum Bartholus non alleget lib 4. de gener. animal. cap. 6,* vbi etiam colligitur ratio rationis ſcilicet quare mulier ſit breuioris vitæ, quia videlicet eſt naturæ frigidioris, & hanc eamdem rationem adducit, *Tiraq. de leg. Connub, leg 6. num. 38.* vbi quod idem eſt etiam in plantis, & alijs vt exilia celerius matureſcant, robuſtiora vero ſerius vt ipſe loquitur.

10 Sed difficilius eſt inuenire rationem cur ſi fœmina citius pubeſcit

quam

Digitized by Google

quam maſculus,citius tamen infunditur anima maſculi quã fæminæ *vt agnouit etiã Ariſt.lib.4.de gener.animal.cap.6.& licet Aug.in Enchirid. cap.86.*dixerit quãdo incipiat homo in vtero viuere,vtrũ ab homine inueniri poſſit,ignoro, & diuerſas ad hoc ſententias referat, *Plutarchus lib.5. de placitis phyloſoph. cap.21.* Attamen quod anima maſculi infundatur poſt quadraginta dies à conceptione, fœminæ vero anima poſt octoginta, *ſenſit gl. in ſumma quint. Diſtinx. in verbo quadraginta quam receptam eſſe dixit Nauar. in Manual. cap 15. num. 14. & ſumitur eius rei argumentum ex Leuitici cap. 12.* vbi mulier pariens maſculum per 40. dies, fœminam vero per 80. arcebatur ab ingreſſu Eccleſiæ. Et quidem ratio immediata celerioris infuſionis animæ eſt celerior organizatio corporis,quoniam oportet domum compaginari,& tunc habitatorẽ induci, *vt dixit in his terminis Auguſtinus in lib.quæſtionum Exodi quæſt.80 relatus in can.Moiſes q.32.& quæſt.2.* Sed adhuc eadem remanebit difficultas in quærenda ratione huius rationis,cur ſcilicet prius organizetur corpus maſculeum quam fœmineum niſi dicatur forte quia frigidiora, & humidiora difficilius quam calidiora condenſantur. Sed de his ad ſcientiæ medicæ peritos Iuriſconſultus ſe referre tutiſſime poteſt *iuxta tex.in leg.ſeptimo menſe,ff.de ſtat.hom,*& ad eos ego me libentiſſime refero.

ARGVMENTVM.

Acta Criminalia an probent in Ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Acta, & teſtificata Criminalia inter eaſdem perſonas probant in Ciuili.*

2 *Et magis confeſſio facta in Criminali probat in Ciuili contra confitentem.*

3 *In manutentione ſufficiunt leuiores probationes.*

DECISIO CLXXXXV.

DOminus Guber. Criſpini abſoluit Hortenſiũ Manzonũ à criminalitate reſeruatis iuribus Iacobo Paſetto ciuiliter agendi, & interim mandauit ſeraliam reduci in locum priſtinũ,vnde fuerat amota per D. Manzonum qui appellauit ex eo præſertim, quod de poſſeſſione aduerſarij non conſtabat niſi ex actis criminalibus quæ probare non videbantur in Ciuili, ſed tamen credidirire,& recte fuiſſe iudicatum.

1 Primo, quoniam acta criminalia inter eaſdem perſonas probant in Ciuili, *Bart.in leg.2.§.hoc edicto ff.de vi bon.rapt. & ibi Ang.nu.7. Alex. in leg.2.nu.26.C.de eden. Ruin.conſ.4.nu.5.lib.4. Buratt.in Romana admi-*

miniſtrationis fundaci dec. 410. nu. 5. vbi loquitur de teſtibus de quibus etiam hic agebatur.

Secundo, quia hic præter teſtes aderat confeſſio Manzoni facta in Coſtituto criminali ſuper poſſeſſione aduerſarij ante litem motam.

2 Et quicquid ſit de alјs actis, cõfeſſio facta in Criminali omnino probat in Ciuili, *vt dixi dec. 84. num. 12. & ſeq & ibi dictis adde Ruin. poſt Bald. conſ. 4. nu. 2. lib. 4.*

Tertio, quia prædicta facilius procedant in iudicio, & ad effectum ma-

3 nutentionis ad quem ſufficiunt leuiores probationes, *Ludouiſ. in Beneuentana Parochialis dec. 258. nu. 3. Buratt. in Romana penſionis Domus dec. 360. nu. 2. & in Romana Communantiarum dec. 648. nu. 2. & ſeq. & dixi ad hoc alia ſup. dec. 191. per tot.*

ARGVMENTVM.

Quomodo actio Ciuilis, & Criminalis cumulari poſſint, & Iudex Criminalis tantum, poſſit cognoſcere, & pronunciari ſuper Ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Actio Ciuilis, & Criminalis non poſſunt ſimul intentari. Fallit nu. 3.*

2 *Iudex Criminalis tantum, non poteſt ſuper Ciuilibus pronunciare.*

3 *Poteſt intentari actio Criminalis, & in eodem libello intentari Iudicis officium ſuper intereſſe Ciuili.*

4 *Poteſt Iudex Criminalis tantum, incidenter cognoſcere cauſam Ciuilem, & condemnare ad reſtitutionem ablatorũ, & terminos motos reponere. Amplia vt ibi.*

DECISIO CLXXXXVI.

1 IN eadem quia Iuſtitia ex pugnari non poterat ex ſupradictis in proxima Deciſione, impugnabatur iuriſdictio ex eo, quod ſicut non poteſt actio Criminalis, & Ciuilis ſimul intentari, *leg. Interdum, ff. de public. iudicijs, Natt. conſ. 407. nu. 14. lib. 2. Clar. in praxi Criminali quæſt. 2. in princ.* ita minus videbatur potuiſſe Iudex cumulando abſoluere criminaliter, & condem-

2 nare ciuiliter cum Iudex Criminalis non poſſit Ciuilem cauſam cognoſcere, & iudicare, *leg. Solemus 61. §. fin. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* ibi, Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt, *Bart. in d. leg. Interdum 58. § qui furem, ff. de furt. nu. 4. Boſſ. in tit. de Decreto Mediolani nu 31. Natta conſ. 407. nu. 14.*

3 Sed hæc quoque viſa ſunt non obſtare, nam poteſt in eodem libello intentari principaliter actio Criminalis, & minus principaliter Ciuilis

uilis implorando Iudicis officium, *Bart. in leg. Interdum 58. §. qui furem nu. 5. ff. de furt. Bald. in leg: data opera nu. 6 in fine, C. qui accuſar. non poſſ. Roman. in leg edita nu. 143. C. de edend. Clar. qui de communi teſtatur*
4 *d. quæſt. 2 verſic. & hæc quidem concluſio*. Et poteſt Iudex etiam Criminalis tantum, incidenter cognoſcere de ciuili, & condemnare culpabilem ad reſtitutionem ablatorum, *iuxta tex. in d. leg. Interdum, §. qui furem, ff de furt: & in leg. pen. ff. de calumniat.* ibi, quod extortum eſt reſtitui iubeat, & pro modo delicti pœnã irroget, *& vtrobique Bart. tradit Clar d. quæſt. 2. verſic. & hæc quidem, Ruin. poſt alios conſ. 4. lib. 4. num. 2. & ſeq.* vbi ampliat etiam in Iudice delegato, ac etiam ſi non conſtet ex confeſſione, *& in his terminis eſt tex in leg 4 §. ſi dicantur ff. fini. regund.* ibi, Si dicantur termini deiecti vel exarati, Iudex qui de crimine cognoſcit etiam de finibus cognoſcere poteſt, *& ibidem Bart.* nota inquit, quod Iudex maleficiorum poteſt cognoſcere ciuiliter. Et magis etiam ceſſabat difficultas hoc in caſu in quo Gubernator non erat ſimplex Iudex criminalis, ſed habebat vtramque iuriſdictionem *ad tradita per eumdem Bart. in d. leg. Interdum §. qui furem, ff. de furtis nu. 3. ibi in quantum loquitur de præſide eſt planum*.

ARGVMENTVM.

De extractione partitarum. De circumductione citationis. De ſtatuto deciſorio.

SVMMARIVM.

1 *Partitæ extractæ parte non citata probant.*
2 *Pendente dilatione, Iudicis officium conquieſcit.*
3 *Per productionem iurium, & admiſſionem circumducitur citatio.*
4 *Statutum quod cauſam perimit dicitur deciſorium.*

DECISIO CLXXXXVII.

DOminus Io: Maria Capſerius Gabellarum Ferrariæ, obtinuit grauari D. Guidum Antonium Bononienſem pro lib 479. debitis pro Gabellis mercium eius nomine expeditarum de anno 1632. & 1633. & annotatis in Vacchetta eiuſdem Gabellæ. Appellauit Guido, & cauſa mihi commiſſa cum Clauſula ſi quid exequendum. Inſtabat Capſerius pro exequtione ex quo agebatur de credito Gabellarum, & ſic de cauſa exequtiua, & quia videbatur adeſſe res iudicata cum deficeret intimatio proſequtionis appellationis iuxta formam à Statuto præſcriptam

Pro appellante autem dicebatur non eſſe locum exequtioni, quoniam

agebatur de credito Capſerij poſt finitam etiã locationem Gabellarum, & quia ſententia erat notorie nulla vel iniuſta.

1 Primo, quia partitæ ſuper quibus creditum fundabatur, fuerant extractæ parte non citata, & ſic nulliter vnde non probabant, *Bart. in Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Felin. in cap fin. num. 6. de fide Inſtrum. Gratian. diſcept forenſ. cap. 640. nu. 9.*

Secundo, quia fuerat relaxatum grauamen eadem die qua fuerat de-
2 latum Iuramẽtum teſti ab ipſo Reo inducto, & ſic pendente termino ad examinandum, vnde Iudicis officium, & iuriſdictio quieſcebat, *ad tex. in leg. fine pars, C. de dilation. gl. in cap. 2. in fine eodem tit. & poſt Bald. Lap. Anchar. Vantius de nullit. ex defect. iuriſdict. nu. 157.*

3 Et per productionem, & admiſſionem iurium fuerat circumducta citatio *ad tradita per Felin. in cap. Cum dilectus num. 17. de fide Inſtrum. Afflict. dec. 115. num. 7. Ludou. in Toletana Decimarum dec. 140. num. 7. & ibi Beltram. nu. 16. Idem Ludou. in Cæſar Auguſtana dedicationis dec. 457. num 7.*

Defectus autẽ proſequtionis Staturariæ dicebatur non obſtare forenſi
4 qui non ligabatur ſtatuto prædicto tanquam Deciſorio ex quo cauſam perimebat, *ad tradita per Honded. conſ. 29. num. 19. & ſeq. lib. 2. Achill. de Graſſis dec. 10. de Conſtit. & poſt Socin. & Dec. Gratian diſcept. 524. nu. 49. & ſeq Ad quod tamen vide quæ dixi dec. 9. nu. 2. & ſeq.* Ex prædictis credidi ſuſpendendam exceptionem, & ſaluis exceptis aſſignaui terminum partibus quæ in termino concordarunt.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator, an teneatur reddere rationem ſtante liberatione teſtatoris,

SVMMARIVM.

1 *Quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem adminiſtrationis.*

2 *Et quid ſtante liberatione teſtatoris.*

DECISIO CLXXXXVIII.

1 DIxi D. Bernardinum ad petita recte fuiſſe condemnatum, nam quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem adminiſtrationis, *leg. 1. §. offioio vbi Bald. ff. de tutel. leg. 2. ff. de neg. geſt. Cranetta conſ.* 218. *nu 1. & ſeq. Ludouiſ. in Romana pecuniaria deciſ. 30. num. 4. & in Romana redditionis rationis deciſ. 187.*
2 *nu.* 1. vbi ait hanc eſſe regulam generalem: Quæ quidem procedit non obſtante prætenſa liberatione à teſtatore relicta ab obligatio-

ne

ne reddendi rationem adminiſtrationis, quia illa ſolum operatur quo ad exactam, & ſcrupuloſam, non quo ad omnimodam redditionem, & ſolum liberat ab his ad quæ adminiſtrator tenetur ratione negligentiæ, & leuis culpæ, *Gabr. conſ. 62. num. 1. lib. 2. Couar. variar. reſolut lib. 2. cap. 14 num. 3. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 8. num. 29. Ludouiſ. in d. Romana redditionis rationis deciſ. 187. nu. 11. & 12. & ibi Beltram.*

ARGVMENTVM.

Iudex laicus quando poſſit eſſe Iudex in cauſa Clerici.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus poteſt Clericum agentem contra Clericum condemnare in expenſis, ſi ſuccumbat in cauſa.*

2 *Item quando Clericus eligitur depoſitarius à Iudice laico, poteſt ab eodem condemnari ad reſtitutionem.*

3 *Clericus hæres laici defuncti poſt cæptum iudicium coram laico, poteſt ab eo iudicari.*

4 *Item quando laicus fit Clericus poſt inchoatum ciuile iudicim coram Iudice laico ab eo iudicatur.*

5 *Item poteſt iudicare contra Clericum reconuentum à laico. Limita vt ibi.*

6 *In caſibus prædictis poteſt Iudex laicus pronunciare, ſed non exequi contra Clericum.*

DECISIO CLXXXIX.

IN cauſa D Frontoriæ cum DD. Dondinis dixi, quod licet Iudex laicus potuerit pronunciare contra Clericum ex vi commiſſionum, *ad tradita ſup. dec. 86. nu. 14. prout etiam in aliȷs caſibus poteſt de iure communi.*

1 Et primo quando Clericus agit contra laicum coram Iudice laico ſeu ſæculari, nam ſi ſuccumbat in cauſa poteſt ab eo condemnari in expenſis, *ad tex. in cap. Cum ſit generale de for. compet. Felin. in cap. At ſi Clerici de Iudic. nu. 8. Marant. de ord. Iudic. Diſtinx. 6. num. 45.*

2 Secundo, quando Clericus à Iudice ſæculari eligitur in depoſitarium, nam poteſt ab eo condemnari ad reſtituendum, ſeu conſignandum depoſitum, *ad tradita per Martam de iuriſd. par. 3. cent. 2. caſ. 4*

3 Tertio, quando Clericus ſuccedit hęres laico poſt cæptum iudicium coram ſæculari, *vt dixi dec. 17. nu. 35.*

4 Quarto, quando laicus inchoato ciuili iudicio coram ſæculari, efficitur Clericus nam ab eodem Iudice iudicatur in cauſa ciuili, *ad tradita per Martam de iuriſd. par. 2. cap. 2.*

5 Quinto quando Clericus conueniens laicum coram ſæculari, reconuenitur ab eodem coram eodem *ad tradita per Martam de iuriſd par. 1. caſ. 50. & poſt Bart. Bald. Felin. Marant. de ord. Iudic d. Diſtinx. 6. nu. 44.* vbi poſt ſpeculatorem limitat in tribus caſibus de quibus ibi, videlicet in cauſa ſpirituali, in cauſa Criminali, & in caſu quo data opera laicus iniuriam inferat Clerico, vt eum coram ſæculari reconueniat.

6 Attamen in prædictis vel ſimilibus caſibus Iudex ſæcularis eſt competens vſque ad ſententiam, ſed non poteſt exequtionem relaxare contra Clericum, cum debeat id fieri à ſuo Iudice ecclesiaſtico licet contrarium ſenſerint, *Guttierez. Salgado, Borellus, Babodilla, Vrſill. Periera, Giurba;* Ita reprobatis prædictis, *poſt Imol. Butrium, Socin. Surd. Mant. Ambroſin. Bonaccin. Bellett. Durand. Ceuall Franch. Squillant. Lup. Craſſ Marin. Genuen. oſtendit Diana reſolut. moral. par. 1. tract. 2. reſolut. 21. & par. 3. tract 1. reſol. 4. & par. 4. tract. 1 reſol. 3. Adde Martam di iuriſd. par. 2. cap. 2. & prius par. 1. cap. 50.* vbi quod in hoc bracchium ſæculare confugere debet ad bracchium Eccleſiaſticum.

ARGVMENTVM.

Ex quibus inducatur, vel impediatur Iudicis prorogatio.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegata de perſona ad perſonam non eſt prorogabilis.*

2 *Eſt prorogabilis de re ad rem.*

3 *Pactum etiam expreſſam de iuriſdictione prorogunda eſt variabile. Fallit vt ibi.*

4 *Prorogatio ſemel facta etiam tacite, reuocari non poteſt.*

5 *Procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt prorogare.*

6 *Fallit in procuratore cum libera, vel cum generali expreſſis aliquibus ſpecialibus caſibus.*

7 *Iterum fallit quando principalis ſciuit, & tacuit.*

8 *Error impedit prorogationem.*

9 *Tam error facti quam iuris.*

10 *Ac etiam dubium.*

11 *Error in dubio præſumitur ad dictum effectum ex communi.*

12 *Er-*

12 *Error regulariter eſt probandus ab allegante, & iuris error non prodeſt num. 13.*
14 *Aduerſus ignorantiam iuris, nec Ruſticus reſtituitur quando potuit conſulare peritiores.*
15 *Error etiam in hac materia prorogationis non præſumitur in actore, & quare.*
16 *Item non præſumitur in perito.*
17 *Doctor minor non reſtituatur in integrum aduerſus ignorantiam iuris.*
18 *Fortior præſumptio tollit debiliorem.*

DECISIO CC.

INter D. Maſtellarium, & D. Pãzanum fuit dictum eos eſſe remittendos ad ſuum Iudicem prorogatum vtriuſque partis conſenſu.
1 Primo namque fuit ſuppoſitum, quod licet iuriſdictio delegata non ſit prorogabilis de perſona ad perſonam, *vt eſt tex. litteralis in cap. P. & G. in fi-*
2 *ne de off. delegat.* Attamen prorogabilis eſt de re ad rem, *leg. De qua re §. 1. iunct. gl. ff. de Iudic. Abb. in cap. P. & G. de off. deleg. num. 13. Vant. de nullitat. tit. quibus mod. ſent. nulla num. 77.* vbi quod etiam tacite prorogatur, *Seraph. in Romana nullitatis de Fabijs deciſ. 439. num. 1. & 4.*
3 Secundo, quod licet pactum etiam expreſſum de iuriſdictione proroganda ſit variabile, *leg. ſi conuenerit, ff de iuriſd. omn. Iudic. Felin. in*
4 *cap. 1 de Iudic. num. 5.* vbi limitat quando eſt iuratum, vel factum in præſentia Iudicis, prorogatio tamen ſemel etiam tacite facta, reuocari non poteſt, *Beccius conſ. 22. num 1. Surd. conſ. 204. nu. 9. Cornazz. dec. 140. num. 3. cum alijs adductis per Giurb. dec. 86. nu. 14.*
5 Tertio, quod licet procurator ſine ſpeciali mandato non poſſit prorogare iuriſdictionem incompetentem, *Felin. in d. cap. P. & G. nu. 11.*
6 *Seraph. in Romana nullitatis dec. 439. num. 1.* poteſt tamen procurator cum libera, *Abb. in cap. cum olim nu. 12. Felin. nu. 9. de off. deleg. & in d. cap. P. & G. nu. 11. Natta conſ. 413. nu. 5* & multo magis quando habet mandatum in aliquibus caſibus ſpecialibus expreſſis cum facultate generali in alijs, *iuxta tex. in cap. qui ad Agendum de proc. in ſexto, Seraph. in d. dec 439. nu. 1.* quod indubitanter procedit etiam ſine alio
7 tali mandato quando procuratoris factum principalis ſciuit, & tacuit, *Abb. in cap. cum olim per illum tex. poſt gl. in verb. protinus contradi-*

xit de off. deleg. nu 8. Folin in d cap. P. & G. eodem tit nu. 11. Socin. in cap. Significaſti nu. 20. in fine de foro compet.
8 Quarto, quod licet error partium impediat prorogationem, *leg. ſi per*
9 *errorē 15. ff. de iuriſd. omn. Iudic. & non ſolū error facti, ſed etiā error iuris Iaſ. in leg. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. Iudic. nu. 9. Felin. in cap. P. & G.*
10 *de off. deleg nu. 15* & non ſolū error, & ignorātia, ſed etiá dubium ad id ſufficiat, *Bart in leg. 2 ff. ſi quis in ius vocat. non ierit nu. 7. Iaſ. nu. 39. & poſt eos Scaccia de appellat. quaeſt. 27. limit. 6. memb. 7. num. 56. verſic.*
11 *Declara primo*, & ad hunc effectum error præſumatur ex communi *de qua teſtatur Iaſ. in d. leg ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. Iudic. nu. 10. & Felin. in cap. P & G. de off. deleg. nu. 12.* attamen quod error non præſumatur, *ſenſit in ſuis terminis Iaſ. in d leg. ſi per errorem nu. 10. & ſupponere videtur Seraph. d. deciſ. 439. in princ.* ibi, neque hic probatur aliquis error impediens prorogationem, & pro hac parte facit commu-
12 nis concluſio, quod error probandus eſt ab allegante, quando ſaltem in continenti non reuocatur, *ad tradita poſt gl. Abb. & alios per*
13 *Maſcard. de probat. concluſ. 396. num. 4. Dixi dec. 63. num. 2.* & maxime quod error iuris vel non præſumatur, vel non proſit, colligi videtur, *ex leg. non fatetur ff. de Confeſſis cui non ſatis recte reſponderi fatetur Iaſ. in d. leg. ſi per errorem nu. 18.* & facit quod aduerſus ignorantiam iu-
14 ris, nec Ruſticus imperitus reſtituitur quando potuit conſulere peritiores, *vt dixi dec 25. nu. 8. & 9.*

Sed ſuppoſita pro vera communi traditione, quod error præſumatur in hac materia, & quod iuris etiam error admittatur.

15 Primo tamen id fallere videtur in Actore qui debet ad iudicium inſtructus venire, *leg. pure §. ſiu. ff. de doli except. leg. ſi quando C. de dilat. leg. qui in alterius ff. de reg. iur.* vbi quod qui agit debet ante, rem diligenter explorare, ideo regulariter non excuſatur ignorantia licet ſuccedat in ius alterius, vt ibi neque à condemnatione expenſarum *iuxta ibidem tradita per Dec. nu. 10. & in his terminis hanc limitationum ſenſit Ant de Mattheis de prorogat. nu. 12. verſic. vnum recordor*, qui licet ſit ſolus, non tamen habet contradictorem, & authoritas etiam vnius Doctoris docti, & probi reddit opinionem probabilem, etiam ſi habeat contradictorem dummodo non habeat communem contra ſe, *vt poſt Sanchez Morell. Filliucc. & alios ſenſit Diana reſolut. moral. par. 3. reſolut. 30. tract. 4. Miſcellanea.*

16 Secundo fallit in litigatore perito, *Specul. in tit de Iudicis competentis Aditione verſic. Sed numquid præſumetur, Bald. in leg eos in princ. col vlt.*

C. de

C.de appellat. Alex.conſ. 12.nu.8.lib.6.Ant.de Mattheis de prorogat.num. 16.poſt Butr.in cap.P.& G.de off.deleg.Vant de nullit.tit.quibus mod.ſunt null.num.80. verſic. erit tamen aduertendum, Menoch.de præſumpt.lib.2. præſumpt.29.nu.12.

17 Non obſtat, quod id videatur intelligendum in Iuriſperito, ſeu Doctore qui etiam quando eſt minor non reſtituitur in integrum aduerſus cõcernentia ſcientiam iuris, *Odd.de reſtit.in integr.par.1.quæſt. 23.art.7.nu.24.& 31.Buratt.in Brunduſina pecuniaria dec.20.num.6.* quia primo reſpondetur, quod allegati Doctores exemplificant regulam in Ruſtico, vel alias imperito litigatore, qui per errorem cenſeatur comparuiſſe coram incõpetenti, & ſic videntur ſenſiſſe quod ſufficiat ad excludendum errorem, quod litigator non ſit imperitus, quod indubitanter poterat affirmari de procuratore huius cauſæ. Secundo ſi de Doctore intelligeretur limitatio eſſet fere inanis, quia Doctores extra curiam actitare non ſolent. Tertio mouebat, quod per biennium fuerat coram Iudice litigatum, & ſæpius informatum etiam cum iuriſperitis, & quod principalis ipſe erat hac in cauſa plusquam peritus.

Quæ omnia omnem omnino erroris præſumptionem excludebant cum
18 omni in caſu præſumptio tollat præſumptionem, & fortior debiliorem, & multiplex vnicam vincat, *leg. Diuus ff. De in integr. reſtit. minor. leg. non ſolum, ff. De ritu nuptiarum, Menoch. lib.3 præſumpt. 133. nu.84 & prius, & latius lib.1.præſumpt.30.nu.1.& ſeq. Dixi dec.172. num.5.& 6.*

F I N I S.

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli

Digitized by Google